Gravelot inv. & delin. J. Pine sculp.

Ξενοφῶν τὸς Ελληνας ἀθύμως ὄντας ἀναθαῤῥύνει.

Xenophon K Gal 4° 7

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
## ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ
## ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ.

# XENOPHONTIS
## DE
## CYRI EXPEDITIONE
## LIBRI SEPTEM.

Græca recognovit, cum Codicibus MS^tis & omnibus ferè libris editis contulit, plurimis in locis emendavit, Verſionem Latinam reformavit, Obſervationibus ſuis, Tabula Geographica & Diſſertatione auxit & illuſtravit; Notas H. STEPHANI, LEUNCLAVII, Æ. PORTI & MURETI recenſitas & caſtigatas, Variantium Lectionum delectum, Indiceſque neceſſarios adjunxit

THOMAS HUTCHINSON.

---

*OXONII,*
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXXXV.

2

# Imprimatur:

*GUIL. HOLMES*

VICE-CAN. *OXON.*

*Feb.* 28. 173$\frac{4}{5}$.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

EXIMIO JUVENI

# JOANNI CREWE,

## ARMIGERO,

INCOLARUM AGRI *CESTRIENSIS*

NOMINE

AD AUGUSTISSIMUM ORDINUM

*MAGNÆ BRITANNIÆ*

CONVENTUM LEGATO.

ACCIPE, pro ſingulari comitate Tua, meæ in Te obſervantiæ monumentum; leve qui-

dem illud, at obſequio adfectuque nequaquam levi Tibi delatum commendatumque.

Libens utique ſoleo tempus illud memoria repetere, quo mihi in diſciplinam Tui Te tradidere Parentes, ob beneficia deinceps in me prolixe collata grato ſemper animo mihi plurimum colendi. Egregius inde quidem huic noſtro literarum domicilio, mihique adeo in primis, acceſſit honos, cum a domo Te oriundum antiqua, dignitate ſimul & opibus ampliſſimis ornata, bonarum artium alumnum excipe-remus, exceptum iis ita tandem imbutum, (haud parum interea longioris Tuæ apud nos moræ cupidi) dimitteremus, ut quem paucis natura carum fecerat, acceptum eum multis gratumque maxime reddiderit inſtitutio liberalis.

Agri certe Ceſtrienſis incolæ plerique, loco præſertim honeſtiore nati, haud ita

pridem abunde teſtati ſunt, eas ſe virtutes in Te perſpexiſſe, perſpectis ultro faviſſe, generoſa quas animi Tui indoles oſtentare mihi dudum & polliceri videbatur.

Jam vero non ſine ſumma bonorum lætitia, ſine omni certe malorum dolo, Senatorium in ordinem cooptatus, Te talem haud dubie præſtabis, qualem nominis Britannici, nominis qualem Tui decus, muneriſque tanti ratio poſtulabit. Fugies omnino partium furorem iſtum, qui mentes horum flagitioſa libertatis ſpecie ſolicitat; illorum auctoritatis honoriſve inſignibus ambitioni lenocinatur; probitatem aliorum inſidioſa liberalitate blandius expugnat. His Tu ſpretis admodum illecebris, ea omnia, ſola ea ſedulo conſectaberis, quæ cum publico commodo Tuaque adeo laude fuerint conjuncta.

Dum autem a factioſis ita Tibi quibuſcunque cavebis hominibus, ut eorum Te

temere nunquam a vero rectoque abripiant consilia, eadem sane opera prudenter istorum vitabis opprobria, qui timide multa, quædam inique, haud pauca stolide faciunt, cum ea sive defendant sive oppugnent, quæ non ipsi, sed vafri quidam incautiorum duces oppugnanda statuerint vel defendenda. Tu vero cum quod e patriæ fuerit utilitate strenue persequeris, quod non fuerit penitus aversabere, tum ipsis ita Te rebus hominibusque, quæ Tua est prudentia, semper adcommodabis, ut ne adversarii quidem Tuam unquam desiderent æquitatem, ut amici fidem usque Tuam agnoscant incorruptam, ut omnes denique Tuam collaudent humanitatem.

Ea certe parando, cogitando, peragendo, quæ cive conspici debeant in illo, cui jura patriæ sunt carissima, cui salutis ejus dignitatisque cura demandata est, Te dignum exhibebis, quem suis iterum iterumque

populares Tui ſuffragiis ornent; non quod eandem illam poſthac provinciam inire volueris, ſed quod jam antehac initam præclare adminiſtraveris.

Ignoſces, qua quidem es benignitate, mihi paucis ea percurrenti, quæ a Te ſperant Tui ſtudioſiſſimi; gratulantique Tibi ſimul de præſtantibus illis animi dotibus, quibus inſtructus nixuſque ſpem Tuorum adeo non fruſtraberis, ut eos ſi qua falles in re, hoc uno fefelleris, quod ſis eorum vota vel amiciſſima ſuperaturus.

Si quid autem Tibi jam conſilii dediſſe videar, idcirco me dediſſe Tibi perſuaſum habeas oro, non quod ſubdubitem Tua ne virtus hominum opinioni minus reſpondeat, nec quod monitis Te meis indigere putem, ſed quod ea geſtiam exponere, quibus Tu explendis opinionem de Te natam in dies augebis; augebis Parentum Tuorum magis magiſque gaudium; gloriam-

que demum, a majoribus quam accepiſti Tuis, non modo non obſcurabis minueſve, ſed novo, Tuoque adeo, ſplendore cumulabis eam & illuſtrabis.

Sum ſervus Tibi

obſequentiſſimus

& fideliſſimus

THO. HUTCHINSON.

# LECTORI F.

*EN tibi,* LECTOR BENEVOLE, *Xenophontis operum volumen alterum, prioris ad exemplum, formámque adeò totam, compoſitum. Hujus autem ad cultum, quibus ab auxiliis inſtructus acceſſerim, quídve demum ipſe contulerim, me jam paucis exponere, te forſan audire, non pigebit.*

*In* Græcis *emendandis haud me parum adjuvit Codex MS. in bibliothecâ repoſitus Etonenſi; cujus lectiones, ab editione ſcilicet Stephanianâ ſecundâ diſcrepantes, cultiſſimi vir ingenii* Joannes Burtonus, *Collegii Etonenſis ſocius, pro ſingulari humanitate ſuâ, mecum communicavit. Libros etiam, à viris illis vulgatos eruditis, quorum nomina jam olim* ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ *editioni præmiſeram, de locis, quotquot exſtitêre, malè adfectis conſului. Quòd ſiquando minùs iſta meis optatis exemplaria reſponderent, ibi tum operam dedi, ut conjecturâ qualicunque meâ ſanitati reſtitueretur auctor. Lectionum porrò varietates, è collato Codice MSto, in bibliothecâ qui adſervatur regiâ Pariſienſi, cum editione ſecundâ Stephanianâ collectæ, beneficio* Fr. Bernardi Montfaucon, *clari illius eruditæ Galliæ luminis, ad me tandem adlatæ ſunt. Has autem, cùm ſeriùs utique fuerint adlatæ, quàm ut ſuis quæque locis inſererentur, omnes unà typis imprimendas operíque præponendas curavi.*

Græcis *ſubjecta eſt* Interpretatio *Latina: quam quidem, ut ut operam minimè levem in eâ concinnandâ poſui, meam quo minùs vocaverim, impediunt* Amaſæi & Leunclavii *merita in Xenophontem, atque adeò literarum Græcarum ſtudioſos omnes, egregia. Illorum certè interpretationes, binæque prætereà Gallicæ, quarum in alterâ nomen* Pyrami de Candole *inſcribitur, alterius auctor exſtitit* Ablàncortius, *opem mihi, quam libens agnoſco, ſubinde tulêre.*

Interpretationem *ſequuntur* notæ: *quas eâdem mente, iiſdem ferè nixus præſidiis, quibus ad procurandam* ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ *editionem uſus ſum, exaravi: de iis itaque nihil eſt quòd te plura moneam. Id tamen unum te ſcire velim, eas locupletiores efficiendi ſpem aliquando mihi fuiſſe injectam. Quippe, paucis abhinc annis,* Magnus Cruſius, *doctrinâ vir atque humanitate pollens, literis ad me datis, obſervationes nonnullas, à viris illuſtribus exemplaris cujuſdam Xenophontei, quod in bibliothecâ latet Vinarienſi, marginibus*

*identidem adſcriptas, mecum Cl.* Jo. Matth. Geſnerum *communicaturum, ſignificabat. Hactenus autem mihi nec earum facta eſt copia, nec quo interveniente caſu denegata fuerit, inaudire licuit. Quò verò minùs vel eas, qualeſcunque tandem ſint, vel meum tibi gratificandi ſtudium, quod certè ſummum eſt, deſideres,* Addendorum *cumulo, Codicis Etonenſis lectiones ferè omnes, in notis utique omiſſas, cum animadverſionibus paucis, & paucis etiam corrigendis, complectentium opus auctum invenies.*

Addenda *bini ſubſequuntur* Indices; *quorum primus vocibus, ad menſuras & pondera ſpectantibus, explicandis deſtinatus eſt; alter res exhibet memorabiles.*

*Totum denique volumen claudit* Oratio Xenophontea de Ageſilao rege. *Sed & hujus quidquid in* Orationis *editione adornandâ præſtiti, quæ adeſt ei, docebit præfatio.*

*Jam verò mecum à calce ad caput oro redeas; ubi* Tabulam *Geographicam, ad exemplar celeber.* Deliſle *confectam, oculis uſurpare licet. Hanc excipit* Diſſertatio: *in quâ primò pauca quædam de* Κύρου Ἀναβάσεως *auctore proferuntur; oppida deinde atque flumina clariora omnia, regionibus etiam ipſis earúmque incolis ſubinde memoratis, eo recenſentur ordine, quem apud ipſam quæque tenent Hiſtoriam: atque ità demum inter ſe Xenophontis auctorúmque veterum aliorum teſtimonia conferuntur, ut illius in re Geographicâ confirmetur fides.*

*His denique ſubnectitur* regum Perſicorum ſeries, *ordine perpetuo celeberrimis ex annalium auctoribus deſcripta, & ad Artaxerxis Mnemonis uſque tempus deducta.*

*Fuit quidem tempus illud, cùm curas ſecundas, in* K. Π. *collatas, huic inſerendas volumini ſtatuerem. Is verò jam illi datus eſt modus, ut incremento ſine incommodo vix, aut omnino non, poſſit augeri.*

*Vides, opinor, quibus præſidiis munitus, hoc quidquid eſt muneris ſuſceperim: ſuſceptum an adcuratè cogitatéque, utì par erat, abſolverim, id verò tu dicas ipſe, Lector; ſed æquus, ſed eruditus. Sementis certè, haud parcâ manu facta, mea eſt; meſſem, ſi qua fortè ſurrexerit, eſſè tuam ex animo velim.*

Scribebam Oxonii,
in Aula Cervina,
x. Cal. Jun. 1735.

# DISSERTATIO,

## IN QUA

*I. agitur de* ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ *auctore: II. de toto, quod Græci confecerunt, itinere.*

I. PAUCA quædam de hujus Operis auctore jam olim [1] adtuli: adlata, loco citato, si breviter adstrinxeris, huc tandem redeunt -- Veterum utique, si non omnium, at longè plurimorum tamen, [2] auctorum consensu, ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΝ in numerum librorum, quos scripsit Xenophon, esse relatam.

Quòd si quis à testibus, idoneis quidem illis & locupletibus, ad scripturæ genus, quo usus est auctor, animum traduxerit; id verò esse tale certissimis indiciis comperiet, quod à Xenophonte fluxisse, citò tutóque crediderit æquus rerum æstimator. Hoc enim in libro unus & idem videtur esse habitus & quasi color orationis, quibus [3] alii libri à Xenophonte, intercedente nemine, conscripti, distinguuntur & ornantur.

Cùm autem dicendi forma, tum ea, quæ in ΑΝΑΒΑΣΕΙ leguntur, ipsa Xenophontem præ se ferunt auctorem. Nam quid quoque die acciderit, itinera singula, res quasque gestas adcuratè adeò & diligenter ubique persequutus est Historicus, ut ipsum iis interfuisse semper, sæpiùs etiam præfuisse, facillimè lector, adtentior paulò, perspicere possit. Haud pauca certè de Xenophonte ipso memoriæ tradidit, quæ Xenophon ipse solus scire potuit, solúsque adeò literis consignâsse videatur.

Porrò, quanquam eo potissimùm duce atque auctore, Græci per tot rerum discrimina tandem incolumes evasêre plerique, quâ tamen laude tam insigni cumulatum eum exhibet hæc historia? Tantùm sanè abest, ut in eâ verbis efferatur, ut facta quidem ejus egregia memorentur multa, nulla glorioſiùs prædicentur. At verò de talis tantíque viri laude tam parcè scribendi ratio, [4] Xenophontis ut ipsius cum verecundiâ præclarè congruit, ità certè, si quis eam alius usurpâsset, invidiæ vix ac ne vix quidem is absolvendus esset.

Cùm denique is esset Xenophon, cui tum facultas tum voluntas facinora nobiliora monumentis prodendi contigit, quàm scribendi argumen-

1 Dissertat. I. K. Π. præmissæ p. 11 & seq. 2 His adde *Photium*; cujus in Lexico Græco inedito sæpe laudatur Xenophon, in vocibus ex Ἀναβάσεως petitis. Hoc me nuper docuit vir eruditiss. *J. Alberti*, Glossar. Gr. p. 372 & seq. Alios libens prætereo: quippe quorum vulgata sint scripta & satìs nota. 3 Conferantur modò (alia ut omittam multa) quæ in K. A. inter p. 90 & 103. reperiuntur, cum iis, quæ de Cyro Socrates itidem cum Critobulo differit, haud ità longe ab initio libelli istius Xenophontei, qui inscribitur Οἰκονομικός. 4 Vide sis Dissertat. K. Π. præmiss. p. 7.

tum illud illuſtre, ΚΥΡΟΥ quod ſuppeditavit ΑΝΑΒΑΣΙΣ, optatius haud quidquam ei potuerit offerri; oblatum eum adripuiſſe, conſentaneum eſt. Quin idcirco forſan cæteris ſe Græcis, in Aſiam interiorem jam jam profecturis libentiùs adjunxit, quòd curioſis oculis terras alio ſole calentes luſtrare, multorum mores hominum perſpicere, materiam denique ſtilum exercendi novam uberiorémque adeò ſibi comparare vellet.

Hæc ferè ſunt argumenta, quæ Xenophonti opus hoc adjudicandum eſſe doceant.

Ad ea verò, quæ contrariam in partem, [1] ex Xenophonte in primis ipſo & Suidâ, proferri ſolent, paucis [2] aliàs reſpondi: quibus hæc velim addas -- (1) Themiſtogenem nimirum illum, cujus, libro adpellato, meminit Xenophon, de ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΙ reverà forſan quædam literis mandâſſe. (2) Xenophontem ſuam tunc temporis ejuſdem Ἀναβάσεως hiſtoriam non abſolviſſe: (3) quamvìs etiam illud, quod inchoaverat, ad exitum perduxiſſet opus, tamen præ ſingulari eâ, quâ erat, modeſtiâ, librum illum, cui dederat argumentum ipſe præcipuum, alienum potiùs quàm ſuum nomen præferre voluit. Huic certè ſimile fuit Adriani Cæſaris inſtitutum, *qui* ([3] Æl. Spartiani verba legis) *libros vitæ ſuæ ſcriptos à ſe, libertis ſuis literatis dedit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent: nam Phlegontis libri Adriani eſſe dicuntur.*

Quod ad Suidæ demum teſtimonium attinet, id verò [4] teſtis ipſe non elevavit modò, verùm etiam refellit. Itaque laude tandem ſuâ fruatur Xenophon: laudem quippe non facta ſolùm, ſed & ſcripta ſua ferant ei inſignem oportet. Atque adeò, qui beatiſſimorum [5] Plinianorum in numero collocetur, dignus habeatur, cui tum facere ſcribenda, tum ſcribere legenda datum eſt.

De Operis auctore hæc hactenus: quibus ipſo de Opere jam pauca libet ſubnectere. Ξενοφῶντα ὃ ἔγωγε (verba ſunt [6] *Dionis Chryſoſt.*) ἡγοῦμαι, ἀνδρὶ πολιτικῷ, καὶ μόνον τῶν παλαιῶν ἐξαρκεῖν δοκοῦντα· εἴτε ἐν πολέμῳ τὸν στρατηγῶν, εἴτε πόλεως ἀφηγούμενον, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων, εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, μὴ ὡς ἔτυχε ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ βασιλικὸς ἀνὴρ, τὰ τοιαῦτα φρονοῦντα ἐν δίκῃ εἰπεῖν, πάντων ἄειστος ἐμοὶ καὶ λυσιτελέστατον πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν. Τά τε γὰρ ἀξιώματα, σαφῆ καὶ ἁπλᾶ, καὶ παντὶ ῥᾴδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας φρονοῦντες, καὶ κεχαρισμένον, καὶ πικὸν, πολλὴν μὲν ἔχον πιθανότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν· ὥστε μὴ λόγων δεινότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ γοντείᾳ ἐοικέναι τὴν δύναμιν. Εἰ γοῦν ἐθελήσειας αὐτὸν τῇ φωνῇ τῆς Ἀνάβασιν πραγματείας σφόδρα ὀλίγα ἐντυχεῖν, ὀλίγα λόγον εὑρήσεις τοῦτο σὺ λεχθῆναι δυνηθέντων, ὃς οὐ διέλιπεν, καὶ κανόνος ἂν τρόπον ὑπόκοιτο, τῷ φρονοῦντι αὐτὸν ἀπευθῦναι ἢ μιμήσασθαι βουλομένῳ. Εἴτε γὰρ θαρρῶν τὰς σφόδρα καταπεπληκότας χρήσιμον πολιτικῷ ἀνδρὶ, καὶ πολλάκις ὡς χρὴ τοῦτο ποιεῖν δείκνυσιν· εἴτε φρονεῖν καὶ παρακαλέσαι, ὀλίγοις Ἑλληνικῆς φωνῆς ἐπαΐουσιν, οὐκ ἂν ἐπαρθείη τοῖς φρονιμωτάτοις Ξενοφῶντος λόγοις. Ἐμοιγ' οὖν κινεῖται ἡ διάνοια, καὶ ἐνίοτε δακρύων μεταξὺ τοσούτων ἔργων, τοῖς λόγοις ἐντυγχάνων. Εἴτε μεγαλοφρονοῦσι καὶ ἐπιρρώμενοις ὁμιλῆσαι φρονίμως, καὶ μήτε παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν δυσχεραίνοντων, μήτε ἀπρεπῶς δουλῶσαι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν, καὶ τὸ ἐκείνοις κεχωρισμένον ἐκ παντὸς ποιῆσαι, καὶ ταῦτα ἔνιοι. Καὶ ὑποῤῥήτοις δὲ

1 *Hiſt. Gr.* l. 3. ineunte. 2 Diſſertat. K. Π. præmiſ. p. 11. 3 De *Adriano Imp.* Hiſt. Auguſtæ Script. T. 1. p. 150. 4 Conferantur inter ſe ea, quæ ad voces Θεμιστογένης & Ξενοφῶν ſcripſit. 5 Plin. l. 6. ep. 16. 6 Orat. 18. p. 257 & ſeq.

λόγοις ὡς ϖϱοθυμήκει χϱήσαϑαι, καὶ ϖοῖς ϛϱατηγὸς ἄνευ πλήϑους, καὶ ϖοῖς πλήϑος καϑ' ἑαυτὸ καὶ βασιλικῶς τίνα τϱόπον ϰαλεχθῆναι, καὶ ἐξαπατῆσαι ὅπως ϖολεμίους μὲ ὄντι βλάβῃ, φίλους δ' ὄντι τῷ συμφέϱοντι· καὶ μάτην ταϱαϖομένοις ἀλύπως τἀληϑὲς καὶ πιϛῶς εἰπεῖν· καὶ τὸ μὴ ϱᾳδίως πιϛεύειν τοῖς ἐϖιφέϱουσι· καὶ οἷς ἐξαπατῶσιν οἱ ἐϖιφέϱοντες· καὶ οἷς καϰαϛϱατηγοῦσι καὶ ϰαϰαϛϱατηγοῦνται οἱ ἄνθϱωϖοι, ϖάντα ταῦτα ἱϰανῶς τὸ συντάγμα ϖεϱιέχει. Ατε γὰϱ, οἶμαι, μιγνὺς ταῖς ϖεϱάξεσι τὺς λόγους, οὐϰ ἐξ ἀϰϱοῶν ϖϱοσλαβὼν, οὐδὲ μιμησάμενος, ἀλλ' αὐτὸς ϖεϱάξας ἅμα καὶ εἰϖὼν, ϖιθανωτάτους ἐϖοίησεν ἐν ἅϖασί τε τοῖς συντάγμασι, ϰαὶ ἐν τούτῳ μάλιϛα, ἃ ὀϖτημονηϑεὶς ἐτύγχανον. Καὶ εὖ ἴσϑι, οὐδένα σοι τϱόϖον μεταμελήσει· ἀλλὰ καὶ ἐν δήμῳ, ὀϱέγοντός σοι χεῖϱα αἰδήσῃ τὸν ἀνδϱὸς, εἰ αὐτῷ ϖϱοθύμως καὶ φιλοτίμως ἐντυγχάνοις.

II. Jam verò, ut ab auctore ad iter illud, quod ipſe, Græcis Cyrum ſequutis adjunctus, confecit deſcripſitque, tranſeam, me monet inſtituti ratio. [1] Fidem autem ut liberem, priuſquam ad ipſum iter luſtrandum ingrediar, pauca de CASTOLI planitie, cujus, ineunte ferè hiſtoriâ, meminit Xenophon, adferenda ſunt. Pro ΚΑΣΤΩΛΟΥ nonnulli Καϛαλοῦ, alii Παϰλωλοῦ legendum exiſtimârunt. At cùm alibi etiam ejuſdem illius apud auctorem loci facta ſit mentio, vulgatam ipſe quidem ſcripturam omnino retinendam cenſuerim. Haud ità nempe procul à fine [2] libri primi verba leguntur hæc, ϛϱατηγὸς ἦ καὶ ϖάντων ἀϖιδεῖχϑη (Cyrus,) οἷς ϰαϑῆϰει εἰς Καϛωλοῦ ϖεδίον ἀθϱοίζεϑαι, &c. ubi cùm neque exemplaria de voce iſtâ varient, & eandem rem exponat auctor, quam [3] ſuprà adtigerat, nihil eſt, utì mea fert opinio, quòd quis novam lectionem excogitet. Quin & illa [4] verba quibus Artaxerxem utentem facit Noſter, eodem ſpectantia, Καϛωλοῦ rectè ſcribi abundè docent, Καταϖίμϖω Κῦϱον ϰάϱανον τῶν εἰς Καϛωλὸν ἀθϱοιζομένων. Accedit huc, quòd *Stephanus* Byzant. tum vocem, tum auctorem agnoſcat: Καϛωλοῦ, inquit, ϖεδίον Δωϱιέων, ὡς Ξενοφῶν· ἐϰλήθη ἦ ὅϖ Καϛωλὸς τὺς Δωϱιεῖς οἱ Λυδοί φαϛιν· ἦν ἦ ϖόλις ἐν Λυδίᾳ Καϛωλός.

Hactenus de curſu paululum digreſſus, *Caſtoli* illius apud Xenophontem nec temerè factam eſſe mentionem, & cui regioni tribuendus eſſet, oſtendere volui: nunc ad Cyrum exercitúmque ejus Sardis veniendum.

[5] SARDIS autem urbs magna fuit & ſatìs antiqua, in latere Tmoli montis, quâ Lydia celebrabatur maximé. Loci celebritatem auxit [6] tum Lydorum regia, tum ager ille Cyri minoris conſeptus & diligenter conſitus, in quo proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuavitatem odorum, qui afflarentur è floribus, admiratus eſt Lyſander.

[7] Hinc Cyrus cum copiis ſuis movens, per [8] LYDIAM, flexuoſi amnis MÆANDRI recurſibus perfuſam, tertiis caſtris, paraſangas viginti duas progreditur. Amnis ille, cujus duûm erat plethrorum latitudo, [9] ortus

1 Vide K. A. p. 2. n. 3. 2 P. 93. 3 P. 2. 4 *Hiſtor. Gr.* l. 1. ferè med. 5 *Strabo* l. 13. p. 928. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29. 6 *Strabo* loc. cit. *Horat.* Epiſt. l. 1. ep. 11. v. 2. *Cicer.* de Senect. c. 17. *Xenoph.* Οἰϰονομ. p. 484. edit. *Steph.* 7 K. A. p. 9. De tempore, quo ſuſcepta eſt Ἀνάβαϛις, non una eſt auctorum ſententia. *Diodoro Sic.* l. 14. p. 249. teſte, Olympiad. 94. anno 4to: ante æram Chriſtianam, 401, ex mente *Uſſerii* & *Prideaux*, necnon *Dodwelli*: cujus vide Chronolog. Xenoph. ad Olymp. cit. *Palmer.* commentar. ad Marm. Arundel. 1. p. 218. edit. Maitt. *Lydiat.* ad idem Marmor p. 279 & ſeq. *Prideaux* in idem Marmor p. 438 & 450. 8 *Plin.* N. Hiſt. l. 5. c. 29. 9 Idem loc. cit. *Strab.* l. 12. p. 866. *Liv.* l. 38. c. 13.

è lacu in monte Aulocrene, plurimísque adfusus oppidis, & repletus fluminibus crebris, ità sinuosus flexibus, ut sæpe credatur reverti: Apamenam primùm pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargyleticos campos; postremò Cariam placidus, omnésque eos agros fertilissimo rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari.

[1] Transgressus Mæandrum, per Phrygiam castris unis, parasangis octo confectis, COLOSSAS venit. [2] Urbs hæc Phrygiæ erat frequens incolis, opulenta & magna. Maximè autem eam nobilitavit epistola, quam ad incolas ejus scripsit D. Paulus.

Relictis Colossis, [3] ad urbem CELÆNAS, castris tertiis, parasangas viginti progressus, exercitum adduxit. [4] Mediam illâ tempestate interfluebat Marsyas amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclitus. [5] Urbs autem illa caput quondam Phrygiæ fuit; ab incolis opibúsque felix, tum regis Persici tum Cyri regiâ nobilis.

Cæterùm [6] MARSYAS, quinque ac viginti pedum latitudine, haud procul à Mæandri fontibus oriens, in Mæandrum cadit. Famáque ità tenet, Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certâsse; ejúsque ab Apolline victi cæsíque nomen amni fuisse inditum.

A [7] Celænis castris alteris, parasangas decem progreditur ad PELTAS, [8] urbem Phrygiæ magnæ, incolis frequentem.

[9] Egressum Peltis eum, altera post castra confectásque duodecim parasangas, CERAMORUM FORUM excepit; urbs itidem οἰκυμένη, terræ verò Mysiæ ultima. Κεράμων quidem, Cariæ oppidi, [10] mentio est satìs crebra: quod Doridi tribuit [11] Ptolemæus. At situs iste loci cum itineris Cyri ratione minùs convenit; rectiùs autem in illam Mysiæ urbem quadrat *Ceranæ*, Phrygiæ vulgò adscriptum oppidum; de quo [12] Plinius, memoratis ibidem Celænis & Colossis, mentionem facit.

1 K. A. p. 10. 2 K. A. loc. cit. *Herodot.* l. 7. c. 30. *Plin.* N. H. l. 5. c. 32. *Strabo* l. 12. p. 864. 3 K. A. loco cit. 4 *Q. Curt.* l. 3. c. 1. 5 K. A. loco cit. *Liv.* l. 38. c. 13. Adde *Plin.* l. 5. c. 32. *Salmas.* exercit. in *Solin.* p. 580. & Cl. *Schwartz* ad *Cellar.* l. 3. c. 4. sect. 71. 6 K. A. p. 11. *Liv.* loco cit. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29. *Diodor. Sic.* l. 3. p. 192 & seq. K. A. p. 11. n. 2. & *Aristid.* T. 2. p. 526 & seq. 7 K. A. p. 12 & seq. 8 *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Strabo* l. 12. p. 864. *Steph. Byz.* 9 K. A. p. 13. Omnia, quæ hâc in paginâ reperiuntur, turbata esse, aut malè sana censuit *Palmerius*, Exercitat. in Auctor. Græcos p. 59. *Mysiam extendit* (verba sunt viri istius eruditi) *ultra Celænas & Peltas duodecim parasangas orientem versús: quis hoc credat? Caystri pedium urbem vocat, & eam ponit ultra Mæandri fontes parasangas quinquaginta duo. Quod si verum est, non renuo, quin vapulem. Certè in hâc pagellâ nihil est sani: quædam sunt corrupta, vel loco mota: fortè pro* Καΰστρου πεδίον *legendum* Καϋστλου πεδίον: *aut si Xenophon scripsit* Καΰστρου πεδίον, *proculdubiò mota est loco ea vox. Nam si Cyrus per Caystri campum exercitum duxit, occurrebat illi Caystri campus ante Mæandrum. Tum, quis unquam Caystri campum urbem fuisse dixit? — multum fallit me conjectura, nisi aliquod urbis nomen latet sub illâ voce* Καΰστρου πεδίον. Hæc *Palmer.* Mihi nihil mutandum videtur: neque enim mirum est, si Mysiæ de terminis Xenophonti cum auctoribus aliis quædam intercesserit dissensio. Nam ipse olim *Strabo* l. 13. p. 932. scripsit, τὰ Φρύγια, ἢ τὰ Λύδια, ἢ τὰ Καρικὰ, ἢ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν δυσδιάκελλα τίνα, παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. Dici autem videtur urbs *Ceramorum Forum*, perinde atque oppida illa *Plin.* N. H. l. 3. c. 15. memorata, *Forum Clodii*, *Livii*, *Popilii*, &c. Apud *Cicer.* ad Attic. l. 2. ep. 10. etiam *Appii Forum*: ad Famil. l. 10. ep. 17. *Forum Julii*, *Forum Voconii*. Sic sæpè aliás. 10 Apud *Hesych. Strab.* l. 14. p. 969. *Plin.* N. H. l. 5. c. 29. 11 L. 5. c. 2. 12 N. H. l. 5. c. 32. ubi forsan legendum *Ceramæ*.

[1] Indè Cyrus caſtris tribus, paraſangas triginta progreſſus, in CAYSTRI campum pervenit; cui nomen etiam urbis cum incolis tribuit Xenophon. Hoc autem Καΰστρου πεδίον eſt ab illo longè disjunctum, cujus [2] Euſtathius, [3] Stephanus Byz. [4] Strabo, [5] Ptolemæus, [6] Xenophon, aliíque paſſim meminêre: atque adeò fruſtrà fuit [7] Palmerius, qui Cyrum Cayſtri priùs campum, quàm ad Mæandrum veniſſet, attigiſſe cenſuerit. Porrò, quamvìs hâc de urbe ſileant alia veterum annalium monumenta, tamen ab exemplaribus oculati teſtis ad novum aliquod nomen, ex conjecturâ petitum, non niſi temerè, opinor, tranſire poteris. At verò pluribus urbibus unum & idem inditum eſſe ſæpè nomen, id certè notius eſt, quàm ut exemplis adlatis confirmari debeat. Quidni ergo CAYSTRI CAMPUM in Phrygiâ quoque ſuperiore poſueris? At *quis unquam*, inquit Palmerius, *Cayſtri campum urbem fuiſſe dixit?* Ideò forſan urbem eam campi nomine deſignavit Xenophon, quòd in regione ſita fuerit campeſtri. Haud ità diſſimili de causâ, multæ [8] *Caſtra* dictæ fuerunt urbes, propterea quòd ibi conditæ fuerunt, ubi caſtra dux celebrior aliquis habuerat.

Hinc tandem [9] THYMBRIUM, urbem incolis frequentem, concedamus. A Cayſtrio campo paraſangas decem aberat THYMBRIUM, quò Cyrus caſtris alteris pervenit. Phrygiæ autem urbibus adnumerandum eſſe docent [10] *Stephanus* Byz. & *Pauſanias*; ſi cum iis modò, quæ de Midæ fonte ſcripſit hoc loco Xenophon, *Pauſaniæ* verba conferantur. Loci hujus incolas Thymbrianos adpellat [11] *Plinius*.

Jam [12] TYRIÆUM invenis, intervallo decem paraſangarum Thymbrio diſtans; quò caſtris itidem alteris perventum eſt. Tyriæo quoque ſui erant incolæ, [13] *Plinio* Tyrienſes adpellati. Urbs [14] *Hierocli* Grammatico ΤΥΡΑΙΟΝ dicta eſt & Piſidiæ adſcripta: [15] *Stephano* ΤΥΡΟΣ, opinor, eſt; πόλις itidem, eodem auctore, τῆς Λυδίας, τῆς Πισιδίας: [16] *Straboni* Τυριάριον, vel potiùs ex fide MSS. ΤΥΡΙΑΙΟΝ.

Ad Phrygiæ tandem urbem ultimam, [17] ICONIUM, venit Cyrus, itinere trium dierum, paraſangarum viginti, confecto. ICONIUM autem [18] Lycaoniæ tribuitur. Fabuloſam nominis [19] originem libens prætereo.

[20] Mox Lycaoniam quinque dierum iter, triginta paraſangas emenſus, per Cappadociam deinde quartis caſtris, paraſangas viginti quinque DANAM uſque proceſſit Cyrus, urbem amplam & opulentam. ΔΑΝΑ utique Xenophonteis in exemplaribus legitur, cujus locum [21] ſcriptores apud alios ADANA tenere ſolet. Et Ciliciæ quidem urbs ab iiſdem dicitur: eam

1 K. A. p. 13. 2 Ad *Dionyſ.* v. 837. 3 In voce Καΰστριον. 4 L. 13. p. 928. & l. 15. p. 1013. 5 L. 5. c. 2. 6 K. Π. p. 102. 7 Loc. cit. 8 *Cæſar.* de B. C. l. 2. c. 25. Adde *Frienſh.* ad *Q. Curt.* l. 4. c. 7. p. 206. 9 K. A. p. 14. ubi vide n. 4. & K. Π. p. 492. 10 Ad v. Αγκυρα cum *Pauſan.* l. 1. c. 4. coll. 11 N. H. l. 5. c. 27. Add. *Hierocl. Gram.* p. 673. edit. *Weſſel.* 12 K. A. p. 15. 13 N. H. l. 5. c. 27. 14 P. 672. edit. *Weſſel.* MS. Eton. etiam dat Τυραῖον. 15 Ad v. 16 L. 14. p. 979. 17 K. A. p. 17. 18 *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Strab.* l. 12. p. 853. *Stephan.* Byz. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Hierocl.* Gram. p. 675. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 857. 19 De quâ *Steph.* Byz. *Euſtath.* loco cit. & auctor Etymol. m. 20 K. A. p. 17. 21 *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Scylac.* Peripl. p. 40. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Steph.* Byz. *Appian.* de Bel. Mithrid. p. 237. edit. *Steph.* Quare apud Xenoph. etiam *Adana* rectè forſan repoſueris. Adde *Procop.* l. 5. *Ædific.* c. 5. & *Antonin.* Itiner. p. 580.

verò Xenophon quàm proximè Ciliciam, in Cappadociâ tamen, collocâſſe videtur. Hâc de urbe quæ ſcripſit eruditiſ.[1] *Ger. Voſſius* lectu nequaquam ſunt indigna.

Ciliciam tandem ingreſſus, & per planitiem quatuor caſtris, paraſangas quinque & viginti progreſſus,[2] TARSUM pervenit Cyrus; urbem Ciliciæ tum opibus tum amplitudine celeberrimam. Erat multorum inſignium virorum[3] locus natalis, ortu B. Pauli in primis illuſtratus. Nominis originem, quam finxêre veteres, ſi cui ſcire libet, adeat velim *Stephanum* Byz. & *Euſtathium* ad[4] *Dionyſium* Perieg.

Tarſum autem mediam interfluit[5] CYDNUS, amnis inclitus, duûm plethrorum latitudine. Cydnus non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur: nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alveum turbent. Itaque incorruptus, idémque frigidiſſimus: quippe multâ riparum amœnitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare evadit.

[6] Hinc caſtris alteris, paraſangas decem ad SARUM amnem, cujus trium erat plethrorum latitudo, pergit Cyrus. Hoc verò de fluvio, Xenophonti modò reſtituto,[7] jam dictum eſt. Quòd ſi nomen unde duxit, audire velis,[8] *Stephanum* nè te conſulere pigeat.

Dici itinere, paraſangis quinque confectis,[9] ad PYRAMUM amnem, cujus æquat latitudo ſtadium, venit Cyrus. Hujus etiam Ciliciæ fluminis multi meminerunt[10] auctores: quod & inclitum vocat[11] *Q. Curtius*; navigerum,[12] *Strabo*.

A Pyramo caſtris binis, paraſangas quindecim progreditur[13] ISSON, ultimam Ciliciæ urbem, amplam & opulentam. Apud[14] *Diodorum* etiam Siculum ἀξιόλογον audit; apud[15] *Strabonem* tantùm πολίχνιον. Hic itaque de ſtatu, quo locus erat iſte ætate ſuâ, loquitur: alium autem atque adeò meliorem obtinuerat anteá. Utrumque memoravit[16] Mela: *At in receſſu*, inquit, *intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum fugientíſque Darii ſpectator ac teſtis. Nunc nè minimè quidem, tunc ingenti urbe celebris Iſſo fuit*, &c.

Hinc caſtris unis, paraſangas quinque, ad[17] PORTAS CILICIÆ SYRIÆque progreditur. Erant hæ duo caſtella; quorum in Ciliciam alterum, alterum in Syriam erat obverſum: ſpatium autem inter utrumque medium trium erat ſtadiorum. Quas verò Xenophon Ciliciæ portas adpellat, hæ[18] *Ptolemæo* fuiſſe *pylæ* videntur *Amanicæ*; ſeu anguſtiæ iſtæ, quà ex Amano monte atque interiore Ciliciâ in Syriam adiri poterat. At tum Ci-

1 De orig. & progr. Idololat. l. 1. c. 38. 2 K. A. p. 19. *Strab.* l. 14. p. 990 & ſeq. *Q. Curt.* l. 3. c. 4. extr. *Steph.* Byz. *Solin.* Polyhiſt. c. 38. *Plin.* l. 5. c. 27. *Mel.* l. 1. c. 13. *Ammian. Marcel.* l. 14. c. 8. 3 *Strab.* loco cit. 4 V. 870. 5 K. A. p. 20. *Q. Curt.* l. 3. c. 5. ineun. & ibid. c. 4. *Arrian.* de exped. Alex. l. 2. c. 4. *Dion. Chryſoſt.* Orat. 33. p. 394. *Tibul.* l. 1. el. 8. v. 13 & ſeq. *Plin.* & *Mel.* locis cit. *Strab.* l. 14. p. 990. 6 K. A. p. 33. 7 K. A. p. 33. n. 3. 8 In v. *Adana*. 9 K. A. p. 33. 10 *Ptolem.* l. 5. c. 8. *Steph.* Byz. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. *Mela* l. 1. c. 13. *Arrian.* l. 2. c. 5. aliique. 11 L. 3. c. 4. 12 L. 12. p. 809. 13 K. A. p. 34. 14 L. 17. p. 512. 15 L. 14. p. 994. 16 L. 1. c. 13. Adde *Stephan.* Byz. *Q. Curt.* l. 3. c. 7 & 8. *Strab.* & *Diodor.* locis cit. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 118. *Plin.* N. H. l. 5. c. 27. & *Ptolem.* l. 5. c. 8. 17 K. A. p. 35. 18 L. 5. c. 8. extr.

liciæ tum Amani portas, tanquam diverſas, recenſet [1] *Plinius*. In cornu montis illius prærupti, quo Cilicia includitur, aſperi tres, auctore *Q. Curtio*, aditus & peranguſti ſunt: primus ſcilicet, interprete [2] *Cellario*, à ſeptentrione ex Cappadociâ per *Ciliciæ Pylas*: ſecundus per *Amani Pylas* ex Syriæ ſuperioribus partibus, ubi in Armeniam itur: tertius per *Syriæ portas*, ad Sinum Iſſicum, quibus ex Antiochene aditur. Pylas autem, à Xenophonte memoratas, [3] *Strabo* θεῖον Κιλίκων τε καὶ Σύρων adpellat. [4] Medio inter caſtella illa, ſeu muros, loco fluit CERSUS amnis, latitudine plethri: cujus cùm mihi nomen aliàs videre non contigerit, eum crebris iis, quorum meminit [5] *Q. Curtius*, rivis Ciliciæ planitiem, quà vergit ad mare, diſtinguentibus adnumerandum cenſuerim.

Per Syriam deinde, portis tranſitis, unius diei itinere, paraſangis quinque confectis, [6] MYRIANDRUM perventum eſt, urbem Phœnicibus habitatam, atque ità ſitam, ut ſtationem navibus onerariis præberet. In ſinu Iſſico eam collocat [7] *Strabo*, quippe quòd ſinus iſte in Syriam etiam pertingeret: *Stephano* Byz. Μυείανδρος eſt πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ, ὡς Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Ἀναβάσεως. [8] *Stylax* etiam Μυειανδρὸς Φοινίκων meminit: quam [9] *Plinius* urbem Syriæ vocat, In Iſſico ſinu poſitam.

Indè caſtris quartis, paraſangas viginti progreditur ad [10] CHALUM amnem, plethrum latitudine æquantem, magnis manſuetiſque piſcibus refertum, [11] quos Syri pro diis habent. Hujus amnis haud alibi nomen reperies. [12] *Cl. Deliſle*, conjecturâ ex ipſo Cyri itinere factâ, eum fuiſſe ſuſpicatur, cui hodie nomen eſt *Alep*; conjecturæ præſidium petit ex voce *Alep*, ſeu *Chalib*, quâ prioris loco utuntur Arabes: nam *Chalib*, inquit idem vir doctus, à *Chalo* Xenophonteo derivari videtur. Prope hunc, auctore Xenophonte, ſiti erant Paryſatidis vici, in cingulum ei donati.

Caſtris indè quintis, paraſangas triginta progreſſus, ad [13] DARADACIS, fluvii quoque ſcriptoribus aliis ignoti, fontes pervenit. Plethri latitudinem ei tribuit Xenophon. Hic forſan eſt, quem *Marſyam* nominat [14] *Plinius*. Locum ornabant Beleſios, Syriæ præfecti, regia & hortus admodum elegans.

Hinc caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad eam [15] EUPHRATIS partem, ubi quatuor ſtadia latus erat, & urbs reperiebatur ampla locupléſque, nomine THAPSACUS. Urbs hæc, ætate [16] *Plinii*, *Amphipolis* dicebatur: eam [17] *Ptolemæus* juxta Euphraten quidem, at in Arabiâ deſertâ, poſuit; quam [18] *Stephanus*, & [19] *Plinius* Syriæ tribuerunt. Ejus etiam meminerunt

1 Loco cit. Πύλας, inquit *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 1034. στενόπορον τόπον δηλοῦσι — *Q. Curt.* itidem l. 3. c. 4. ſunt *jugi fauces*. 2 Ad *Curt.* l. 3. c. 4. p. 84. Adde *Ammian. Marcel.* l. 22. c. 9. *Cicer.* ad Fam. l. 14. ep. 4. *Arrian.* de exped. Alex. l. 2. c. 6. & quæ ex *Diodoro Sic.* adtulimus K. A. p. 35. n. 3. 3 L. 14. p. 994. Adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 22. 4 K. A. loco cit. *ubi in Latinis ſcribe* medio inter hæc &c. 5 L. 3. c. 4. 6 K. A. p. 36. 7 L. 14. p. 994. quocum conſentit *Agathem.* l. 1. c. 4. 8 P. 40. 9 N. H. l. 2. c. 108. Adde ejuſd. l. 5. c. 22. *Ptolem.* l. 5. c. 15. *Mel.* l. 1. c. 12. extr. *Arrian.* de exped. l. 2. c. 6. 10 K. A. p. 39. 11 Vide K. A. p. 40. n. 1. & pro *Diodor. Sic.* l. 2. p. 207. lege *Diodor. Sic.* l. 2. p. 92. 12 In Diſſertat. de ſitu &c. locorum, quæ Cyrus Græcique peragrârunt. 13 K. A. p. 40. In MSto Etonenſi pro Δαραδάκος legitur Δαρδῆς. 14 N. H. l. 5. c. 23, 24. 15 K. A. p. 41. 16 N. H. l. 5. c. 24. 17 L. 5. c. 19. 18 In v. 19 Loco cit.

[1] *Strabo* & [2] *Arrianus*. Nobilis evaſit tranſitu Euphratis. Ad urbem quidem, quæ *Zeugma* adpellatur, quæque, [3] *Strabone* teſte, duobus ſtadiorum millibus à Thapſaco diſtat, Alexandrum Euphraten tranſiviſſe ſcribunt [4] *Plinius*, & [5] *Stephanus* Byz. De diverſis nimirum expeditionibus intelligendæ videntur diſcrepantes auctorum narrationes.

EUPHRATE (quem infrà adtingemus) trajecto, [6] per SYRIAM caſtris novem, paraſangis quinquaginta confectis, ad Araxen fluvium perveniunt. Vides autem Xenophontem ultra Euphraten protuliſſe Syriam. [7] Similiter etiam Scriptores ſacri Syros in Meſopotamiâ collocârunt: ויצא ארם אשר בעבר הנהר, ubi ארם denotare Syros, & [8] נהר Euphraten, ſatìs nôrunt harum literarum periti. [9] *Plinii* verba de regione illâ libet adferre: *Juxtà Syria litus occupat, quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus. Námque Palæſtina vocabatur, quâ contingit Arabas, & Judæa, & Cæle, dein Phœnice: & quâ recedit intus, Damaſcena: ac magìs etiamnum meridiana, Babylonia. Et eadem Meſopotamia, inter Euphraten & Tigrin*: &c. [10] Idem Xenophontis narrationi congruenter regionem hanc *vicatim diſperſam* fuiſſe ſcribit. Cæterùm, ARAXES ille [11] Ptolemæo (utì quidem eruditiſſ. [12] Bochartus & [13] Deliſle ſtatuerunt) eſt Χαβώρας: [14] Straboni Ἀβόρρας: [15] Ammiano Mar. *Aboras*. [16] Cellario judice, is amnis erat, quem [17] Ptolemæus *Saocoran* vocat. Cùm autem, [18] Ptolemæo auctore, alii etiam, præter memoratos, amnes per Meſopotamiam fluxerint, quorum non adduxit nomina, difficile dictu videtur, quis ille fuerit, quem *Araxis* nomine deſignavit Xenophon. Sed hâc de re plura mox, cùm ad Maſcam pervenerimus.

Illinc [19] per ARABIAM, cùm Euphrates ad dextram ei eſſet, quina deſertis in locis caſtra metatus, paraſangas triginta quinque, cum ſuis progreſſus eſt Cyrus. Campi quidem, quos ibi tum peragrârunt, abſinthio abundabant, æquoríſque in modum latè patebant. Quin & fruticum genera ſeu arundinum, quæ ibi reperiebantur, aromatum inſtar, ſuaves diffundebant odores. Sed operæ pretium erit, [20] ipſum auctorem de iis omnibus, quibus ſive ornata ſive inſtructa erat ea regio, verba facientem audire. Redeamus ad nomen ejus; cujus origo petenda videtur ab incolis, qui *Arabes Scenitæ* ſolent adpellari. Quippe, [21] *Strabone* auctore, Τὰ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆ Μεσοποταμίας, καὶ ἀπότερω τῶν ὀρῶν, ἄνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες, Multi autem Arabes, qui in aliis atque aliis habitabant

1 L. 2. p. 130 & ſeq. l. 16. p. 1076 & ſeq. 2 De exped. l. 2. c. 13. & l. 3. c. 7. Adde *Cellar.* l. 3. c. 12. ſect. 63. 3 L. 16. p. 1083. 4 N. Hiſt. l. 5. c. 24. & l. 34. c. 15. 5 In v. Ζεῦγμα: adde *Lucan.* l. 8. v. 237. 6 K. A. p. 45. 7 2 Sam. X. 16. Adde Targum *Jonath.* ad loc. & Gen. XXVIII. 6, 7. ubi interpr. LXX. habent Μεσοποταμίαν Συρίας: ſic & *Ariſtot.* Περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. extr. Ἐν δὲ τῆ Μεσοποταμίᾳ τῆ Συρίας &c. *Joſeph.* A. J. l. 7. c. 6. τῶν περαν Εὐφράτου Σύρων meminit. 8 In regionibus utique, ubi unus eſt fluvius, aut unus ſaltem eximius, adpellari ſolet ille, non proprio nomine, ſed plerumque communi, *fluvius*. 9 L. 5. c. 12. Adde *Mel.* l. 1. c. 11. *Bochart.* G. S. l. 2. c. 6. *Spanhem.* de Numiſm. T. 1. p. 605. 10 L. 6. c. 26. 11 L. 5. c. 18. 12 G. S. l. 2. c. 6. 13 Diſſertat. ſuprà laud. 14 L. 16. p. 1084. 15 L. 14. c. 3. 16 L. 3. c. 15. ſect. 15. 17 L. 5. c. 18. 18 Loco cit. 19 K. A. p. 45. 20 P. 45, 46, 47, 48. & conf. *Diodor. Sic.* l. 2. p. 132 & ſeq. 21 L. 16. p. 1084.

locis, ità [1]à tabernaculis cognominati ſunt, quæ ciliciis metabantur, ubi libuit. Sed nobis ARABIÆ iſtius nomen unde fuerit deductum, his etiam verbis indicavit [2] *Strabo:* Τὸ γὰρ τῆ Αρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῆ Σύρων, καὶ τῆ Αραβίων, πολλαχοῦ ὁμοφυλίαν ἐμφαίνει καθά τε τἄλλα ἀλέκτον, καὶ τὰς βίας, καὶ τὰς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσί· ὅλοι δ' ἦν Μεσοποταμία ἐκ τῶν τειῶν συνεχῶσα τούτων ἐθνῶν. En itaque Arabia in Meſopotamiâ!

Facto autem per regionem hanc itinere, [3] ad MASCAM perveniunt amnem, cujus plethrum æquabat latitudo. A [4] Ptolemæo *Saocoran* adpellatum fuiſſe cenſuit eruditiſſimus [5] *Bochartus.* Hujus verò ſententia [6] *Cellario*, viro quoque doctiſſimo, minùs eſt probata; quippe cui Ptolemæi *Saocoras* idem eſſe videbatur, atque Xenophontis *Araxes*, ſuprà paulò memoratus. Idcircò autem Cellarius *Araxen* illum *Saocoræ* potiùs quàm *Chaboræ* nomen apud Ptolemæum nactum eſſe putavit, quòd propior *Chaboras* eſſet Thapſaco, quàm pro ſpatio definiti itineris; quinquaginta nempe paraſangarum. Sed majus forſan Thapſacum & *Chaboræ* alveum diviſit intervallum, quàm quantum in tabulis Geographicis vulgò repræſentari ſolet. Ab ARAXE quidem CHABORAS, SAOCORAS à MASCA ſatìs magnam habent ſcripturæ diſſimilitudinem: verùm majores etiam in propriis eorundem tum oppidorum tum amnium nominibus haud rarò reperiuntur varietates. Alias ut omittam, ſtudio utique literarum deditis paſſim obvias, ipſum nomen *Araxes* aliquando *Penéo* Theſſaliæ fluvio, datum fuiſſe ſcribit [7] *Euſtathius.* [8] Cæterùm Maſcâ CORSOTES, urbs ampla quidem, ſed deſerta, cincta erat. Hæc mihi ſanè fuit unum apud Xenophontem obvia. Itaque, per hanc nè mora ſit, [9] ad PYLAS pergamus; quò Cyrus caſtris decimis tertiis, paraſangas nonaginta per loca inculta, Euphrate ad dextram fluente, progreſſus, cum ſuis pervenit. PYLÆ in finibus exſtant Meſopotamiæ, ſeu *Arabiæ* deſertæ, quà Babyloniam adtingit.

[10] Pèr BABYLONIAM tribus caſtris, paraſangas duodecim progreſſus, [11] Græcorum recenſum agit, exercitúmque adeò armis inſtruendum curat. Mox [12] caſtris unis, paraſangas tres progreditur ad [13] locum, ubi pugna tandem commiſſa eſt.

Jam verò [14] Xenophon menſuram itineris hucuſque confecti, caſtrorúmque intereà poſitorum numerum ità collegit: Ab Epheſo ad locum, in quo pugnatum eſt; *Caſtra* —— —— —— 93.
*Paraſangæ* —— —— —— 535.
*Stadia* —— —— —— 16050.

1 *Plin* N. H. l. 6. c: 28. 2 L. 1. p. 70. 3 K. A. p. 48. 4 L. 5. c. 18. 5 Geogr. S. l. 2. c. 6, 11. 6 L. 3. c. 15. 7 Ad *Dionyſ.* v. 739. ubi de *Araxe* Armeniæ fluvio agitur. Adi etiam quæ infrà ſcripta ſunt de *Phyſco* p. ſequente. 8 K. A. p. 49. Voce autem ἔρημος non ſemper locum planè aſperum, in quo nihil præter ſabulum, ſaxa, ferāſque reperias, ſignificari, ſatìs indè liquet, quòd Græci apud Corſoten, quæ ἔρημη dicitur, triduum manebant, eodémque ex agro cibaria quærebant. Vide ſis doctiſſ. *Wolf* ad Luc. XV 4. & Marc. VI. 31. Adde *Reland.* Palæſt. l. 1. c. 56. 9 K. A. loco cit. nominis rationem exponit *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 437. 10 K. A. p. 65. 11 K. A. p. 69. de eorum numero vide, præter auctores memoratos p. 70. n. 3. *Front.* l. 4. c. 2. ſect. 7. *Arrian.* de exped. Alex. l. 4. c. 11. & l. 1. c. 12. 12 K. A. p. 71 13 *Plut.* in vitâ Artox. p. 1014. Κυναξα καλεῖται. 14 K. A. p. 126.

Quòd ſi caſtrorum paraſangarúmque numerum, quem hiſtoriæ ſeriem ſequutus, ubique verbis expreſſi, inire velis, eum ſic ſe habere, ni fallor, invenies — *Caſtra* — — 85.

*Paraſangæ* — 517. ex quibus efficientur *ſtadia* 15510: datis utique paraſangæ cuique triginta ſtadiis. Cùm verò, non à Sardibus, [1] utì ſuprà, ſed ab Epheſo jam itineris initium duxerit auctor, plura ponamus oportet caſtra, pluréſque adeò paraſangas, ab Epheſo nimirum Sardes uſque progredientibus conficiendas. Hujus itaque ſpatii, quod Epheſum Sardéſque interjacet, emetiendi cauſâ, ſi *caſtra* demus *octo*, ipſúmque *paraſangis duodeviginti* conſtare fingamus, jam numerus numero reſpondebit; & adcuratè ſcribi reperies, [2] quæ modò ex auctore de itineris hucuſque menſurâ protulimus.

Poſtero die, quàm pugna erat commiſſa Cyrúſque occiſus, [3] Græci ſe ad Ariæi contulêre caſtra. [4] Indè, aliâ luce ortâ, in Babyloniæ vicos devenêre; compluréſque ibi dies commorati ſunt. Inſtituto tandem confectóque trium caſtrorum itinere, ad Mediæ murum pervenerunt: intrà quem cùm penetrâſſent, [6] caſtris alteris, paraſangas octo progreſſi ſunt; atque binis alveis, è Tigri qui ducti fuerant, trajectis, ad Tigrin ipſum perveniunt; prope quem [7] urbs extructa erat magna & incolis repleta, cui nomen SITACE. *Sitace* autem, quæ dicitur, apud [8] *Ptolemæum* & [9] *Plinium*, in Aſſyriâ ferè mediâ collocatur. Eandem eſſe urbem putavit ὁ πάνυ [10] *Bochartus*, quæ à *Stephano* Ψιτακὴ, πόλις utique ἐπὶ τῷ Τίγριδι, adpellatur.

Ponte navigiis triginta ſeptem facto, Tigri qui fuerat impoſitus, trajecto, caſtris quartis, paraſangas viginti ad [11] Phyſcum uſque amnem, latitudine plethri, progreſſi ſunt. PHYSCUS autem, inquit [12] *Stephanus*, ἐστὶ ποταμὸς, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρῳ ἀναβάσει. Multis apud veteres, ex mente eruditiſſimi [13] *Bocharti* nominibus inclaruit *Phyſcus*: nimirum [14] Strabo & [15] Ptolemæus Κάσπιον, [16] Arrianus Βήμηλον, (Βήμαδον, opinor, voluit) [17] *Curtius Beumello*, (ſcrib. *Bumado*) [18] Plinius *Abſitrin*, [19] Ammianus *Adjavam*, Bocharto judice, adpellat. Ibi urbs magna erat, nomine OPIS. Ἡ δὲ Ὦπις, inquit [20] *Strabo*, κώμη, ἐμπορεῖον τῶν κύκλῳ πάντων. At [21] *Herodoto* πόλις dicitur; ſimiliter [22] *Arriano*, πόλις ἔτι τῷ Τίγρητι ὠκισμένη.

Per Mediam deinde dies ſex, per loca minùs culta, paraſangas triginta, Paryſatidis ad vicos, rerum ad uſus vitæ neceſſariarum copiâ locupletes, progreſſi ſunt. Indè caſtra quinque locis in incultis metati, paraſangis intereà viginti confectis, ad opulentam magnámque, cui [23] CÆNÆ nomen,

1 K. A. p. 9. 2 P. 126. Quæ mox deinde legis, ἀπὸ ἧς τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, σταδίοι ἑξήκοντα ἐ τετρακόσιοι — ea verò corrupta eſſe quidam ſuſpicati ſunt: quippe quia, *Plutarcho* auctore, in *Artox.* p. 1015. Κούναξα, ubi pugnatum eſt, Βαβυλῶνος ἀπέχει σταδίους tantùm πεντακοσίους: quare pro εἰς Βαβυλῶνα, *Jac. Cappellus* εἰς Σῦσα legendum eſſe apud Xenophontem putavit. 3 K. A. p. 127. 4 P. 129. 5 P. 149 & ſeq. 6 P. 150. 7 P. 151. 8 L. 6. c. 1. 9 N. H. l. 6. c. 27. 10 G. S. l. 4. c. 17. 11 K. A. p. 254. 12 Aliàs etiam adlatis, quæ in K. A. reperiuntur, vocibus, Sophænetum illum citat. 13 G. S. l. 4. c. 19. 14 L. 16. p. 1072. 15 L. 6. c. 1. 16 L. 3. c. 8. 17 L. 4. c. 9. 18 L. 6. c. 26. 19 L. 23. c. 6. Vide ſis *Bochart.* G. S. loco cit. ubi nominibus iſtis explicandis operam dat; & adde Cl. *Schwartz.* ad *Cellar.* l. 3. c. 17. ſect. 7. 20 L. 16. p. 1074. 21 L. 1. c. 189. 22 L. 7. c. 7. 23 K. A. p. 156.

urbem pervenêre. Hanc ſanè agnoſcit *Stephanus*, nomine paulùm mutato: ἔστι ἡ πόλις, inquit, Κάναι Τίγρητος ποταμοῦ. Hâc autem in voce aqua, ut aiunt, *Stephani* interpretibus hæſit. Voluit hic, opinor, locum, quem deſcribit Xenophon; atque adeò pro Κάναι, repono Καναὶ, utì apud Xenophontem ſcribi ſolet. [1]

Mox [2] ad ZABATUM fluvium, quatuor plethrorum latitudine, ducum Græcorum cæde nobilem, veniunt. Hodie, auctore Clar. [3] *Deliſle*, vocatur ZAB. Ζάβατος autem (verba ſunt doctiſſ. [4] *Bocharti*) factum videtur ex conſtructo רייבח. Exiſtimavit etiam [5] *Bochartus*, Ζάβατον hunc, eundem eſſe fluvium, qui *Lyci* nomine apud [6] *Ptolemæum*, [7] *Strabonem*, [8] *Arrianum*, [9] *Curtium*, [10] *Plinium* venire ſolet; quíque [11] *Ammiano* dictus eſt *Diabas* vel *Diavas*. Ejus [12] infrà meminit Xenophon: ubi tamen cùm in quibuſdam exemplaribus, Ζάτλω & Ζάδλω malè ſcriberetur, [13] doctiſſ. *Fullerus* Ζάτλω & Ζάβατον in Xenophonte putavit eſſe diverſos amnes. Sed "certum eſt, "(verba legis [14] *Bocharti*) Zaten fluvium Xenophontis libro tertio, eundem "eſſe cum Zabato, de quo libro ſecundo egerat. Ibi enim narrat Græ- "cos, è Paryſatidis vicis cùm exceſſiſſent, fluvium Zabaton attigiſſe, ad "quem cùm moras necterent, Clearchum imperatorem ſuum & præci- "puos pleroſque duces, Tiſſaphernis artibus in Perſarum caſtra pellectos, "inſigni proditione fuiſſe interemtos. Hæc libro ſecundo Xenophon. "Tertio deinde telam retexens inſtitutæ narrationis, refert Græcos hoc "caſu, ut par erat, valdè perculſos, & incertos quid agerent, tandem "oratione ſuâ erectos & recreatos, animos reſumpſiſſe, atque in mortuo- "rum locum alios ſuffeciſſe duces. Quo facto demum *Zaten*, id eſt, *Za-* "*baton*, de quò priùs, inſtructo agmine trajeciſſe. *Zaten* porrò, ſeu *Za-* "*baton*, eundem eſſe cum Lyco patet cùm ex amplitudine, (nam deſcri- "bitur latus quatuor plethris, id eſt, pedibus quadringentis) tum quia, "illo trajecto, nullus alius occurrit Græcis uſque ad montes Carduchio- "rum, præter torrentem ſine nomine." Hactenus ille.

[15] Trajecto Zabato, [16] Χαράδραν deinde quandam reperêre; quem [17] Plinii *Zerbin* eſſe putavit [18] *Bochartus*. Nomen à verbo זרב *zerab* vel *zarab* deducit vir doctiſſimus; "quo non Chaldæi ſolùm, inquit, ſed & Hebræi "utuntur & Arabes. Propriè ſignificat *effluere more torrentis*."

[19] Itinere ultra Χαράδραν facto, ad LARISSAM urbem magnam, deſertam tamen, prope Tigrin ſitam, pervenêre. Eam Medi priſcis temporibus incoluerant: de quâ legas velim, quæ ſcripſit auctor. *Lariſſa* autem fuêre multæ, quas enumerant [20] *Strabo* & [21] *Stephanus*: earum tamen nulla reperitur in regione hâc, de quâ Noſter agit. Quare *Bocharto* videtur accedendum, qui putat Xenophontis *Lariſſam* eſſe *Reſen*, de quâ Moſes Gen.

1 Hinc forſan emendandus etiam *Ptolemæus*, l. 6. c. 1. & pro Βίνα vel, ut libri quidam, Κίνα, reſcribendum Καναί. 2 K. A. p. 156. 3 In Diſſertat. ſuprà laudatâ. 4 G. S. l. 4. c. 19. 5 Loco cit. 6 L. 6. c. 1. ubi pro Λάνης ſcribendum eſt Λύκος. 7 L. 16. p. 1072. 8 L. 3. c. 15. 9 L. 4. c. 9. 10 L. 6. c. 26. 11 L. 23. c. 6. 12 P. 226. ubi vide n. 4. 13 Miſcell. Sacr. l. 3. c 6. 14 G. S. l. 4. c. 19. 15 K. A. p. 226. 16 P. 233. 17 N. H. l. 6. c. 26. 18 Loco cit. 19 K. A. p. 235. 20 L. 9. p. 672. 21 In voce. Adde *Schol.* in *Apollon.* Rhod. v. 40.

X. 12. En ejus verba -- "Hanc urbem (ſcil. *Lariſſam*, cujus meminit Xenophon) "ut ſuſpicer eſſe *Reſen*, multa me movent. *Primò*, ſitus prorſus "convenit, ſi verè Ninus fuit inter Lycum & Caprum, ut hodie docti "contendunt. *Secundò*, Lariſſa μεγάλη πόλις mœniúmque latitùdine & al- "titudine conſpicua; ambitu etiam, quem Xenophon duabus paraſangis "definit. --- *Tertiò*, videtur Xenophon *Reſen* mutâſſe in Λάρισαν, propter "vocum alluſionem. Saltem hoc certum, Lariſſæ vocabulum planè eſſe "Græcum, atque urbes hujus nominis in Græciâ plures exſtitiſſe: & ſi "quæ alibi fuerunt extra Græciam, eas pro Græcis eſſe habitas --- At in "Aſſyriâ Græcæ urbes, ævo Xenophontis, id eſt, ante Alexandrum, nullæ "fuêre: proinde nec ulla Lariſſa. Omnino igitur urbis hujus verum no- "men interpolavit Xenophon, ut ad Græcam elegantiam accommodaret. "Et veriſimile eſt, Græcis rogantibus, cujus urbis eſſent rudera, Aſſyrios "reſpondiſſe לרסן *Lereſen*, addito *le*, genitivi notâ, -- atque illud *Lereſen* "mutatum eſſe in Λάρισαν." Hæc ille: quocum conſentit Cl. [1] *Clericus*.

[2] Indè caſtris unis, paraſangas ſex ad caſtellum quoddam progreſſi ſunt, propter urbem ſitum, cui nomen MESPILA; de quibus legenda ſunt, quæ ſcripſit Xenophon. Urbis meminit *Steph.* apud quem tamen ſcribitur Μίσπιλα.

Mox poſitis caſtris aliis atque aliis, ad CARDUCHIOS tandem venêre montes. Carduchos Mediæ tribuit [3] *Stephanus*, Parthiæ [4] *Strabo*. Adiabenis, inquit [5] *Plinius*, connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri. [6] Xenophon eos in confiniis Armeniæ Auſtralibus habitâſſe docet. Hodiè, teſte Cl. [7] Deliſle, *Curdes* adpellantur. Multis olim nominibus erant dicti, [8] *Gordiæi* ſcilicet, *Gordi*, *Cordæi*, *Cardueni*. In CARDUCHIIS autem montibus arcam Noæ ſubſtitiſſe non levibus de cauſis ſtatuêre [9] viri eruditi.

A montibus illis, [10] quibus in peragrandis ſeptem dies Græci conſumpſêre, ſtadia circiter ſex ſeptémve diſtabat fluvius [11] CENTRITES, latus bina ferè plethra, qui Armeniam à Carduchorum agro ſeparat. [12] *Diodorus* etiam *Siculus* amnis retinuit nomen; quod à גתרי *Gethere* vel *Getere* duci ſuſpicatus eſt [13] *Bochartus*. Eo trajecto, [14] factóque deinde per Armeniam itinere, ad vicum pervenêre, ubi ſatrapæ erat regia, & larga commeatûs copia.

[15] Hinc caſtris alteris, paraſangas decem progreſſi, Tigris ſupra fontes evaſerunt. De his autem fontibus auctores alii alia ſcripſêre. [16] *Plinius* hæc: *Oritur Tigris in regione Armeniæ majoris, fonte conſpicuo in planitie.* [17] *Strabone* teſte, à Tauro monte in Seleuciam delatus eſt. Plures Tigres adfert [18] *Herodotus*: πρῶτος μὲν, inquit, Τίγρης· μετὰ δὲ, δεύτερός τε ἰὼν πέπτος οὔτος ὀνομαζόμενος· ἐκ δὲ τούτου ἐὼν ποταμὸς, ἐς δὲ ἐκ τῆ αὐτῆ ῥέων. Xenophontem ejus voluiſſe fontes, qui ad orientem vergit, cum [19] Cl. *Deliſle* cenſuerim.

1 Ad Gen. X. 12. 2 K. A. p. 237. 3 In voce. 4 L. 16. p. 1083. 5 L. 5. c. 15. 6 P. 283. 7 Diſſertat. laud. 8 *Stephan.* in v. Γορδυαῖα. Adde *Bochart.* G. S. l. 1, c. 3. & *Fuller.* Miſcell. S. l. 1. c. 4. & *Tellier.* ad *Curt.* l. 4. c. 10. p. 242. 9 Vide auctor. proximè laudat. loca cit. & *Grot.* ad Gen. VIII. 4. 10 K. A. p. 284. & *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257. 11 K. A. p. 283. 12 L. 14. p. 258. 13 G. S. l. 2. c. 10. 14 K. A. p. 297. 15 Ibid. 16 N. H. l. 6. c. 27. 17 L. 11. p. 792. 18 L. 5. c. 52. 19 Diſſertat. ſæpiùs laud.

[1] Indè caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad TELEBOAM progreſſi ſunt. Pulchellus autem hic fluvius Euphratis eſſe brachium videtur, quà orientem maximè ſpectat. Locus, unde duxit ortum, ARMENIA dicebatur ἡ πρὸς ἑσπέραν: ſeu, eorum regio, qui Εσπεριοι nomine veniunt, Αραβάσι extremâ.

[2] Caſtris deinde tertiis, per planitiem paraſangas quindecim progreſſi, tandem in vicos diverterunt: [3] jugo mox ſuperato, caſtríſque ter apud inculta loca poſitis, [4] EUPHRATIS adpropinquârunt fontibus. *Oritur* autem *Euphrates*, auctore [5] Plinio, *in præfecturâ Armeniæ majoris Caranitide, ut prodidêre ex iis, qui proximè viderant; Domitius Corbulo, in monte Abâ: Licinius Mucianus, ſub radicibus montis, quem Capoten adpellant, ſupra Zimaram*, XII M. *paſſ. initio Pyxurates nominatus.* In ſeptentrionalibus Tauri partibus fontes ejus poſuit [6] *Strabo.* [7] Apud Xenophontem quidem dicuntur non longè à Tigris fontibus abeſſe: at referente [8] *Strabone*, Διέχουσιν ἀλλήλων αἱ πηγαὶ, τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος, ὡς δισχιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους. Diverſas utique Euphratis partes intellexerunt; ille fontes deſignat, quà orientem ſpectat amnis; hic à brachio quodam occidentali, cùm ſpatium inter eum & Tigrin definivit, initæ menſuræ fecit initium.

Euphratis fontibus à tergo relictis, [9] per nivem altam, ſeptentrionem verſùs iter faciunt: [10] nivem vix tandem eluctati, in vicos quoſdam diverterunt Armeniæ; ubi repererunt equos, [11] qui tributi nomine regi alebantur.

[12] Conſumptis ibi ſeptem diebus, octavo demum motis ſepties caſtris, paraſangas quinque ſingulos in dies, ad [13] PHASIN amnem, latitudine ferè plethri, progreſſi ſunt. Alius autem hìc, atque [14] clariſſimus ille Ponti *Phaſis*, intelligendus eſt. Ad Xenophontis itaque narrationem optimè convenire videtur ille *Phaſis*, cujus [15] *Conſtantinus Porphyrogenetus* meminit, cuíque nomen ERAX etiam inditum erat. Tam enim ea ſimilitudo quæ in vocibus *Erax* & *Araxes* invenitur, quàm quæ ſcriptor iſte memoriæ prodidit, ad Phaſin Ponti minùs convenientia, rectè [16] Cl. *Deliſle* adduxiſſe videntur, ut *Araxen*, qui in mare Caſpium delabitur, eundem eſſe fluvium exiſtimaret, quem Xenophon hìc loci *Phaſin* adpellavit.

[17] Hinc caſtris binis, paraſangas decem, per juga montium progreſſi, in planitiem tandem vicóſque, fugatis hoſtibus, deſcenderunt. [18] Mox caſtris quinquies poſitis, paraſangíſque triginta confectis, ad TAOCHORUM

1 K. A. p. 297 & ſeq. 2 P. 299 & ſeq. 3 P. 304. 4 P. 305. 5 Hiſt. N. l. 5. c. 24. 6 L. 11. p. 792. 7 K. A. p. 262. 8 L. 11. p. 792. Adde *Salmaſ.* Plinian. exercit. p. 438. *Ptol.* l. 5. c. 13. & *Euſtath.* ad *Dion.* v. 976. 9 K. A. p. 306. 10 P. 312 & ſeq. 11 P. 318. Adde *Strab.* l. 11. p. 796. 12 K. A. p. 319. 13 P. 320. 14 De quo *Strabo* l. 7. p. 457. & l. 11. p. 801. *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. *Dionyſ.* v. 691. *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 403. *Agathem.* l. 2. c. 1. aliíque paſſim. 15 Imper. Orient. c. 45. Cl. *Deliſle* citat *Procopium* etiam: cùm verò auctorum nec verba ſoleat adferre, nec indicare loca, ubi reperiantur, ipſe quidem *Procopium* teſtem in hanc rem citare nolui, cùm neque locum, quem vir doctus huc facere cenſuerit, invenire potuerim, & aliàs auctorem illum Phaſin amnem Colchicum adpellâſſe, atque adeò in Pontum Euxinum deduxiſſe, noverim. Vide ſis ejus de Bel. Perſ. l. 1. c. 15. & de Bel. Goth. l. 4. c. 2 & 6. 16 Diſſert. ſæpè cit. 17 K. A. p. 321, 328. 18 P. 328 & ſeq. reſpice K. A. p. 321. n. 1.

regionem (ubi hodie TAOCHIR in Tabulâ *Georgiæ* ponitur, teſte Cl. *Deliſle*) pervenerunt: [1] indè per CHALYBUM agros caſtris ſeptem, paraſangas quinquaginta progreſſi ſunt. Eos [2] Diodorus Siculus *Chalcidenſes* vocat. Sed pro Χαλκιδέων, quod exemplaria *Diodori* repræſentant, legi mallem Χαλδαίων: quâ ſcripturæ mutatione factâ, jam nulla erit Diodoro cum Xenophonte diſcordia: nam [3] *Strabone* teſte, Χαλδαῖοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο.

Ab his digreſſi, ad amnem Harpaſum, cujus erat quatuor plethrorum latitudo, pervenerunt. Apud auctores autem recentiores, ſua qui ſcriptis mandârunt itinera, fluvium hunc HARPASON nomine venire teſtatur [4] Cl. *Deliſle*. Cæterùm *Diodoro Siculo* reſtituendum eſt nomen Αρπαζος, cujus utique locum occupavit [5] Αρπαγος.

[6] Hinc per SCYTHINORUM agrum caſtris quartis, paraſangas viginti ad vicos progreſſi ſunt; apud quos triduum manſerunt. Pro Σκυθινῶν in [7] *Diodoro* malè legitur Τασυπίνων: in *Stephano* Σκυθινοὶ reperitur. Porrò SCYTHINI forſan barbaris illis Επτὰ κωμήταις, quorum meminit [8] *Strabo*, adnumerandi ſunt. Caſtra deinde quater metati, vigintíque paraſangas emenſi, [9] ad urbem venêre magnam, tam opibus quàm incolis abundantem, cui nomen GYMNIAS: eadem [10] *Diodoro* dicitur GYMNASIA.

Paucis autem diebus interjectis, [11] THECHEN adtigêre, montem ſacrum; unde Græci mare, ſummâ non ſine lætitiâ, tandem conſpexerunt. Apud [12] *Diodorum* mons hic vocatur Χήνιον: in MSS. quibuſdam Xenophontis exemplaribus legitur Ηχης. [13] *Arrianus* Ιερον ὄρος inter Ceraſuntem & Trapezuntem collocavit. Eundem hunc montem intellexiſſe videtur [14] *Apollonius Rhodius*: Ιερον δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν ὄρος —— *Schol.* Ορος ὕτω καλούμενον τὸ καθηκον εἰς Εὔξεινον πόντον.

[15] Hinc per MACRONUM regionem caſtris tribus, paraſangas decem progreſſi ſunt. Hi poſteà, [16] *Strabone* teſte, Σάννοι dicti erant. Similiter [17] *Euſtathius*: οἱ Μάκρωνες ἔθνος Ποντικὸν, βαρβάρων τοπώτερον· τοῦτους νῦν Σάννας φαμεν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζάνους --- [18] *Arrianus* autem *Drilas*, quos vocat Xenophon, *Sannos* nominat.

Tridui itinere confecto, [19] COLCHORUM ad montes Græcos deduxêre Macrones: Colchíſque in fugam verſis, in vicos illi commeatûs copiâ abundantes diverterunt. Iis autem, quæ de vi mellis, quod ibi reperêre Græci, ſcripſit Xenophon, ſimilia memoriæ tradidit [20] Plinius: *Aliud genus*, inquit, *in eodem Ponti ſitu, gente Sannorum, mellis, quod ab inſaniâ, quam gignit*, mænomenon *vocant. Id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſilvæ.*

[21] Ab his vicis, caſtra bis metati, progreſſíque adeò paraſangas ſeptem,

1 K. A. p. 334. 2 L. 14. p. 259. 3 L. 12. p. 826. 4 Diſſert. ſuprà memor. 5 L. 14. p. 259. edit. *Rhodom.* 6 K. A. p. 336. 7 Loco cit. Adde K. A. p. 336. n. 2. 8 L. 12. p. 825. iiſdem videntur addendi, quos Xenoph. KOITOYΣ p. 616. vocat. 9 K. A. p. 336. 10 L. 14. p. 259. 11 K. A. p. 337. 12 Loco proximè cit. 13 Peripl. P. E. p. 129. edit. *Blanc.* 14 Αργον. β'. v. 1017. 15 K. A. p. 340. 16 L. 12. p. 825. 17 Ad *Dionyſ* v. 766. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 396. & *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. 18 P. E. Peripl. p. 123. 19 K. A. p. 343. 20 N. H. l. 21. c. 13. Adde *Strab.* l. 12. p. 826. 21 K. A. p. 348.

ad TRAPEZUNTEM, Græcam urbem, coloniam Sinopenſium, in Colchorum regione, Pontum ad Euxinum ſitam, pervenêre. Colchos etiam [1] *Arrianus* Τραπεζουντίοις ὁμόρους adpellat. [2] *Straboni* & [3] *Scylaci* TRAPEZUS eſt πόλις Ελληνίς: eadémque [4] *Melæ* illuſtris; [5] *Euſtathio*, κτίσμα Σινωπέων, μέγα ἐμπόριον: [6] *Tacito*, vetuſta Aſiæ civitas, à Græcis in extremo Ponticæ oræ condita: [7] *Plinio*, liberum, *ſcil.* oppidum. Hìc dies circiter triginta commorati ſunt Græci; & [8] Trapezuntiis ducibus, in DRILARUM fines incurſionem fecêre. Δρυλαὶ autem, ait *Stephanus*, (lege Δείλαι) συνοικία τῆ Ποντικῆς Τραπεζοῦντος ὑ πρὸξ ω, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ανα βάσεως πέμπῳ. Quibus [9] *Arriani* verba libet hæc adjungere: Τραπεζουντίοις μὲν, καθάπερ κὴ Ξενοφῶν λέγει, Κόλχοι ὅμοροι· καὶ οὓς λέγει τὰς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δείλλας (repone Δείλας) ὀνομάζῃ, [10] ἐμοὶ δ' δοκοῦσιν οἱ Σάννοι εἶναι εἶ)· καὶ γὰρ μαχιμώτατοί εἰσιν εἰς τοῦτο ἔτι, κὴ τοῖς Τραπεζουντίοις ἐχθρότατοι, κὴ χωρία ὀχυρὰ οἰκοῦσι, κὴ ἔθνος ἀβασίλευτον.

Græcos indè profectos excepit tandem [11] CERASUS, urbs etiam Græca, prope mare Euxinum ſita, in Colchide. Illuſtris & hæc apud [12] *Melam* audit: nomen autem, [13] *Euſtathio* ſi modò fidem habeas, ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων accepit. Quæ verò Colchidis, Xenophontis ævo, urbs erat, poſtea [14] Ponto tribui ſolebat. Porrò, [15] *Arriano* auctore, αὕτη ἡ Φαρνακεία παλαιὰ Κερασοῦς ἐκαλεῖτο, Σινωπέων κὴ αὕτη ἄποικος. Sed [16] *Ptolemæus*, [17] *Strabo*, [18] *Plinius* Pharnaciæ (ſeu Pharnaceæ) & Ceraſuntis, tanquam diverſarum urbium, meminerunt. Imò verò, [19] *Strabone* teſte, ex Cotyorâ συνῳκίσθη ἡ Φαρνακία.

A [20] Ceraſunte digreſſi, MOSYNOECORUM in agrum penetrârunt: de quibus ità [21] *Strabo*: Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὀρεινοὶ τούτων ἄγριοι τελέως, διαφέρονται δ τὰς ἄλλας οἱ Επὶ θάλατταν· τίνες δὲ κὴ ἐπὶ ἀνδρείαν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι, διὸ κὴ Μοσυνοίκους ἐκάλεν οἱ παλαιοὶ, τοὺς πύργους μοσσύνους λεγομένους. Ζῶσι δ' ἀπὸ θηρείων σαρκῶν κὴ τῶν ἀκροδρύων. Sed & mores hominum iſtorum & nominis originem, locis modò citatis, indicavi.

[22] Per eam autem, quam incoluêre MOSYNOECI, regionem, caſtris octies poſitis, ad CHALYBAS progreſſi ſunt Græci. Jam verò [23] ſuprà gentem vidimus, id cui nominis contigit, hâc longo ſatìs intervallo diſtantem. Solebant utique barbari iſti paſſim per inculta loca palari; noménque adeò ſuum in aliis atque aliis, quæ ſedem iis aliquamdiu præbuêre, locis inveniri, non eſt quòd miretur aliquis. Chalybum etiam intrà Halyn amnem ſitorum meminit [24] *Herodotus*: ſimiliter [25] *Ephorus*, quem eâ de cauſâ [26] *Strabo* fruſtrà caſtigat. Nam iſti forſan, mutatis jam, Strabonis ætate,

1 Peripl. P. E. p. 123. 2 L. 12. p. 824. 3 P. 33. 4 L. 1. c. 19. 5 Ad *Dion.* v. 687. 6 Hiſt. l. 3. c. 47. Adde *Stephan.* 7 Hiſt. N. l. 6. c. 4. 8 K. A. p. 361. 9 Peripl. P. E. p. 11. edit. *Oxon.* 10 Sed reſpice ſuprà paulò ſcripta de Macronibus. 11 K. A. p. 372. 12 L. 1. c. 19. 13 Ad *Dionyſ.* v. 453. 14 *Pomp. Mel.* l. 1. c. 19 *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. *Strab* l. 12. p. 825. *Ptolem.* l. 5. c. 6. *Hierocl.* p. 702. *Scylax* p. 33 Aſſyriæ eam adſcribit. 15 Peripl. P. E. p. 17. edit. *Oxon.* 16 L. 5. c. 6. 17 L. 12. p. 825. 18 L 6. p. 4. 19 Loco cit. 20 K. A. p. 379 & ſeq. ubi vide n. 4. & p. 389. n. 2 & 3. necnon p. 392. n. 4, 5, 7. p. 393. n. 1. 21 L. 12. p. 825. 22 K. A. p. 394. 23 P. 14. 24 L. 1. c. 28. 25 Apud *Strab* l. 14. p. 996. 26 Loco cit. ubi vide quæ notavit *Palmer.* Quin & *Pomp. Mela* l. 1. c. 19. factâ de Harmene, quæ Paphlagoniam finit, mentione; *Chalybes*, mox inquit, *proximi urbium clariſſimas habent Amiſon & Sinopen — amnium Halyn & Thermodonta.* Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 3, extr.

ſedibus, orientem versùs habitatum commigraverant. Ii quidem Chalybes, de quibus [1] anteà mentionem fecit Xenophon, longè erant fortiſſimi, Harpaſum ultra fluvium ſiti: jam verò memorat alios, numero exiguos, & Moſynœcorum, quibus erant vicini, ſubjectos imperio. Hos agnoſcit [2] *Euſtathius*: Οἰκῶσι δ', (Tibareni *ſcil.*) inquit, καθὰ καὶ οἱ Χαλδαῖοι, μέχρι τῆ μικρᾶς Αρμενίας —— ἐφ' οἷς οἱ Χάλυβές εἰσι —— τύτυς τὲς Χάλυβας ἄλλοι Χαλδίυς ἐκάλεσαν (ἔθνος δέ εἰσι Ποντικὸν, ὑπὲρ τῆ Θερμώδοντι): deinde, paucis interjectis, Ξενοφῶν δὲ, ait, ὀλίγυς τε αὐτὲς εἶναι λέγει, καὶ τῆ Μοσσυνοίκων ὑπηκόυς. [3] Hos quoque *Strabo* Chaldæorum nomine deſignâſſe videtur.

Chalybas adtingunt [4] TIBARENI; ad [5] quorum deinde ventum eſt agrum; quibus in riſu luſúque ſummum bonum eſt, [6] auctore *Melâ*; [7] his ſimilia tradit *Ephorus*: ſed Moſynœcos hic & Tibarenos inter ſe confudiſſe [8] videtur. Tibarenos etiam [9] *Strabo* cum Chaldæis (qui Noſtro ſunt Chalybes) & Sannis (qui olim Macrones dicebantur) conjungit. [10] Ἀγχι δὲ (*ſcil.* prope Chalybas) ναιετάυσι πολύξενες Τιβαρηνοὶ
Ζηνὸς &c. Similiter [11] *Dionyſius*.

Cùm [12] biduum per horum agrum perrexiſſent, ad COTYORA perveneruntt, urbem Græcam, in regione Tibarenorum poſitam, cujus incolæ Sinopenſium erant coloni. Ταύτης, inquit [13] *Arrianus*, ὡς πόλεως Ξενοφῶν ἐμνημόνευσεν, καὶ λέγει Σινωπέων ἄποικον εἶναι· νῦν δ' κώμη ἐστὶ, καὶ ὐδὲ αὐτὴ μεγάλη. Apud [14] *Strabonem* dicitur πολίχνη: apud *Stephanum* Byz. κώμη πρὸς τῆ Πόντῳ. [15] *Ptolemæi* exemplaria Κυτέωρον: [16] *Plinii*, COTYORUM, exhibent. Ex veteribus etiam libris [17] *Strabonis* editores adferunt Κύτωρος & Κύτυρος: eadem videtur urbs, quæ [18] *Melæ* vocata eſt *Cotyros*. In [19] *Diodoro* reperitur eadem atque in Xenophonte ſcriptura. Hucuſque autem pedibus iter fecêre Græci; poſitis eum inter locum, in quo pugna fuerat commiſſa, & *Cotyora*, caſtris centum & viginti duobus, paraſangis intereà ſexcentis viginti, ſtadiis duodeviginti mille viginti, menſibus octo confectis. [20] Hos utique numeros repræſentare ſolent libri vulgati. Quòd ſi paraſangis ſingulis ſtadia triginta, [21] utì ſuprà, tribuamus, jam verò augendus erit ſtadiorum numerus, & ex memoratis *paraſangis*, ſcilicet —— 620 colligenda

*Stadia* —— —— 18600.

Quapropter mendoſa mihi videtur vulgata loci laudati ſcriptura, & pro στάδιοι μύριοι ὀκτακισχίλιοι εἴκοσι legerim, fide nixus MStorum Eton. & reg. Pariſ. στάδιοι μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι.

Indè cùm, navigiis comparatis, ſolviſſent [22] litúſque Jaſonium haud procul ſpectâſſent, Thermodontis primùm, mox Irios, Halyos deinde fluviorum oſtia prætervecti, ad Harmenem tandem Sinopes portum adpulêre.

1 K. A. p. 334. 2 Ad *Dionyſ.* v. 467. 3 L. 12. p. 825. 4 *Mela* l. 1. c. 19. 5 K. A. p. 394. 6 L. 1. c. 19. 7 Apud *Steph.* Byz. in v. Τιβαρηνία. 8 Vide ſis K. A. p. 393. 9 L. 12. p. 825, & 832. 10 *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 377. Adde *Herod.* l. 3. c. 94. & *Scylac.* p. 33. 11 V. 767. ubi vide *Euſtath.* Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. 12 K. A. p. 395. 13 Peripl. P. E. p. 17. 14 L. 12. p. 825. 15 L. 5. c. 6. 16 N. H. l. 6. c. 4. 17 Loco cit. 18 L. 1. c. 19. Vide tamen *Scylac.* p. 34. *Marcian.* Heracl. p. 71. *Strab.* l. 12. p. 820. & *Berkel.* ad *Steph.* in v. Κωτύωρα & Κύτωρος. 19 L. 14. p. 261. 20 K. A. p. 395 & ſeq. 21 Diſſert. hujus p. 10. 22 *Straboni* l. 12. p. 825. & *Arrian.* Peripl. p. 17. eſt ἄκρα Ιασόνιον: *Ptolem.* l. 5. c. 6. Ιασώνιον ἄκρον: *Plin.* N. H. l. 6. c. 4. flumen Jaſonium.

[1] THERMODON amnis Ponti Polemoniaci, cujus erat trium plethrorum latitudo, [2] ortus ad caſtellum, quod vocant Phanarœam, prætérque radices Amazonii montis lapſus, [3] fuit Amazonibus, ut fama erat, accolis inclitus. [4] Huic proximus eſt IRIS; de quo ſic [5] *Strabo*: ἄλλος δὲ, *ſcil.* fluvius, τούτῳ (i. e. *Thermodonti*) πάρεισος, ξέων ἐκ τῆ καλυμβάρης Φαναγορίας, τὸ αὐτὸ διέξεισι πεδίον, (πλὴν Θεμίσκυραν,) κωλεῖται ὑ Ιρις. Εχῆ ὑ τὰς πηγὰς ἐν αὐτῷ τῷ Πόντῳ. Ρυεὶς δὲ ἀλὰ -- & cætera ibi legenda. Ejuſdem meminerunt [6] *Ptolemæus*, [7] *Apollonius*, [8] *Dionyſius*, [9] *Arrianus*, [10] *Marcianus*, [11] *Plinius*, [12] *Ammianus*. [13] HALYS deinde fluvius oram Ponti ſeu Paphlagoniæ legentibus ſeſe offert. De quo ſimul & binis illis modò memoratis ità cecinit [14] *Apollonius*:

——— πόλεος δ' ὅπὶ πείρασι αἰγιαλοῖο
Αλῆι ὅπὶ ῥοθίῃπι ξοαὶ Αλυος ποταμοῖο
Δεινὸν ἐρεύγονται· μεῖὰ τόνδ' ἀγχίξξοᾳ Ιρις
Μειότερᾳ λευκῇσιν ἐλίσσεται εἰς ἅλα δίναις.
——— ὅπὶ ὑ τόμα Θερμώδοντᾳ
Κόλπῳ εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ὑπ' ἄκρῃ
Μύρεται, εὐρείης Δρειμένος ἠπείροιο.

Et [15] *Dionyſius*: ——— ἀπ' οὔρεος Αρμθηίοιο
Λευκὸν ὕδωρ ῥοθίῃσιν Ενυάλιος Θερμώδων,
Ος ῥοτ' ———
Ιρις δ' ἐξείης καθαρὸν ξέον εἰς ἅλα βάλλῃ.
Τῷ δ' ὀπιμορμύρῃσι ξοαὶ Αλυᾳ ποταμοῖο,
Ελκόμθναι βορέηνδε, &c.

Quibus addenda hæc [16] *Arriani* verba: ἔτος ὁ ποταμὸς (ſcil. *Halys*) πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆ Κροίσε βασιλείας καὶ Περσῶν, νῦν ὑπὸ τῇ Ρωμαίων ὀπτραλείᾳ ξέει, ἐκ μεσημβρείας, ὡς λέγῃ [17] Ηρόδοτᾳ, ἀλλὰ ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίε· καθότι ὑ εἰσβάλλει εἰς τὸν Πόντον, ὁείζει τὰ Σινωπέων καὶ Αμισηνῶν ἔργα. [18] *Strabo* tum nominis originem, tum fontes ejus indicat: ὠνόμασται δ' ἀπὸ τ ἁλῶν, ἃς ἀφιᾶσι· ἔχῆ ὑ τὰς πηγὰς ἐν τῇ μεγάλῃ Καππαδοκίᾳ τ Ποντικῆς πλησίον, κτ' ἦ Καμβυσηνῆ.

[19] Græcos iſtorum amnium oſtia prætervectos excipit tandem HARMENE, πόλις Ελληνὶς, auctore [20] *Scylace*, καὶ λιμένι. Similiter [21] *Arrianus*: ἀπὸ ὑ Λεπτῆς ἄκρας ἐς Αρμένην, ἑξήκοντα *ſcil.* σάδιοι· λιμὴν αὐτόθι· καὶ Ξενοφῶν τ Αρμένης ἐμνημόνευσεν. Dicitur etiam [22] κώμη τῶν Σινωπέων, ἔχουσα λιμένα: & [23] κώμη Παφλαγονίας: urbs etiam quæ, [24] *Melâ* teſte, Paphlagoniam finit. Sed ultra eam regionis iſtius terminos extendit Xenophon.

1 K. A. p. 406, 458. *Ptolem.* l. 5. c. 6. 2 *Plin.* N. H. l. 6. c. 3. extr. 3 *Virg.* Æn. l. 11. v. 659. *Propert.* l. 3. el. 12. v. 15 & ſeq. *Valer. Flac.* l. 4. v. 601. *Dion.* Perieg. v. 773 & ſeq. & *Euſtath.* in loc. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 370 & ſeq. *Strab.* l. 12. p. 823. *Arrian.* Peripl. P. E. p. 16. *Scylac.* p. 33. *Mel.* l. 1. c. 19. & *Amm. Marcell.* l. 22. c. 8. 4 K. A. p. 406. 5 L. 12. p. 823. 6 L. 5. c. 6. 7 L. 2. v. 367. 8 V. 783. 9 P. 16. 10 P. 74. 11 L. 6. c. 3. extr. 12 L. 22. c. 8. Obiter autem emendandus eſt *Euſtath.* cujus in *Dion.* v. 976. ſic leguntur verba: ἔστι ὑ Τίγρις καὶ Παφλαγονικὸς ποταμὸς, ὡδὲ ἃ φησι Ξενοφῶν, πρῶτον μὲ Θερμώδοντα, εὖρος πλέθρων δύο τριῶν· δεύτερον ὑ Τίγριν, πλέθρον ὀκτώ· τρίτον ὑ Αλυν. Repone, δεύτερον ὑ Ιριν. 13 K. A. p. 407. 14 *Argon.* l. 2. v. 365 & ſeq. 15 V. 773 & ſeq. Confer. *Val. Flacc.* l. 5. v. 120 & ſeq. 16 Peripl. P. E. p. 16. 17 Vide *Herodot.* l. 1. c. 72. 18 L. 12. p. 822. 19 K. A. p. 450. 20 P. 33. Scribitur etiam Αρμίνη cum ſpiritu leni, nonnunquam *Armine*. 21 Peripl. P. E. p. 15. 22 *Strabo* l. 12. p. 821. 23 *Steph.* Byz. in v. 24 L. 1. c. 19. Adde *Plin.* N. H. l. 6. c. 2. & *Ptolem.* l. 5. c. 4.

[1] Ab Harmene ſtadia quinquaginta, *Strabone* & [2] *Marciano* auctoribus, diſtat SINOPE, ἀξιολογωτάτη τ ταύτῃ πόλεων· ἔκτισαν δ᾽ οὗ αὐτὴν Μιλήσιοι. Apud *Stephanum* quoque audit πόλις ἀξιοθαυμαστὴ τ Πόντ. Nomen unde duxit, ſi quis ſcire cupiat, adeat velim [3] *Apollonium* & [4] *Dionyſium*. Fuit antiqua quidem urbs, ſed ante deductam eò Mileſiorum coloniam minùs firma, minúſque clara: ἐφ᾽ ὕστερον, verba ſunt [5] *Strabonis*, Μιλήσιοι τ εὐφυΐαν ἰδόντες, καὶ τ ἀθένειαν τῶν ἐνοικούντων, ἐξισιάσαντο, καὶ ἐποίκους ἔστειλαν.

[6] Poſteà, PARTHENIUM prætervecti, ad Heracleam perveniunt. PARTHENIUS autem amnis, auctore [7] *Strabone*, ἀπὸ χωρίων ἀνθηρῶν φερόμενος· καὶ ἀπὸ τούτου τ ὀνόματος τούτ πεποιηκὼς, ἐν αὐτῇ τῇ Παφλαγονίᾳ τὰς πηγὰς ἔχει. Ejuſdem meminerunt [8] *Mela*, [9] *Plinius*, [10] *Arrianus*, [11] *Marcianus*, [12] *Scylax*, [13] *Scymnus*, alii. Cæterùm à *Strabone* nonnihil diſcedit *Stephanus* Byz. quippe huic Παρθένιος eſt ποταμὸς ἐν μέσῳ τ Ἀμασριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ᾽ ἐκ τ συνεχῶς θεὸν αὐτὸν τ παρθένον Ἄρτεμιν κωμηγετεῖν· ἢ ἀπὸ τ ἡρμαῖον καὶ παρθενώδες τ ῥεύματος,

Ὡς ἁγνὰ θεμέεων, ὡς ἄδρὴ παρθένος εἶσι.

Τινὲς, ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος —— τῷ δὲ ποταμῷ Παρθένιον ὄνομα τὸν θεοχώεους θέλοις, ὅτι τῷ πάθει τ παρθένε. [14] *Valerio* etiam *Flacco* auctore, Parthenius is eſt,

—— *ante alios Triviæ qui creditur amnes*
*Fidus, & Inopi maternâ gratior undâ.*

[15] Porrò autem HERACLEA urbs erat Græca, Megarenſium colonia, in Maryandenorum agro ſita. [16] *Ptolemæo* dicitur Πόντου Ἡράκλεια: ſic etiam [17] in nummis vocari ſolet, ut ab aliis ejuſdem nominis urbibus diſtingueretur. [18] *Plinius* quidem ſcriptum reliquit, Heracleam eſſe oppidum Lyco flumini adpoſitum: minùs adcuratè, ſi fides utique [19] *Arriano* ſit habenda. Nam, ἀπὸ Λύκου (verba legis *Arriani*) εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα Δωρικὴν, Μεγαρέων ἄποικον, σταδίους εἴκοσι. [20] *Straboni* eſt πόλις εὐλίμενος, καὶ ἄλλως ἀξιόλογος: [21] à quo paulò ante dicitur Μιλησίων κτίσμα: cùm tamen Xenophonti, qui Heracleam Μεγαρέων ἄποικον adpellat, haud pauci, iidémque fide digni, adſtipulentur [22] auctores. Quocirca, pro Μιλησίων, legendum Μεγαρέων, apud *Strabonem*, rectè cenſuiſſe mihi videntur *Caſaubonus* & *Palmerius*. Cæterùm, quæ de Heracleâ ſimul & CHERRONESO ACHERUSIADE, [23] cujus etiam & Herculis ad Cerberum deſcenſûs meminit Xenophon, [24] *Mela* ſcripſit, his libet adjungere: *In eo* (Ponto *ſcil.* Euxino) *primùm Mariandyni urbem habitant, ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. Heraclea vocitatur: id famæ fidem adjicit. Juxtà ſpecus eſt Acheruſia, ad Manes (ut aiunt) pervius, atque*

1 *Strab.* l. 12. p. 821. K. A. p. 450. Adde *Mel.* l. 1. c. 19. 2 P. 72. *Arriano* autem teſte, Peripl. P. E. p. 15. ἔπλευσεν εἰς Σινώπην, σταδίους πεντακοσίους. 3 *Argon.* l. 2. v. 948 & ſeq. ubi vide *Schol.* 4 Περιηγ. v. 775 & ſeq. Vide ſis etiam *Euſtath.* ad v. 772. Confer. *Val. Flacc.* l. 5. v. 110 & ſeq. & *Scymn.* Fragm. v. 204. 5 L. 12. p. 822. Eâ autem de coloniâ Mileſiorum agit illuſtriſ. *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 487, 575. T. 2. p. 601. 6 K. A. p. 458. 7 L. 12. p. 818. 8 L. 1. c. 19. 9 L. 6. c. 2. 10 Peripl. P. E. p. 14. 11 P. 71. 12 P. 34. 13 Fragm. v. 226. Adde *Apollon.* Rhod. l. 2. v. 938. & *Schol.* ad loc. necnon *Ptolem.* l. 5. c. 1. & *Ammian. Marcell.* l. 22. c. 8. 14 L. 5. v. 104. 15 K. A. p. 458. 16 L. 5. c. 1. 17 Vide *Harduin.* Numm. Antiq. illuſtr. p. 194. & *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 265. 18 N. H. l. 6. c. 1. 19 Peripl. P. E. p. 14. 20 L. 12. p. 817. 21 L. 12. p. 816. 22 *Arriano* adde *Scholiaſt.* ad *Apollon.* l. 2. v. 448. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261. *Pauſan.* l. 5. c. 26. 23 K. A. p. 458. 24 L. 1. c. 19.

*indè extractum Cerberum existimant.* Hæc *Mela*; cujus verba ferè [1] *Solinus* exscripsit. At verò ὅπ ὰ ὧδε Ηράκλειαν Αχέρουσὰς καλυμβήν, παντα χόθεν ἐκ θαλάσσης ἐςὶν ὑψηλή τε κὴ ἀπόκρημνος, κὴ ἀπονένευκεν εἰς λυσιὰς εἰς τὸ μεθ' ἡμᾶς τῆς Βιθυνίας πέλαγος· κὴ ὅτι μεθαύπλοον αὐτῇ τὸ κῦμα σφοδρὸς ἀποτελεῖ ἦχος· κὴ ὧδε τῇ ἐπ' ἄκρας αὐτῆς πεφυκυίων πλατάνων, κὴ τῇ ἐπ' αὐτῇ πεδίῳ· κὴ ὅτι δοκεῖ αὐτόθι καταδαπὸ εἰς ᾅδου ὑπάρχειν, Νύμφις ἐν τῷ ὧδε Ηρακλείας ἁ φησί. [3] Labitur autem ibi per planitiem Lycus amnis, duo ferè plethra latus, [4] qui viginti stadiis abest ab Heracleâ. Ejus meminêrunt [5] *Arrianus*, [6] *Plinius*, [7] *Ovidius*, [8] *Apollonius*.

[9] Hinc digressi partim pedibus, partim navibus Calpes portum, qui in Thraciâ reperitur Asiaticâ venêre Græci. Hujus meminit [10] *Arrianus*, citato Xenophonte; eundem agnoscit quoque [11] *Plinius*, necnon [12] *Stephanus* Byz. Nomen forsan à fluvio Calpâ, de quo [13] *Ptolemæus*, [14] *Strabo* & [15] *Marcianus*, accepit. Ο δὲ Κάλπης λιμὴν (verbis [16] Arriani utor) ὁποῖόν τι χωρίον ὄζιν, κὴ ὁποῖος ὅρμος, κὴ ὅτι πηγὴ ἐν αὐτῷ ψυχρᾶ κὴ καθαρᾶ ὕδατος, κὴ ὅτι ὕλαι μεθ' ἧς θαλάσσης ξύλων ναυπηγησίμων, κὴ αὗται ἔνθηροι, ταῦτα Ξενοφῶντι τῷ πρεσβυτέρῳ λέλεκται. Sed cùm lectu dignissima sint ea, quæ de portu hoc memoriæ prodidit Xenophon, ejus loca modò adpellata velim adeas. De Thracia autem illâ, ubi situs erat Calpes portus, [17] *Eustathius* hæc: Οτι Θρᾷκες ὐ μόνον Εὐρωπαῖοι, ἀλλὰ κὴ Ασιανοὶ, κατὰ τὴν τῆ Αξείνου ἱςορίαν λέγοντος, ὥσπερ Φρύγας κὴ Μυσὺς, ὅτω δὴ κὴ Θρᾷκας ἐξ Εὐρώπης ἀφορμῶσι εἰς Ασίαν, μετὰ Πατάρᾳ τινὸς ἡγεμόνος, ὅτε οἱ Κιμμέριοι τὴν Ασίαν κατέτρεχον· ὃς ἐκβαλόντες ἐκ Βιθυνίας οἱ Θρᾷκες ᾤκησαν αὐτοί. Vides, opinor, quâ de causâ Thraces isti à Xenophonte vocantur etiam [18] Bithyni. Deinde, haud paucis interjectis, pergit *Eustathius*: [19] Ηρόδοτος ὃ ἱςορεῖ καὶ ὑπὸ τῷ Κροίσῳ Θρᾷκας εἶναί τινας, λέγων ὅτι ὁ Κροῖσος κατεστρέψατο Χάλυβας, Παφλαγόνας, Θρᾷκας, Θυνὸς, Βιθυνὸς, κὴ τὰ ἑξῆς. Καὶ Ξενοφῶν δὲ οἶδεν Ασιανῶ τινα Θρᾴκην, ἀρξαμένην ἀπὸ τῦ στόματος τῦ Πόντου, μέχρις Ηρακλείας, ὅθι τὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι. [20] *Arrianus* etiam istorum Thracum Bithynorum meminit. [21] Idem hæc alibi: Μέχρι τῦδε (i. e. usque ad Parthenium amnem, [22] de quo suprà) Θρᾷκες οἱ Βιθυνοὶ νέμονται, ὧν κὴ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ασίαν, κὴ τὰ πολλὰ κακὰ ἡ στρατιὰ τῶν Ελλήνων ὅτι ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἔπαθεν, [23] ἐπειδὴ ἀπεχωρίσθησαν οἱ Αρκάδες ἀπό τε τῆς Χειρισόφε κὴ τῦ Ξενοφῶντος μερίδος. Τὰ δ' ἀπὸ τῦδε ἤδη Παφλαγονία.

[24] Itinere per Thraciam Asiaticam seu Bithynorum agrum facto, ad Chrysopolin sexto demum die ventum est. Chrysopolis autem erat oppi-

1 Polyhist. c. 43. 2 Verba sunt *Schol.* & *Apollon.* l. 2. v. 730 & seq. Vide sis etiam *Plin.* N. H. l. 6. c. 1. & *Salmas.* Plin. exercit. p. 623. *Ammian. Marcel.* l. 22. c. 8. *Spanhem.* Numism. T. 1. p. 263 & seq. & *Val. Flac.* l. 4. v. 595 & seq. & K. A. p. 458. n. 2. 3 K. A. p. 459. 4 *Arrian.* Peripl. P. E. p. 14. 5 Loco cit. 6 N. H. l. 6. c. 1. 7 L. 4. ex Ponto, el. 10. v. 47. 8 L. 2. v. 726. ubi *Schol.* Λύκος, ποταμὸς ὁμώνυμος τῷ βασιλεῖ· ῥεῖ δὲ ἀφ' ὑπὸ τῆς Μακεδονικῆς χώρας. Adde sis *Eustath.* ad *Dionys.* v. 787. 9 K. A. p. 464, 467, 473 & seq. 10 Peripl. P. E. p. 3 & 13. confer. K. A. p. 483. 11 N. H. l. 6. c. 1. 12 In v. Κάλπη. 13 L. 5. c. 1. 14 L. 12. p. 818. ubi pro Χάλπης ex *Ptolemæi* loco cit. & *Marciani* p. 69. rescribendum Κάλπης. 15 Loc. cit. 16 Peripl. P. E. p. 13. 17 Ad *Dionys.* v. 322. 18 K. A. p. 474. ubi vide n. 2. coll. cum p. 466, 467, 496, 512. 19 Respicit *Herodot.* l. 1. c. 28. Adde ejusd. l. 3. c. 90. & l. 7. c. 75. 20 De exped. l. 1. extremo: adde *Strab.* l. 12. p. 816. 21 Peripl. P. E. p. 14. 22 Dissertat. p. 18. 23 Respicit ea, quæ exstant K. A. p. 462 — 466, 467. 24 K. A. p. 512 & seq.

dum Chalcedoniæ; [1] ultra Chalcedona ſeptentrionem verſùs, è regione Byzantii, in Bithyniâ poſitum: ità dictum, ex nonnullorum ſententiâ, [2] quòd ibi Perſæ τῦ χρυσῦ ἀπὸ τ πόλεων συρρεόντος ἀθροισμὸν fecerunt; plures autem ἀπὸ Χρυσοῦ, vel Χρύσης, παιδὸς Χρυσηΐδος τ Αγαμέμνονος, nomen deducunt.

[3] Mox in BYZANTIUM, [4] urbem in Boſporo ſatìs notam, trajiciunt Græci. [5] Deinde profecti ſunt ad PERINTHUM, [6] urbem cum portu in Propontide ſitam, latitudine cc. paſſuum, continenti adnexam; quam *Heracleam*, auctore [7] *Marcellino*, poſteritas dixit; quámque adeò, eodem [8] *Marcellino* teſte, Hercules conditam Perinthi comitis ſui memoriæ dedicavit. [9] *Stephanus* autem Perinthum, non ab Herculis comite, ſed à Perintho Epidaurio, qui cum Oreſte militaverat, accepiſſe nomen perhibet.

[10] Poſteà Seuthæ, ([11] is utique erat Thracum in Europâ ſitorum præfectus) qui ſibi imperium in [12] Melandeptas, & Thynos, & Thranipſas, olim patris ipſius imperio ſubjectos, vindicabat, adjunxêre ſe Græci. Jámque ſuſcepto bello adverſùs Thracas illos, ſuprà Byzantium ſitos, [13] aliis atque aliis nominibus diſtinctos, [14] ad locum, qui DELTA adpellatur, penetrârunt. Id autem nominis locis pluribus (forſan ἀπὸ τ τῦ σχήματος ὁμοιότητος, quæ [15] *Stephani* Byz. verba ſunt) inditum fuiſſe docent [16] *Plinius*, [17] *Stephanus* & [18] *Strabo*. His addendus *Euſtathius*, cujus [19] apud ὑπομνήματα leguntur hæc: Ισέον δ ὅτι ὁ Ξενοφῶν ἱσορεῖ κ τ Θρᾴκης τόπον εἶναί τινα Δέλτα καλούμενον.

Cæterùm ab itinere Græcorum jam paulùm ad loca, quorum etiam meminit [20] Xenophon, Biſanthen, Ganum, Novum Caſtellum ſeu Murum digrediendum eſt. BISANTHE dicta & Ραίδεστον, auctore [21] *Ptolemæo*, prope mare ſita erat, [22] in Thraciâ. Errâſſe autem *Stephanum*, qui eam in Macedoniâ poſuit, auctores infrà citati demonſtrant, atque Cl. etiam [23] *Holſtenius* olim monuit. [24] Apud Plinium ſimul reperiuntur *Cypſella, Biſanthe, Macron Tichos dictum, quà à Propontide ad Melanem ſinum inter duo maria porrectus murus procurrentem excludit Cherroneſum.* Hæc parum, opinor, accepit [25] *Surita*; quippe qui putaverit *Biſanthen* à Plinio *Macrontichos* eſſe

1 *Plin.* N. H. l. 5. c. ult. *Steph.* Byz. *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. & *Diodor.* Sic. l. 14. p. 261. 2 Etymol. m. & *Steph.* Byz. 3 K. A. p. 516. 4 *Mel.* l. 2. c. 2. *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Arrian.* Peripl. P. E. p. 12, 25. *Euſtath.* ad *Dionyſ.* v. 803. *Stephan.* Byz. *Strab.* l. 7. p. 492 & ſeq. *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. *Ptolem.* l. 3. c. 11. 5 K. A. p. 531 & ſeq. 6 *Plin.* N. H. l. 4. c. 11. *Mel.* l. 2. c. 2. *Scylac.* p. 28. *Scymn.* v. 714. 7 L. 27. c. 4. Adde *Antonini* Itin. p. 323 & quæ ibi notavit Cl. *Weſſ.* & *Ptolem.* l. 3. c. 11. 8 L. 22. c. 8. 9 In voce. 10 K. A. p. 541 & ſeq. 11 Ibid. p. 616. 12 Doctiſ. *Holſten.* in *Steph.* Byzan. pro ΜΕΛΑΝΔΙΑ, χώρα Σιτωνίας, ex MSS reponendum cenſuit —— Σιθωνίας: quomodo vocatur *Thraciæ* regio apud *Herodot.* l. 7. c. 122. Cùm autem τὰ ἐθνικὰ ſint Μελάνδιος, κ Μελάνδια, idem *Holſten.* apud Xenophontem, loc. cit. Μελανδίπτας in Μελανδίτας mutandum putavit. Hanc ſanè ſcripturam, quam maluit *Holſten.* exhibent MSS Eton. & reg. Pariſ. Mihi tamen regio, de quâ *Steph.* minùs huc convenire videtur. 13 *Herodot.* l. 5. c. 3. de Thracibus ſcriptum reliquit, ἐτόμασται δὲ πολλὰ ἔχουσι κ χώρας ἕκαστοι. Add. *Mel.* l. 2. c. 2. 14 K. A. p. 568. 15 In v. Δέλτα. 16 N. H. l. 3. c. 16. 17 Loc. cit. 18 L. 15. p. 1026. 19 In *Dionyſ.* v. 242. 20 Pag. 569. 21 L. 3. c. 11. 22 *Plutarch.* in Alcibiade, p. 211. edit. Pariſ. *Herodotus* l. 7. c. 137. eam in Helleſponto; *Ptolemæus*, loco cit. in Propontide collocat. Adde *Mel.* l. 2. c. 2. 23 Not. & Caſtigat. in *Steph.* p. 68. 24 N. H. l. 4. c. 11. 25 Ad Antonini Itin. p. 176. edit. *Weß.*

dictam. Verùm ea, tanquam loca diversa, recensent [1] *Ptolemæus* & [2] *Mela*. Quin plura τείχεα hìc loci exstitisse scribit etiam [3] *Herodotus*.

Huic proximus est GANUS, quem oppidis quoque Thraciæ [4] *Scylax* adnumerat, & fuisse scribit [5] *Plinius*. Ibidem Νέον τεῖχος, quod, [6] *Plinium* imitatus, *Novum Tichos* dixeris. Hujus etiam meminit [7] *Scylax*. Utrùm autem vocem τεῖχος verteris *castellum* an *murum*, haud multùm interest; cùm & [8] *murus* denotet *arcem, propugnaculum*.

Jam verò ad Græcos, per [9] Thracum MELINOPHAGORUM agrum Salmydesson usque progressos, redeamus. De SALMYDESSO nonnihil variare videntur auctores. [10] *Melæ* urbs erat HALMYDESSOS: eadem apud [11] *Plinium* quoque nominis reperitur scriptura. [12] *Ptolemæo* dicitur Αλμυδησσὸς αἰγιαλός. Est & Σαλμυδησσὸς, inquit [13] *Lycophronis* interpres, ποταμὸς Θρᾴκης, εἰσβάλλων εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. A *Stephano* scribitur Σαλμυδήσσιος κόλπος τοῦ Πόντου. [14] Apud *Scymnum* invenitur αἰγιαλός τις Σαλμυδησσὸς λεγόμενος,

Εφ' ἑπτακόσια σάδια, τεναγώδης ἄγαν
Καὶ δυσπρόσορμος ἁλίμενός τε παντελῶς,
Παρατέταται, ταῖς ναυσὶν ἐχθρώτατος τόπος.

Cum his velim ea conferas, quæ de eodem loco memoriæ prodidit [15] Xenophon. Ἀπὸ δὲ Θωμιάδος ([16] *Arriani* verba legis) εἰς Σαλμυδησσὸν, σάδιοι ἑξακόσιοι· τοῦτο τοῦ χωρίου μνήμιον πεπίηται Ξενοφῶν ὁ φρισβύτερος. Sed de nomine & naturâ loci, ut ut variant exempla, inter se auctores revera consentiunt: nam & urbis, inquit doctiss. [17] *Cellarius*, & litoris & sinûs commune nomen fuit: urbe excisâ, litoris & sinûs nomen apud scriptores posterioris ævi mansit.

[18] Mox lectori occurrit SELYMBRIA; quæ [19] *Ptolemæo* Σηλυβεία vocata est, & in Propontide collocata. [20] *Scymno* auctore, —— ἐχομένη (*scil.* finitima Perintho) ἡ Σηλυμβεία,

Ην οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὸ τοῦ Βυζαντίου.

In Propontide, ait [21] *Mela*, SELYMBRIA, *Perinthus* —— similiter [22] *Plinius*. [23] *Scylaci* Σηλυμβεία est πόλις ἐν λιμένι.

Græci, [24] datâ commeatui parando priùs operâ, [25] navigiis in Lampsacum transîerunt. LAMPSACUS à [26] *Ptolemæo* in Propontide Mysiæ, quæ in Hellespontο est, [27] à *Scylace* in Phrygiâ, collocatur. [28] *Et Hellespontus*, (quæ sunt Plinii verba) *septem stadiis Europam ab Asiâ dividens, quatuor inter se contrarias urbes habet; in Europâ, Callipolin & Sestον: & in Asiâ* Lampsacum *& Abydon*. LAMPSACUS autem ([29] *Melæ* modò si creduli simus) *Pho-*

1 L. 3. c. 11. 2 L. 2. c. 2. 3 L. 6. c. 33. 4 P. 28. 5 N. H. l. 4. c. 11. 6 Loc. cit. 7 P. 28. 8 Vide sis quæ doctiss. *Wessel.* scripsit ad *Anton.* Itiner. p. 446. & ad *Hierocl.* p 581. 9 K. A. p. 571. Vide sis etiam de nomine p. præced. 10 L. 2. c. 2. 11 N. H. l. 4. c. 11. 12 L. 3. c. 11. 13 Ad *Alex.* v. 186. 14 V. 723 & seq. ubi vide annotat. *Hudson.* 15 K. A. p. 571. 16 Peripl. P. E. extr. ubi lege sis, quæ ex Xenophonte desumpsit. Adde Auctor. anonym. Peripl. P. E. p. 15. *Strab.* l. 1. p. 86. *Herodot.* l. 4. c. 93. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 265. 17 Geogr. Ant. l. 2. c. 15. 18 K. A. p. 572. 19 L. 3. c. 11. 20 V. 714 & seq. 21 Lib. 2. c. 2. 22 N. H. l. 4. c. 11. His adde K. A. p. 538. n. 2. 23 P. 28. Vide sis etiam Xen. *Hist. Gr.* l. 1. p. 256. edit. Steph. *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. 24 K. A. p. 589. 25 K. A. p. 607. 26 L. 5. c. 2. 27 P. 35. 28 N. H. l. 4. c. 11. 29 L. 1. c. 19. ubi vide n. 6. Cl. *Gronov.*

*cæis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quòd conſulentibus in quaſnam terras potiſſimùm tenderent, reſponſum erat, ubi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent.* His ſimilia repræſentat auctor Etymol. m: diſſimilia *Stephanus*, cui Λάμψακος πόλις eſt, κατὰ τὴν Προποντίδα, ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρίας τινὸς κόρης. Ἐστι δὲ Φωκαέων κτίσμα, πάλαι Πιτύουσα λεγομένη —— Cum hoc autem de nominis origine conſentiunt [1] *Polyænus* & [2] *Plutarchus*; à quibus adducta eſt etiam cauſa, cur puellæ nomen urbi fuit impoſitum. Lampſaco proximum eſt [3] OPHRYNIUM; in quo, auctore [4] *Strabone*, erat τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν εὐφανεῖ τόπῳ. Ab eodem, atque etiam [5] *Herodoto*, propè Dardanum ponitur OPHRYNIUM.

[6] Hinc per TROJAM profecti ſunt Græci, & ſuperatâ Idâ, primò ad Antandrum perveniunt; deinde itinere Lydiæ propter mare facto, ad Thebes campum. Pro ΤΡΟΙΑΣ autem, quæ in vulgatis comparet libris, MSS. Eton. & reg. Pariſ. exhibent ΤΡΩΑΔΟΣ. Verùm, ſive urbem, quæ fuit, intellexeris, ſive regionem ei vicinam, ſcriptura recepta loco minimè movenda eſt. [7] Nam illa tota regio propriè TROJA dicitur; *Ilium*, princeps in eâdem urbs —— ἀγλαὸν ἄστυ παλαιγενέων ἡρώων. Adpoſitè ad hanc rem declarandam etiam [8] *Strabo* ſcripſit, Ἐκ δὴ τῆς ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων, εἰκάζουσιν οἱ φερντίσαντες τοῦτο πλέον τι πᾶσαν τὴν ὁμώνυμον ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι, διημένην μὲν εἰς δυναστείας ἐννέα, ὑπὸ δὲ τῷ Πειάμῳ τεταγμένην καὶ τὸν Ἰλιακὸν πολεμὸν, καὶ λεγομένην ΤΡΟΙΑΝ.

Cæterùm, IDA, [9] mons TROJÆ, (Myſiæ etiam ex mente [10] *Melæ* Æolidiſve) *vetere divarum certamine, & judicio Paridis memoratus, orientem ſolem, aliter quàm in aliis terris ſolet adſpici, oſtentat. Námque* & cætera, apud [11] auctorem legenda. [12] *Is autem mons primò parvis urbibus adſperſus eſt, — Gremio interiore campus* THEBE *nomine*; ADRAMYTTION, *Aſtyram, Chryſam, oppida, eodem quo dicta ſunt ordine adjacentia, continet; in altero latere* ANTANDRUM. *Duplex cauſa nominis jactatur. Alii Aſcanium, Æneæ filium, cùm ibi regnaret, captum à Pelaſgis, eâ ſe redemiſſe commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro inſulâ vis & ſeditio exegerat. Hi* ANTANDRUM, *quaſi pro* Andro, *illi quaſi pro* viro, *accipi volunt.* At verò ANTANDROS πόλις (ſic utique *Stephanus*) ὑπὸ τὴν Ἴδην τῇ Μυσίᾳ τῆς Αἰολίδος, ἀπὸ Ἀντάνδρα τοῦ στρατηγοῦ Αἰολέων. Sed, quod & de aliis plerumque oppidorum nominibus dici poteſt,

[13] *Nominis in dubio cauſa eſt:* ——

Porrò, [14] ἀπὸ Ἀνταάνδρα καὶ τῆς Ἰνδίσης τὸ κάτω ἦν πεδίεσον μὲν δι' αὐτὴν ἡ χώρα Μυσία μέχει Τευθρανίας, νῦν δὲ ΛΥΔΙΑ. Hinc illud MARE LYDIÆ, cujus meminit [15] Xenophon. Huc faciunt etiam verba [16] *Strabonis* hæc: τὸ δὲ ΘΗΒΗΣ ΠΕΔΙΟΝ Λυδοὶ ſcil. ἐπῴκησαν. Itaque nihil eſt quòd ex mente *Leunclavii*, ut

1 L. 8. c. 38. 2 Γυναικ. Αρετ. p. 255. Adde *Amm. Marcel.* l. 22. c. 8. 3 K. A. p. 608. 4 L. 13. p. 889. 5 L. 7. c. 43. ubi ſcribitur Οφρύνειον. 6 K. A. p. 609. 7 Vide K. A. p. 609. n. 2. 8 L. 13. p. 875. Adde *Steph.* in v. Ἰδη. 9 *Steph. Byz.* 10 Lib. 1. c. 18. 11 *Mel.* l. 1. c. 18. extr. Adde *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. & *Strab.* l. 13. p. 873. 12 *Mel.* loc. cit. Adde *Virg.* Æn. l. 3. v. 6. 13 *Ovid.* Faſt. l. 3. v. 839. 14 *Scylac.* p. 36. Locus eſt corruptiſſimus, atque ità forſan emendandus: Ἀπὸ Ἀντάνδρα καὶ τῆς Ἴδης, εἰς τὸ κάτω, ἦν πεδίεσον μὲν δὴ αὕτη ἡ χώρα Μυσία μέχει Τευθρανίας, νῦν δὲ Λυδία. Vide ſis etiam *Voſſ.* & *Palmer.* ad loc. 15 K. A. p. 609. 16 L. 13. p. 877.

ut ei favent MSS Eton. & reg. Pariſ. pro τῆς Λυδίας ſcribamus τῆς Ασίας. In eodem etiam hoc tractu THEBEN ejúſque campum, πλησίον Τηβίας, agnoſcunt, præter [1] *Melam* & [2] *Strabonem* ſuprà modò citatos, [3] *Stephanus*, [4] *Herodotus*, [5] *Plinius*.

[6] Indè per Aramyttium & Certonium, à quibus haud procul erat Atarne, ad Caïci campum, mox & Pergamum profecti ſunt Græci. ΑΔΡΑΜΥΤΤΕΙΟΝ ὄ (ſic utique apud *Stephanum* & [7] *Herodotum* ſcribitur) eſt πόλις τῆς κατὰ Κάϊκον Μυσίας· ἡ χαρὰ διχῶς, (inquit *Steph.*) διὰ τοῦ τ, καὶ διὰ τοῦ δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ δι' ἑνὸς τ, καὶ διὰ δύο· ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς τ, ὅταν ἔχῃ διφθογγον, καὶ διὰ δύο, τὸ ι μόνως. Apud [8] *Scylacem* reperitur Αδραμύτιον: apud [9] *Strabonem*, Ατραμύτιον. In Phrygiâ majore [10] *Ptolemæus* collocat Αδραμύττιον. Huic proximum eſt CERTONIUM, quod apud [11] *Herodotum* Καείτη adpellari videtur. Sic autem ille de Xerxis exercitu. Ἐποιέετο δὲ ἡ ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ὀπὶ τὸ ποταμὸν Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ἐρμεώμενος, Κάνης ὄρεος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τῆς Αταρνέος ἐς Καείτας, πόλιν. Situm eundem, qui in Xenophonteam narrationem fatìs convenit, obtinet etiam apud [12] *Plinium* CARENE; quam juxta *Atarneam* poſuit. ATARNEUS autem ([13] nam alio atque alio modo ſcribitur) eſt, auctore *Stephano*, πόλις μεταξὺ Μυσίας. καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. Porrò, CAICI campus ille Myſorum erat, [14] *Herodoto* teſte: cui accedit [15] *Strabo*: Ἡ δὲ Μυσία, inquit, κατὰ μὲν μεσόγαιαν ἀπὸ τοῦ Ολυμπηνοῦ ὀπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει, καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον. Græcos hinc profectos excepit [16] PERGAMUM, oppidum longè clariſſimum; quod Myſiæ tribuendum docet [17] *Plinius*: cujus plura verba, iis etiam quæ infrà ſcripſit [18] Xenophon illuſtrandis apta, libet adferre: *Supra Æolida*, inquit, *& partem Troadis, in mediterraneo eſt, quæ vocatur* TEUTHRANIA, *quam Myſi antiquitùs tenuêre. Ibi* CAICUS *amnis jam dictus oritur. Gens ampla per ſe, etiam cùm totum Myſia adpellaretur.* In eâ —— [19] HALISERNE —— PARTHENIUM —— APOLLONIA, *longéque clariſſimum Aſiæ* PERGAMUM —— [20] Mox deinde Xenophon copias ad PARTHENIUM uſque oppidum ducebat; ibíque capto Aſidate, Pergamum cum ſuis reverſus eſt. [21] Parthenii ſuprà meminerat Xeno-

1 L. 1. c. 18. 2 L. 13. p. 877, 879. 3 In v. 4 L. 7. c. 42. 5 N. H. l. 5. c. 30. adde *Liv.* l. 37. c. 19. 6 K. A. p. 609. 7 L. 7. c. 42. 8 P. 36. 9 L. 13. p. 872. 10 L. 5. c. 2. adde *Mel.* l. 1. c. 18. *Plin.* N. H. l. 5. c. 3. à quo *Adramytteos* dicitur; à *Livio*, l. 37. c. 19. *Adramyttenm.* 11 L. 7. c. 42. ubi adfertur etiam ex MSto Κάρτη: *Stephanus* autem exhibet Καρήνη, citato *Herodoto*, in v. 12 N. H. l. 5. c. 30. Cæterùm, *Stephanus* ex Theopompo adfert urbem, nomine Κυτώνιον, μεταξὺ Μυσίας ⁊ Λυδίας: quam, cùm ejus ſcriptura minùs à Xenophonteo Κερτωνίῃ diſcedat, forſan hic aliquis libentiùs intellexerit. 13 *Stephano* eſt Ατάρνα: *Straboni*, l. 13. p. 872 & 904. *Herodot.* l. 7. c. 42. *Scylaci* p. 37. *Ariſtoteli* Πολιτ. l. 2. c. 7. *Iſocrati* Panegyr. p. 70. edit. *Steph.* & Noſtro *Hiſt. Gr.* l. 3. Ατραγεύς: *Plinio*, loc. cit. *Atarnea*, in caſu recto. 14 L. 6. c. 28. 15 L. 12. p. 863. 16 K. A. p. 609. 17 *Plin.* N. H. l. 5. c. 30. Adde *Strab.* l. 13. p. 924. Scribitur autem & Πέργαμον & Πέργαμος. In Phrygiâ majore à *Ptolemæo*, l. 5. c. 2. collocatur Πέργαμος. Tu vide ſis Diſſertat. hujus p. 4. n. 9. & K. A. p. 609. n. 4. ubi pro τῆς Ασίας lege τῆς Λυδίας: ſic enim edit. *Ald. Flor. Steph. Leuncl.* In uno tantùm exemplari inveni τῆς Ασίας. At lectionem, quam auctori reſtitui, ſcil τῆς Μυσίας, MSS reg. Pariſ. & Eton. exhibent. Conſer. *Spanhem.* Numiſm. T. 1. p. 623. 18 K. A. p. 612 & ſeq. 19 Scribitur & Αλίσαρνα apud *Stephan.* cum ſpiritu leni; cum aſpero, apud Xenoph. Hiſt. Gr. l. 3. haud longè ab initio, Αλισαρνία: apud *Strab.* l. 14. p. 971. Ἁλίσαρνα. Adde *Mel.* l. 1. c. 18. *Scylac.* p. 36 & ſeq. *Strab.* l. 13. p. 915. *Ptolem.* l. 5. c. 2. *Herodot.* l. 7. c. 42. *Steph.* in v. Τεῦθρανία. 20 K. A. p. 614. 21 P. 612.

phon; idem etiam in eodem hoc tractu à [1] *Plinio* collocatum vides. Quare, pro ὑπὸ τὸ Παρθενικὸν πόλισμα, quæ in libris editis comparere ſolent, ὑπὸ τὸ Παρθένιον πόλισμα, MSti regii Pariſienſis auctoritate nixus, reponi tandem debere cenſeo.

[2] Jam verò Thimbroni Lacedæmonio, bellum in Tiſſaphernem & Pharnabazum intendenti, Græci reduces ſeſe adjunxerunt: atque ità demum finita eſt expeditio, in quam Cyrus eos eduxerat; quámque, illo mortuo, menſibus quindecim, auctore potiſſimùm & duce Xenophonte, confecerunt.

En autem itineris totius menſura, ipſe quam hiſtoriæ ſubtexuit [3] Xenophon ——

| | | |
|---|---|---|
| *Paraſangæ* | —— | 1150 |
| *Stadia* | —— —— | 34255. |

At verò ſi dederis, ut [4] aliàs, paraſangis ſingulis ſtadia triginta, videbis illicò ſtadiorum augendum eſſe numerum; atque adeò ex ——

| | | |
|---|---|---|
| *Paraſangis* | —— | 1150 elicienda eſſe |
| *Stadia* | —— —— | 34500. |

Ad conciliandas iſtas inter ſe menſuras adjumenti nihil ſubminiſtrant libri manu exarati: [5] imò verò minuendo ſtadiorum numero diſſidium earum augere videntur. Itaque tentare libet an, mutatâ ſcripturâ loci, nodus expediri poſſit: à MSto nimirum Etonenſi cùm abſit planè ἑξακόσια, vera lectio in πεντήκοντα πέντε latere, atque adeò locus ità legi debere, videatur, στάδια τεισμύρια τετρακισχίλια, πεντακόσια. Sic utique ſtadiorum is exorietur numerus, quem dictæ modò paraſangæ poſtulant. Attamen, quod diſſimulandum non eſt, ſi reſpexeris collegeríſque paraſangas [6] ſuprà memoratas, *ſcil.*

| | | |
|---|---|---|
| Ab *Epheſo* ad locum, ubi pugnatum erat | | 535 |
| A pugnæ loco ad *Cotyora* | —— | 620 |

Græcis confectas, pro paraſangis illis 1150, quarum Ἀναβάσεως extremâ reperitur mentio, ſeſe tibi exhibebunt 1155. Quamobrem numeri forſan ità demum ſunt in integrum reſtituendi —— διὰ παραγγαι χίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα πέντε, στάδια τεισμύρια τετρακισχίλια, ἑξακόσια πεντήκοντα. Haud ità præceps hoc, loco quod à menſurarum iſtarum inter ſe diſcordiâ laboranti oblatum eſt, remedium, opinor, habebitur, animo ſi quis ſecum cogitaverit, [7] id duarum tantùm literarum commutatione, & [8] vocis unius tranſlatione, niti. Me quidem minimè fugit, menſuras itinerum, apud antiquitatis monumenta paſſim, pro varietate temporum regionúmque, variare. Sed indè nullum ſanè lectioni vulgatæ præſidium adferri poteſt; cùm vis menſurarum nominibus eadem ubique, apud eundem utique auctorem, (ipſe niſi moneat, ut aliter ea atque aliter ſubinde accipias) tribuenda videatur. Jam verò Xenophonteis paraſangis (utì ex collatis inter ſe nominibus nume-

1 Loco cit. 2 K. A. p. 615. 3 K. A. p. 616. 4 Diſſertat. p. 16. 5 Quippe MS Eton. pro στάδια τεισμύρια τετρακισχίλια, ἑξακόσια πεντήκοντα πέντε, repræſentat στάδια μύρια τετρακισχίλια, πεντήκοντα πέντε: MS reg. Pariſ. itidem —— στάδια μύρια &c. libris editis congruenter. 6 Diſſertat. p. 9 & 16. 7 Scil. διακόσια in ἑξακόσια. 8 Scil. πέντε, quæ ſtadiis ſubnecti ſolet, ad paraſangarum numerum.

rísque, [1] ſuprà adductis, conſtat) ſtadia contineri ſolent triginta: proinde, quò numeri inter ſe cohæreant aptè, ſic tandem ſubducendi videntur ——

Ab Epheſo ad Cotyora { *paraſangæ* 1155 / [2] *ſtadia* —— 34650: ex ſcripturâ ſcilicet, quam auctori reſtituendam putavi. Verùm de illâ tuo utere judicio: nihil enim impedio.

Quamvìs autem tibi dubia forſan adhuc & impedita, [3] tum tempus in itinere conficiendo conſumptum, tum iter ipſum & loca peragrata, quædam objecerint, id tamen nullo negotio perſpicies, auctorem utique tuæ paſſim conſuluiſſe delectationi ſimul & utilitati. [4] De Regionibus certè, urbibus, vicis, fluviis, injectâ ſubinde mentione adcuratâ, facinorum ità diſtinxit hiſtoriam, ut lectionis tædium uſque fallat levétve, ſuavi varietate ſuam orationem ornet, perutili rerum cognitione lectoris animum paſcat perfundátque.

1 P. 9 & 16. 2 Quæ milliarium noſtrorum, plus minùs, efficient 4331. 3 Vide ſis quæ viri eruditiſ. *Dupin.* Biblioth. univerſ. Hiſtor. c. 29. *Deliſle* diſſertat. ſæpiùs laudat. & *Rollin.* Hiſtor. antiq. Tom. 4. c. 2. ſect. 6. ſcripſère. 4 *Ariſtid.* T. 2. p. 511. Κάλλη δὲ περιλαμπύνει ὁ λόγος ἀφελὴς ὢν ἐν τόποις, ἂν ἄτω τύχῃ, καὶ ἐξ ἄλλων τῶν παραπολυθέντων· οἷον, ὅταν πόλιν λέγῃ μεγάλην καὶ εὐδαίμονα· ὅταν ποταμὸν ἢ ὄρος ῥεῖ, ἢ ὅσον τὸ εὖρος, ἀεὶ τὰ τοιαῦτα κόσμῳ περιβάλλων τὸν λόγον.

# XENOPHONTIS
## DE CYRI EXPEDITIONE
## VARIÆ LECTIONES,

*Collatâ* Henr. Stephani *Editione anni* 1581. *cum Codice MS. Regiæ Bibliothecæ* Parif. *N°.* 2535.

Editionis pag. 144. In titulo. Βιβλίον πρῶτον) MS. λόγος πρῶτος.
Linea 1. γίγνονται) γίνονται
Lin. 5. μετεπέμπετο) μετεπέμποντο
10. Ξενίου) ξενίου
15. μήτηρ) ἡ μήτηρ
17. ἀνεπέμπετο) ἀπεπέμπετο
17. ὥσθ' ἑαυτῷ) ὥστε αὐτῷ
20. ὅτι ἀπαρασκευαστότατον) ὅτι ἀπαρασκευότατον
22. Πελοποννησίους) πελοποινησίους
23. Ιωνικὴ) εἰ ἰωνικὴ
24. ἀπέστησαν) ἀφεστήκεσαν
26. τὰς μὲ ἀπέκτειναν) τὰς μὲν αὐτῶν ἀπ
28. αὕτη ἦν ἄλλη) ἡ αὕτη αὖ ἄλλη
31. τὸ φοβὸς) τῆς μὲν φοβὸς
Pag. 145. lin. 5. Ελλήσποντον) ἑλλήσποντον.
6. Ελλησποντικὴ) ἑλλησποντιακὴ
9. αἰτῖται) αἰτεῖ
13. φίλον) ξένον
14. Πεισίδας) πισίδας
15. Πεισιδῶν) τῶν πισιδῶν
18. Πεισίδας) πισίδας
22. Ξενίᾳ) ξεννίᾳ
23. παρήγγειλε) παρεγγέλλῃ
24. εἶησαν) ἦσαν
28. ωφελήσειαν) παρῆσαν
28. Ξενίαν) ξενίαν
32. Μεγαρεὺς εἰς ἐπβουλησίας ἔχων ἄνδρας παρεγγύετο.) MS. μεγαρεὺς τριακοσίους μὲ ὁπλίτας, τριακοσίους ἢ πελταστὰς ἔχων, παρεγένετο.
34. Πεισίδας) πισίδας
37. ὡς εἶπον,) ὃς εἴρηκα,
40. Κολοσίαν) κολοσσὰς
40. εὐδαίμονα) ἡ εὐδ
P. 146. l. 10. καλεῖται) λέγεται
15. χιλίους· καὶ) τριακοσίους· καὶ
15. ὁ Αρκὰς) δρακόνδας
16. καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲ, μύριοι καὶ χίλιοι, πελτ.) καὶ ἐγένοντο οἱ ἕλληνες, ὁπλῖται μὲ, μύριοι χίλιοι· πελτασαὶ ἢ πεντακόσιοι· γυμνῆτες ἢ πεντακόσιοι· τοξόται ἑξακόσιοι· σύμπαντες ἀριθμὸς, μύριοι τρισχίλιοι· οἱ σύμπαντες ὁπλῖται μὲν, μύριοι χίλιοι, πελτ.
19. Ξενίας) ξενίας
19. σταδιόδρομος) σταδιόδρομος
21. σὺν τῇ) σὺν τῇ
27. τῇ ὧν) τῇ δ' ὧν
29. Κῦρον καὶ συγγένειαν) καὶ συγγένειαν κῦρον
34. ἑαυτῇ.) αὐτῇ.
37. οἱ ἐκεῖνοι) οἱ ἐξ ἐκείνου
41. ἐκκαιδεκαμοιρίας) ἐκκαιδεκαλοχίας.
P. 147. l. 2. θᾶττον) θᾶσσον
4. πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ ἥτε) πολύς· καὶ ἥτε
5. ἔφυγον.) ἔφυγον
7. ἐθαύμαζε) ἐθαύμασε
12. Μένωνα τὸν Θετταλόν.) Desunt in MS.
13. τέτταρες) τέτταρες
15. σὺν οἷς) σὺν ᾧ
17. ἐσεβάλλειν) εἰσεβάλλειν
17. ἀμαξιτὸς) ἀμαξητὸς
18. ἀμήχανον) ἀμήχανον
18. Συένεσιν) συέννεσις
19. φυλάττοντα) φυλάττων
20. ἤθετο τότε Μέν. σρ. ὅτι σὺν Κιλ. εἴη εἶσιν) ἤθετο ὅτι τὸ μένωνος σράτευμα ἤδη σὺν κιλ. ἦν εἶσιν
23. Κῦρος δ') κῦρος δ' οὖν
25. ἔμπλεων) σύμπλεων
28. Ταρσεῖς) ταρσὸν
28. σύτοιῶδα ἦσαν) εἰσῆν
29. μέσης ᾗ τῆς) μέσου ᾗ τῆς
31. καὶ παρὰ) καὶ οἱ παρὰ
36. ἦσαν ᾗ) ἦσαν δ' ἧ
43. βασιλεῦσι) βασιλεῖ
43. Ψελλία) Ψέλλια
P. 148. l. 1. ἁρπάζειν) ἀφαρπάζειν
20. ὑδὲ ἐπιᾷ) Desunt.
21. παιδίδα) καὶ παιδίδα
22. ἂν εἶναι) ἂν οἶμαι εἶναι
22. ἐὰν ὦ) ἂν ὦ

22. ἐρημωθεὶς ) ἔρημος ὢν
25. ὅτι ὁ φαίη ) ὅτι φαίη
25. Ξενίᾳ ) ξενίᾳ
30. τὰς αὐτῆ ) τὰς δ' ἑαυτοῦ
38. εἴτε μένομεν ) ἕως γε μένωμεν
39. δὴ ) ἤδη
41. ἔτι ᾗ δυ. ἔχῃ κ) ἔχῃ ᾗ δυ. κ)
43. καθέζεσθαι ) καθῆσθαι
P. 149. l. 6. ἐλθόντας ) ἐλθόντα
7. ὅσις ὡς ἀφ' ) ὅσις ἀφ'
8. ἀπαίξῃ ) ἀποίσῃ
9. μήτε ὁ Κῦρος ) μήτε κῦρος
10. ἀπρακτότις ) ἀνηπρακτότις
13. ἔληθε ) ἐλεῖν
17. δῷ ) δίδῷ
21. λαθὼν αὐτὸν ἀπιλθεῖν) λαθεῖν αὐτὸν ἀπιλθὼν
23. χρήσασθαι ) χρῆσθαι
24. ἀθότερον ) ἀθόδιεν
26. ἐπικινδυνωτέρα ) ἐπικινδυνοτέρα
26. πείσασθαι ) πείσασθαι
35. ὁ Κῦρος ) ὁ ᾧ κῦρος
35. ἡμιόλιον ) ἡμίαλον
37. ἦκεν ἐδ. ἐν γε τῷ φανερῷ ) ἦκεσεν ἐδ. ἐν τῷ τότε φανερῶς
38. Φάρων ) ψάρον
42. ἔμεινεν ) ἔμειναν
42. παρῆσαν ἐκ Πελοποννήσου ) παρ. εἰ ἐκ πελοποννήσου
43. ἐπὶ ταύταις ) ἐπ' αὐτοῖς
P. 150. l. 2. ὅπ ) ὅστε
10. Κίρος ) κῦρος
16. ἐποιήσατο ) ἐποίησεν
16. ἦκεν ) ἦκεσε
19. Μυρίανδρον ) μυριανδὸν
19. ἐν τῇ ) ἐπὶ τῇ
20. Ξενίας ) ξεννίας
22. ἐδόκει ) ἐδόκουν
23. αὐτῶν παρὰ ) αὐτῶν τὰς παρὰ
25. δηλίους ) δήλους
27. Ξενίας ) ξεννίας
31. ἰόντων ἂν ) ἰέτωσαν
35. τίσσαρας ) τέτταρας
39. Δαρείου ) δάρδυ
40. Βιλέσι ) βελέσυ
P. 151. l. 7. στρατηγὸν ἀπ.) στρατηγὸν κύρῳ ἀπ'.
14. ἡμᾶς ) ὑμᾶς
20. φίλε ) φίλοι
23. μιλήσῃ ) μιλήσει
25. μεγαλοψυχῇ ) μεγαλοψυχῶς
28. πλοίοις ) πλοίοισιν
36. θηρία ᾗ .... σῶσαν ᾗ ) θηρία ᾗ παντοῖα· πλεῖστοι μὲ ὄνοι ἄγριοι· πολλοὶ ᾗ στρυθοὶ οἱ μεγάλοι. σῶσαν δὲ
38. ἀνεστήκεσαν ..... οὐκ ἦν λαοῖσιν .) ἵσασιν. πολὺ γὰρ τῶν ἵππων ἔτρεχεν θᾶττον. κ) πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοιεν οἱ ἵπποι, ζωτὸ ἐποίουν, κ) οὐκ ἦν λαοῖσιν
42. ἀποφύγωσι ) φύγωσι
43. ἄρασα ) αἴρασα
P. 152. l. 1. πίστωσιν ) πίσωσιν
3. Μασκᾶν ) μάσκαν
4. Μασκᾶ ) μάσκα
5. ἐπισιτίσατο τὸ στρ. σύτ.) ἐπισιτίσαντο. σύτ'.
9. ἀλίζως ἐξὶ τ ποτ.) ἁλίτους, ὃς ἡμεῖς μύλας, οἱ ᾗ ἀτλικοὶ μύλας, πιρὶ τ ποτ.
12. σίγλων ) σίγκλων
12. σίγλῳ ) σίγκλος
19. σιωπιωσιῦσιν ) σιωπιωσιύσειν
23. ἐξὶ τῷ ἰυγὸς ) ἐξὶ τοῖς τραχήλοις, κ) ψέλια ἐξὶ τοῖς χερσίν. ἰυγὸς
25. ωσιύδων ) ὡς ω.
30. Τῷ ᾗ μήκῃ ) τοῖς ᾗ μήκεσι
31. ποιοῖτο ) ἐποιεῖτο
31. Εὐφράτῃ κῇ ) ἰυφράτῃ ποτιμῷ κῇ
34. κάρφης ) καρυφῆς
36. ἀπὸ τῦ φοίνικος ) ἀπὸ τ φοινίκης
37. κ) τῦ Κλ.) κ) τ ᾗ Κλ.
41. αὐτῦ ) ἑαυτοῦ
P. 153. l. 3. ὁπλίτας σκέλ. αὐτῦ ) ὁπλ. αὐτῦ σκέλδυσι
4. ἱππέας ) ἱππεῖς
10. σκέλδύ τι ) σκέλδυσί τε
11. ἐπεὶ ἦκε ) ἐπήῃ κ)
11. ἰυγὸς ἔλ. ) ἰυγὸς δ' ἔλ.
12. ὅπλα ) σπάλτα
12. πλείσων ) πίσσων
13. ὧδε ) τάδε
18. ἴχνη ) ἴχνια
20. Ορόντας ) ὀρόντης
26. ὁ ᾗ Οξόντας ) ὁ δ' ὀρόντης
27. ἔχων ἱππέας ) ἔχ. ἱππεῖς
28. ἑαυτῦ ) αὐτοῦ
31. δείκνυσιν ) δίδωσιν
31. αὐτῦ σκ. ) ἑαυτῦ σκ.
33. αὐτῦ ) αὐτοῦ
38. δικαιότατον ) δικαιόν ἐστι
P. 154. l. 2. ἐδιώω ) ἐδιώου
2. Ορόντης ) ὀρόντας
4. μεζαμεμελητεί σει ) μεζαμέλειν τέ σει
5. Ορόντης ) ὀρόντας
8. εἶναι ) μεχθυῆσθαι
8. Ορόντης ) ὀρόντας
13. ποιεῖσθ ) ποιῆσθαι
15. ἐλάττονα ) ἔλαττον
18. θανάτῳ ) θάνατον
18. Αρταπάτα σκ. εἰσήχθη ) Ἀρταπάτᾳ σκ. εἰσηέχθη
26. διέταξε ) διέταξι
29. ἂν ) αὐτὸς
29. θαῤῥιώων ) θαρσιώων
34. δὲ εἰδῆτε ) δὲ κ) εἰδ.
34. ὑμᾶς διδ. ) ὑμᾶς εἰδὼς διδ.
34. μὲν πλῆθ. ) μὲν γδ πλ.
36. ἡμᾶν ) ἡμῖν

38. αἰρήσαϛ ) ἐλέσθαι
40. τᾶ κινδ. ϗ ϖεϱσίοντες ) ϗ κινδ. ϖεϱσ.
41. μεμνῆσθαί σε. ) μεμνῆσθαί σε φασίν.

P. 155. l. 1. οἰκεῖν οἱ ἄνϑ. ) οἰκεῖν ἄνϑ.
12. καὶ ἐμὸς ) ἐμὸς δὲ
14. πεϱσακόσιοι ) πεντακόσιοι
17. Αϱταγέϱσης ) ἀνταγέϱσης
19. Αϱϗάκης ) ἀϱκάδης
28. Μηδίας ) μηδείας
38. τϱιχιλίους ) διχιλίους
40. εἰ μὴ ἐν ταὐτ. τ. ἡμ. μαχ. ) εἰ ϗ ταύταις ϗ μαχεῖται ταῖς ἡμέραις

P. 156. l. 2. ἀναπεπϱαγμένον ) ἀναπεπταμμένον.
3. ἀμαξ. ϗ ὑπζ. ἤγετο ) ἀμαξῶν ἤγοντο ϗ ὑπ.
4. καταλύσειν ) καταλύειν
5. Παταγύας ) παταγύας
5. πισῶν ) πισοὺς
5. κατὰ ) ἀνὰ
9. ϗ Κῦϱ ) Deeſt καὶ
9. ϗ τᾶ ) ἀπὸ τᾶ
10. χεῖϱας ) τὰς χεῖϱας
14. εἶχε ) ἔχει
15. ἔσασαν ) ἔσησαν
17. μετ' αὐτᾶ ἐξ. ) τάτᾳ ὅστιν ἐξ.
17. μεχάλοις ) μὲν αὐτοὶ
22. ἐγβύετο ) ἐγίγνετο
29. ἐϑν ) τὸ ἔϑνος
30. λεγόμεναι ) καλούμεναι
31. ϗτύχοιεν ) ϗντυγχάνοιεν
32. ἐλώντων ϗ Δϱακ. ) ἐλθόντα ϗ Δϱακόψαντα
33. ἀναχίαϛ ) ἀνέχεαϛ
34. ὡς ἂν οἷόν ) ὡς ἀνυστὸν
36. πέπαρσι ) πέπρασι
30 πσύτᾳ ) πσῦτον
39. τὸ ἑαυτ. ) τῶν ἑαυτ.
42. μέλοι ) μέλει
43. ὅτ' ) Deeſt.

P. 157. l. 1. ϖεθσιόντων ) ϖεθϊόντων
2. ἑκατέϱως .... Φιλίως ) ἑκατέϱωσε ἀπολέπων εἰς τὰς πολεμίως ϗ τὰς φίλως
4. ὅπ τὰ .... εἴη. τ. ) ὅπ καὶ τὰ ἱεϱὰ καλὰ, ϵ τὰ σφάγια καλά. ταῦτα
5. ὁ Ϳοϱυβος ) ὁ Ϳοϱυβος εἴη
6. Ξενοφῶν ) κλέαϱχος
1 ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ &c.] Expeditionis, quâ de his in libris agitur, Hiſtoria Græcè inſcribitur *Ἀνάβασις*, propterea quòd Cyrus urbem verſùs, Artaxerxis regiâ nobilem, atque adeò ſuperiores Aſiæ partes, dirigebat iter. Nam *primùm* Græcorum moris erat de urbibus quarumlibet regionum illuſtriſſimis ità loqui, quaſi perinde *ſitu* atque *honore* eminerent: unde, eò qui proficiſcuntur, *ἀναβαίνειν* dicantur. *Arrian.* in *Epictet.* l. 3. c. 7. de Româ verba faciens, *ὐδεὶς*, inquit, *πλμήσει ἀναβῆναι*. Eâdem ferè de cauſâ, Scriptor modò laudatus, Xenophontéi argumenti ſtilique æmulus, libros ſeptem, quos de rebus geſtis Alexandri compoſuit, eundem, quo Cyri hæc Hiſtoria gaudet, titulum præferre voluit. Motus itidem Hieroſolymam verſùs, ex Hebræo pariter ac Græco idiomate, paſſim apud Sacros utriuſque Inſtrumenti auctores verbo, cui *adſcendendi* notio ſubjecta eſt, exprimitur: partim, quòd Hieroſolyma Judaïcarum princeps eſſet urbium; partim, quòd reverà in eam, utpote altiori, montano ſcilicet, loco ſitam, adſcenderent homines. *Deinde*, Veteres *ſuperiorem* aliam, aliam *inferiorem* agnoſcunt Aſiam. *Herodotus* l. 1. c. 177. *Ioniam*, *Cariam*, *Lyciam*, maritimas oras, vocat *τὰ κάτω τῆς Ἀσίας*: *interiora* verò ſeu *Mediterranea*, *τὰ ἄνω αὐτῆς*. Iſtæ, nimirum, provinciæ æquè ac iis vicinæ aliæ, ubi Cyrus exercitum in expeditionem coëgit, fluviorum oſtiis in mare tum Ægeum tum Mediterraneum decurrentium adſitæ, *inferiores* jure nominantur: & maritimæ atque occidentalis hujuſce Aſiæ partis incolæ à Noſtro Hiſtor. Græc. l. 1. p. 256. edit. Steph. *οἱ κάτω* dicuntur. Contrà, *ſuperiores* eæ adpellantur provinciæ, quæ à fluviorum fontibus, ex altioribus locis exilientibus, propiùs abſunt, utì rectè ad *Pompon. Mel.* lib. 1. c. 3. obſervavit doctiſ. *Iſ. Voſſius*. Hinc orta forſan memorata priùs Aſiæ diviſio; cujus in ſuperiori parte cùm regiæ Perſicæ ſtatuerentur, rex ille magnus idcirco dicitur *ὁ ἄνω βασιλεύς* infra l. 7. ſub init. qui ad eum pergit, *ἄνω πορεύεται*, utì mox legitur, ſive *ἀναβαίνειν*, utì paſſim; & hæc ipſa *ἀνάβασις*, *ἡ ἄνω ὁδὸς* l. 3. ſub init. ab *Arriano exp. Alex.* l. 1. c. 12. *ἄνοδος*. Qui verò à regiis ſedibus maritimas verſùs oras progrediuntur, eorum iter ubique ferè nuncupari ſolet *κατάβα-*

δε ἀμφοτέρω παρεῖναι. Ο μὲν οὖν πρεσβύτερος παρὼν ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ [1] μετεπέμπετο ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν [2] σατράπην ἐποίησε· καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς [3] Κασωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται. Ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος, λαβὼν [4] Τισσαφέρνην ὡς φίλον· καὶ τῶν Ἑλλήνων ὃν ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτοῖς Ξενίαν Παρράσιον.

Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος, ἡ κατέσχε εἰς τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης Ψευδάλλῃ τὸν Κῦρον πρὸς τὸν ἀδελ-

que adeſſe voluit. Ac major quidem natu fortè tunc aderat; Cyrum arceſſebat à principatu, cujus eum ſatrapen fecerat; ſed & præfectum eum deſignaverat omnium, quicunque ad Caſtoli planitiem congregari ſolent. Itaque Cyrus adſcendit, Tiſſapherne tanquam amico ſibi adjuncto; cum trecentis etiam gravis armaturæ militibus Græcis, quibus Xenias Parrhaſius præerat.

Poſteaquam Darius vivendi finem fecit, & Artaxerxes regno potitus eſt, Tiſſaphernes Cyrum apud fratrem criminatur, quaſi

ſis: unde apud Noſtrum in vitâ *Ageſil.* haud longè ab initio, καταβὰν audit στράτευμα, quod à rege ad Tiſſaphernem miſſum erat.

2 Δαρεῖος δὲ &c.] Omiſſâ præfandi ratione ſolenni, medias in res properat Auctor: cujus ad imitationem quæ ab argumento ſtatim incipiunt Hiſtoriæ, ἀκέφαλα σώματα vocantur à *Luciano* p. 358. edit. *Bourdel.* Perfectionem autem primæ hujuſce ſententiæ more rhetorico intuetur atque laudat *Demetr. Phaler.* in princip. libel. περὶ Ἑρμην. Cæterùm, de Dario hoc & Paryſatide videſis regum Perſicorum ſeriem chronologicam, huic quam Hiſtoriæ præmiſſam invenies.

3 Παῖδες δύο, &c.] Numerum *Plutarchus* in vitâ *Artoxerx.* p. 1012. T. 1. auget duobus aliis, Oſtane ſcilicet & Oxathre. Ἀρτοξέρξης (ſic enim apud Plutarch. & alibi ſcribi ſolet) hic, cognomento *Mnemon*, Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο, ibidem inquit Auctor laudatus. Videſis *Cteſiæ Perſic.* p. 650. & 687. edit. *Gronov.*

1 Μετεπέμπετο δὲ &c.] *Ariſtides* (cui adſtipulatur MS. Eton.) *de dict. ſimpl.* p. 681. ed. *Ald.* legit μετεπέμπετο, eâque de ſcripturâ ſic commentatur, Καὶ ἡ τοῦ χρόνου παραλλαγὴ, τὴν ἀφελείας ἐσί. Τὸ γὰρ παρελήλυθὸς εἰς τὸ σύνεγγυς ἀείζονται· Οἷον, Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς· ἀντὶ τοῦ μετεπέμψατο. Ο χρόνος γὰρ μεταβληθεὶς τὴν ἀφέλειαν ἐποίησατο. Δεῖ γὰρ πρὸ ὑμῶν ὑποθεῖναι τὰ μεγέθη ὡς γινόμενα —— Καὶ ἔστι καινοπρέπεια τὸ τοιοῦτον.

2 Σατράπην ἐποίησε &c.] Rem eandem narrant *Diodor. Sic.* l. 14. p. 244. edit. *Rhodom.* *Plutarch.* loco jam citato: Noſter *Hiſt. Græc.* p. 256. De prioris vocis origine vide *Indic.* vocab. Perſic. Cyrop. noſtræ adjectum.

3 Εἰς Κασωλοῦ πεδίον &c.] Quo de loco vide *Diſſertationem* huic operi præmiſſam.

4 Τισσαφέρνην] Hic ille eſt, quem *Thucydides* l. 8. ſub init. vocat στρατηγὸν τῶν κάτω, & ſæpè ibidem memorat. Videſis etiam Noſtrum *Hiſt. Græc.* l. 1. *Diodor. Sic.* l. 14. & *Juſtin.* l. 5.

φὸν, [1] ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. Ὁ δὲ πείθεταί τε καὶ συλλαμβάνει Κύρῳ, ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ, ἐξαιτησαμένη αὐτὸν, ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Ὁ δ' ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθεὶς, βουλεύεται ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢν δύηται, βασιλεύσει [2] ἀντ' ἐκείνου. [3] Παρύσατις μὲν δὴ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξεω. Ὅστις δ' ἀφικνεῖτο τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτὸν, πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀνεπέμπετο, ὥστ' ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι, ἢ βασιλεῖ. Καὶ τὰ παρ' ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς πολεμεῖν τε ἱκανοὶ εἶεν, καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ. Τὸν δὲ Ἑλληνικὸν δύναμιν ἠθροιζεν, ὡς μάλιστα ἐδύνατο ὑπερφυῶς, ὅπως ὅτι παρασκευασάτατον λάθοι βασιλέα. Ὅτε δὲ ἐποιεῖτο τὴν συλλογὴν, [4] ὁπόσους

*is* illi insidiaretur. Credit ille, & Cyrum interficiendi consilio comprehendit: sed mater eum, precibus suis condonatum, ad principatum remittit. Is ubi periculo objectus & affectus ignominiâ discessit, consilia init quo pacto in potestate fratris esse desineret, atque etiam, si fieri posset, ejus loco regno potiretur. Et Paryssatis quidem mater à Cyri partibus stetit, quippe quæ magìs hunc, quàm Artaxerxem regem, diligeret. *Ipse* autem, si quis ad se à rege veniret, *eos* omnes sic affectos remittebat, ut sibi magìs, quàm regi, essent amici. Prætereà curabat ut barbari, quos habebat secum, & ad gerendum bellum idonei & benevolo essent erga ipsum animo. Græcas copias, quàm poterat occultissimè, cogebat, ut regem imparatissimum offenderet. Quoties igitur delectum ageret *eorum militum* præsidiariorum, quos-

1 Ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ.] Confer. *Plutarch.* loco suprà citato.

2 Ἀντ' ἐκείνου.] Ità Matt. 11, 22. — ὅτι Ἀρχελάῳ βασιλεύει — ἀντὶ Ἡρῴδου &c.

3 Παρύσατις μὲν δὴ &c.] *Plutarchus*, in vitâ Artφx. ἡ δὲ μήτηρ (Παρύσατις) ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα, τῷ βουλομένῳ βασιλεύειν ἐκείνου.

4 Ὁπόσους εἶχε &c.] Mavult *Muretus* ὁπόσους εἶχε φυλακάς.

εἶχε φύλακας ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας Πελοποννησίους, ὁπλείστους καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. Καὶ γὰρ ἦσαν Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, [1] ἐκ βασιλέως δεδομέναι· τότε δ' ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι, πλὴν [2] Μιλήτου. Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης θεραπεύομενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποσπᾶν πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. Ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας, συλλέξας στράτευμα, ἐπολιόρκει Μίλητον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ ἐπειρᾶτο καταγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. Αὕτη ἦν ἄλλη [3] πρόφασις ἣν αὐτῷ ἐφ' ᾧ ἀθροίζειν στράτευμα. Πρὸς ὃν βασιλέα πέμπων, ἠξίου, ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις

cunque in urbibus habebat, *toties* ſingulis eorum præfectis mandabat, ut Peloponneſios quàm plurimos optimóſque compararent, quaſi Tiſſaphernes urbibus inſidiaretur. Nam urbes Ionicæ fuerant *illæ* quidem priùs Tiſſapherni à rege traditæ; ſed hoc tempore omnes, præter Miletum, ad Cyrum defecerant. Cùm enim Tiſſaphernes Mileti præſenſiſſet, *Mileſios* eadem ad Cyrum deficiendi conſilia agitare, partim eos occiderat, partim ejecerat. Cyrus autem in exilium actos cùm excepiſſet, exercitu comparato, terrâ marſque Miletum obſidebat, & exules reducere conabatur. Hoc utique erat ei alterum militis cogendi prætextum. Mittebat & ad regem, atque orabat, ut ipſi potiùs, qui frater

1 Ἐκ βασιλέως &c.] Eodem modo loquitur Evangeliſta Joh. VI. 65. — ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου. Et Noſter Cyrip. l. 8. 639. ἐκ βασιλέως εἰσὶ καθεστηκότες.

2 Μιλήτου] Quam urbem quondam Ioniæ totius belli paciſque artibus principem fuiſſe tradit *Pompon. Mela* l. 1. c. 17.

3 Πρόφασις] Eſt, *Phavorino* interprete, καὶ ἡ ἀληθὴς καὶ ἡ ψευδὴς αἰτία. Hoc verò loco non quamlibet cauſam, ſed *ſimulatam* potiùs (qualis Livio eſt *titulus* l. 37. c. 54. Suetonio *prætextum* de *Jul. Cæſ.* c. 30.) quàm *veram* denotat: nam Cyro copias colligendi cauſa propriè dicta, ultionis erat & regni fraterni cupido. Cæterùm, inter ἀρχὰς, αἰτίας & προφάσεις belli adcuratè, h. e. more ſuo, diſtinguit *Polybius* l. 3. p. 162. edit. *Pariſ.* Cujus cùm oratio ſit paulò longior, quàm ut huc commodè tranſcribi poſſit, ad locum indicatum lectores relegamus. *Thucydides* quoque diſcrimen poſuit inter πρόφασιν & τὴν ἀλήθειαν, l. 6. ſub init. *Hermocrat.* orat.

μᾶλλον, ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῷ· ἡ μήτηρ συνέπεσθαι αὐτῷ ταῦτα, ὥστε βασιλεὺς τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἀπιστίας οὐκ ἠσθάνετο, Τισσαφέρνει ὃ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾶν· ὥστε ὀδὲν ἦχθετο αὐτῷ πολεμοῦντων· ἡ γὰ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τοὺ γιγνομένους δασμοὺς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐπύγχανεν ἔχων.

Ἄλλο δὲ στράτευμα συνελέγετο αὐτῷ, ἐν Χερρονήσῳ τῇ καταντικρὺ Ἀβύδου, τόνδε τὸν τρόπον. [1] Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος, φυγάς· τούτῳ συγγιγνόμενος ὁ Κῦρος, ἠγάσθη τε αὐτὸν, καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους [2] δαρεικούς. Ὁ δὲ λαβὼν τὸ χρυσίον, στράτευμα συνέλεξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων, καὶ ἐπολέμει, ἐν Χερρονήσῳ ὁρμώμενος, τοῖς Θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλήσποντον οἰκοῦσι, καὶ ὠφέλει τοὺς Ἕλληνας· ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν αἱ Ἑλλησπον-

ejus eſſet, quàm Tiſſapherni, tradere in eas urbes imperium vellet: quâ in re mater etiam eum adjuvabat; itaque *accidit*, ut rex inſidias ſibi ſtrui non animadverteret, ſed exiſtimaret Cyrum *idcircò* in exercitus ſumptus facere, quia Tiſſapherni bellum navaret; adeóque moleſtè non ferret, bellum inter ipſos geri: nam & Cyrus mittebat tributum regi debitum iis ex urbibus, quas Tiſſaphernes habuerat.

Cogebantur & aliæ copiæ Cyro in Cherſoneſo, è regione Abydi, in hunc modum: Clearchus erat Lacedæmonius, exul; quocum congreſſus Cyrus admiratus eſt eum, ac decem millia daricorum ei donavit. Quod ille aurum cùm accepiſſet, exercitum his pecuniis collegit, & è Cherſoneſo prodiens, Thracibus iis, qui ſupra Helleſpontum habitant, bellum intulit, commodíſque Græcos adfecit; adeò ut etiam ſponte ſuâ civitates Helleſpon-

1 Κλέαρχος ἦν &c.] Cujus ad Cyrum fugæ rationem tradit *Diodor. Sic.* l. 14. p. 243.

2 Δαρεικούς] Vide quæ notavimus Cyrip. l. 5. p. 330 & ſeq.

τικαὶ πόλεις ἐκοῦσαι. Τοῦτο δ' αὖ ὅτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ τὸ στράτευμα. Ἀρίσιππος δὲ ὁ Θετταλὸς ἐτύγχανε [1] ξένος ὢν αὐτῷ, καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντισασιωτῶν, ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ αἰτεῖται αὐτὸν εἰς διχιλίους ξένους, καὶ τριῶν μηνῶν μισθὸν, ὡς οὕτω [2] πλεονεκτήσων ἂν τῶν ἀντισασιωτῶν. Ὁ δὲ Κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους, καὶ ἐξ μηνῶν μισθόν· καὶ δεῖται αὐτοῦ μὴ [3] πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντισασιώτας, πρὶν ἂν αὐ-

tiacæ pecunias ad alendum *hunc* militem conferrent. Quapropter & hæ copiæ *Cyro* clam alebantur. Ariſtippus autem Theſſalus, hoſpes ejus, cùm domi factione adverſariâ premeretur, ad Cyrum venit, externósque milites ab eo circiter bis mille, cum trium menſium ſtipendio petit, quòd ſe hoc pacto ſuperiorem contrariis partibus fore confideret. Cyrus ei ad quatuor millia concedit, & in ſex menſes ſtipendium; ſimul eum rogat, nè prius cum adverſariæ factionis hominibus tranſigeret, quàm ſecum con-

1 Ξένος &c.] Varias vocis hujus ſignificationes adducit eruditiſ. præſul *Joan. Potterus* in comment. ad *Lycophr. Caſſand.* v. 464. & *Archæol.* Gr. l. 4. c. 21. Quibus ex *Phavorino* libet addere, ξένον dici τὸν εἰς φιλίαν συνημμένον ἐξ ἀλλοδαπῆς, eadémque voce (adſentiente Etymol. M. auctore) tam ὑποδεχόμενον quàm ὑποδεχήν ſignificari; quorum tamen, prior, ex ejuſdem mente, proprie dicitur ξενοδόχος. Sed apud *Ariſtophanem* βατρ. v. 109. diſcrimen hoc non valet; nec apud Apoſtol. Rom. XVI. 23. Thucyd. *Scholiaſt.* l. 4. ferè medio, ξένοι ὄντες (nec aliter *Suidas*) exponit φίλοι: *Heſychius*: ξένοι — ἀπὸ ξενίας φίλοι. Vox iterum, paucis interjectis, ſenſu occurrit alio; quem *Scholiaſtes* item modò laudatus agnoſcit ad lib. 2. Οἱ ξεναγοὶ, οἱ τὸν μισθοφόρων ἄρχοντες· ξένους γὰρ ἐκάλουν τοὺς μισθοφόρους. Vide quæ notavimus Cyrip. p. 431.

2 Πλεονεκτήσων ἂν] Rectiùs nos πλεονεκτησόμενον ſcripturos arbitratur *Leunclavius*. Sed nil mutandum: nam particula ἂν aoriſto ſolet vim futuri in ſenſu potentiali tribuere. *Demoſth.* adv. *Meid.* p. 609. edit. Francof. —— ὑποψίζειν τοιοῦτον, τὸ δίκαιον τὸν ἀεὶ ληφθέντα, ἂν πρόσηκεν, διδόναι, μόνον αἴτιον ἂν γενόμενον; ubi γενόμενον ἂν pro γενησόμενον dixit. Sic & *Iſocrat.* in *Areopag.* p. 210. edit. *Wolf.* εὐλόγως γὰρ ζώντων ἂν μόνων γενομένων τῶν μελλόντων κινδύνων ἀπεστερημένων, &c. adhibet γενομένων pro γενησομένων.

3 Μὴ πρόσθεν καταλῦσαι] Poſt hoc verbum nonnunquam ſubintelligendum eſt πόλεμον, aut aliud huic adfine nomen. Noſter *Hiſt.* Gr. l. 6. p. 345. — ἡμᾶς δὴ χρὴ — ὅταν δὲ γένηται, (πόλεμος) καταλύειν ἢ δυνατὸν τάχιστα. Hoc tamen loco pro συναλλάττειν (quod mox eâdem de re adhibetur) Xenophon, vel alio cognatæ ſignificationis verbo, καταλῦσαι poſuit. Pari ratione πολέμου κατάλυσις apud Noſtrum, loco proximè citato, paucis interjectis, vocatur Διαλλαγή. *Herodotus* l. 8. c. 140. ἀλλὰ καταλύσασθε, *imo redite in amicitiam*, ut rectè ex MS. reſtituitur; cujus ſedem καταλλάξασθε, expoſitionis gratiâ primò additum, in quibuſdam codd. occupaverat.

τῷ συμβουλεύσῃ). Οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ πρεφόμενον στράτευμα. Πρόξενον δὲ τὸν Βοιώτιον, φίλον ὄντα αὐτῷ, ἐκέλευσε λαβόντα ἄνδρας ὁπλίτας ὡς πλείστους ὡς ταχίστα ὡς ἐπὶ Πεισίδας βουλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πρᾶγμα παρέχοντων Πεισιδῶν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ. Σοφαίνετον δὲ τὸν Στυμφάλιον, καὶ Σωκράτην τὸν Ἀχαιὸν, ξένους ὄντας καὶ τούτους, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὁπλίτας, ὡς πολεμήσων Τισσαφέρνῃ σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων. Καὶ ἐποίουν ταῦτα ἔτοι.

Ἐπεὶ δ' ἐδόκει αὐτῷ ἤδη [1] πορεύεσθαι ἄνω, τὸ μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς Πεισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτους τό, τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν [2] ἐνταῦθα στράτευμα· καὶ Πρωξένῳ τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα· καὶ τῷ Ἀριστίππῳ, [3] συναλλαξάμενος πρὸς τοὺς οἴκοι, ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτὸν ὃ εἶχε

silia communicâsset. Atque hoc modo clam in Theſſaliâ quoque exercitus ei alebatur. Etiam Proxenum Bœotium, ei amicum, cum quanto poſſet maximo militum numero venire juſſit, quaſi vellet adverſùs Piſidas, ut qui agrum ipſius infeſtarent, exercitum ducere. Sophænetum quoque Stymphalium,& Socratem Achæum, *ejus* itidem qui fuerant hoſpites, cum quantâ maximâ poſſent manu venire juſſit, quaſi cum Mileſiis exulibus Tiſſapherṇem oppugnare vellet. Ac hi quidem ità faciebant.

Cùm autem in ſuperiorem *Aſiam* ei movere viſum eſſet, cauſam belli *eam* præ ſe ferebat, quaſi Piſidas vellet omnino ex regione *ſuâ* ejicere: atque tanquam adverſùs hos *pugnaturus* tum barbaricas tum Græcas huc copias cogit: Clearchóque denuntiat, ut cum exercitu, quem haberet, *ad ſe* veniret; & Ariſtippo ut, compoſitione cum civibus initâ, copias, quas habebat,

1 Πορεύεσθαι ἄνω] A maritimis, nimirum, atque adeò depreſſioribus locis, in Aſiæ Mediterranea. Vide quæ notavimus p. 1.

2 Ἐνταῦθα] *Phavorinus*: καὶ τότε ἐν τούτῳ, καὶ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ.

3 Συναλλαξάμενος πρὸς &c.] Vide modò notata ad καταλῦσαι, p. præced.

στράτευμα· καὶ Ξενίᾳ τῷ Αρκάδι, ὃς αὐτῷ προσεπῆκτο ἐν ταῖς πόλεσι [1] ξενικῷ, ἥκειν προσέταττε, λαβόντα τοὺς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ εἶεν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν. Ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς Μίλητον πολιορκοῦντας, καὶ τοὺς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι· [2] ὑποσχόμενος αὐτοῖς, εἰ καλῶς καταπροθέξειεν ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο, μὴ πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς καταγάγοι οἴκαδε. Οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο· (ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ) καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα, προσῆσαν εἰς Σάρδεις. Ξενίας μὲν δὴ σὺν τῶν πόλεων λαοῖς [3] παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους· Πρόξενος ὃ πρῶτον ἔχων [4] ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνήτας δὲ πεντακοσίους·

mitteret: Xeniæ item Arcadi, qui præerat copiis exteris, *quas* in civitatibus *alebat*, imperat ut *ad ſe* cum ſuis veniret, relictis tantùm iis, qui tuendis arcibus ſatis eſſent. Arceſſivit & illos, qui Miletum obſidebant, *ipſóſque exules Mileſios* ſecum in aciem exire juſſit; pollicitus ſe, ſi bellum, quod tunc ſuſcipiebat, ex ſententiâ conficeret, non prius conquieturum, quàm eos domum reduxiſſet. Parebant illi perlibenter; (quippe qui Cyro fidem haberent) ac ſumptis armis Sardes acceſſerunt. Ac Xenias quidem cum iis qui ex urbibus *colligebantur*, quatuor ferè *peditum* gravis armaturæ millibus, Sardes venit: Proxenus cum gravis armaturæ militibus mille quingentis, & quingentis levis armaturæ ad-

1 Ξενικῷ] I. e. μισθοφορικῷ στρατεύματος: Paſſim enim Græci dicunt πεζικὸν, ἱππικὸν, ναυτικὸν, Ελληνικὸν, Περσικὸν &c. ſubaudiendum lectoribus relinquentes στράτευμα vel πλῆθος. Noſter Κύρ. παιδ. p 72. Ἱππικὸν δέ σοι, ὅπως κράτιστον &c. *Max. Tyr.* Diſſert. 30. p. 314. *edit. Cant.* — πότε τὸν ἐς ἀφίσιν εἰς τὸ Ελληνικόν.

2 Ὑποσχόμενος αὐτοῖς &c.] Quò ſpectant quæ legimus ſub finem hujus libri: Τοιαῦτα ἐπεὶ Τισσαφέρνει ἐπολέμησε, πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκτήσαντο Κῦρον ἕλοντο ἀντὶ Τισσαφέρνους, πλὴν Μιλησίων· οὗτοι δὲ, ὅτι σὺν ἦλθε τοὺς φυγάδας κατάγων, ἐφοβοῦντο αὐτόν. Καὶ γὰρ ἔργα ἐπιδείκνυτο &c.

3 Παρεγένετο &c.] *Veniendi* ſignificationem hìc obtinet: ideóque *Millium* prolegom. N. T. p. 21. S. Joanni dicam ſolœciſmi temerè impingentem, quòd c. 6. v. 25. dixerat — πότε ὧδε γέγονας; meritò caſtigat Cl. *Blackwallius* Claſſ. ſac. p. 1. c. 2. §. 8.

4 Ὁπλίτας] *Phavorinus*: Ὁπλῖται — τῆς πεζικῆς εἰσὶ δὲ μαχίμου δυνάμεως· Βαρυπάτη, utì *Suidas*, ὁπλίσει κεχρημένοι. Videſis *Indicem vocab. milit.* Cyrop. noſtræ adjectum. His opponuntur (quod ad armaturam attinet) οἱ γυμνῆται.

Σοφαίνετος ᾗ ὁ Στυμφάλιος, ὁπλίτας ἔχων χιλίους· Σωκράτης ᾗ ὁ Ἀχαιὸς, ὁπλίτας ἔχων ὡς πενταχοσίους· Πασίων ᾗ ὁ Μεγαρεὺς εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας παρῆν· ἦν δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων. Οὗτοι μὲν εἰς Σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. Τισσαφέρνης δὲ καταγνόντας ταῦτα, καὶ μείζονα ἡγησάμενος εἶναι, ἢ ὡς ὑπὸ Πεισίδου, τοῦ παρασκευὴν, πορεύεται [1] ὡς βασιλέα ἣν ἐδυνάτο τάχιστα, ἱππέας ἔχων ὡς πεντακοσίους. Καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ Τισσαφέρνους τὸν Κύρου στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο.

Κῦρος δὲ [2] ἔχων ὃς εἶπον, ὥρμᾶτο ἀπὸ Σάρδεων· καὶ ἐλάσας διὰ τῆς Λυδίας, [3] σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσι καὶ δύο, ἐπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμόν. Τούτου τὸ εὖρος δύο [4] πλέθρα·

erat: Sophænetus Stymphalius, cum gravis armaturæ mille: Socrates Achæus, cum gravis armaturæ circiter quingentis: Paſion Megarenſis cum ſeptingentis ferè venit: erat autem hic cum Socrate de illorum numero, qui Miletum oppugnabant. Hi quidem Sardes ad eum veniebant. Hæc Tiſſaphernes cùm animadvertiſſet, adparatúmque majorem arbitratus eſſet, quàm qui adverſùs Piſidas *inſtitueretur*, quàm celerrimè poterat, cum quingentis equitibus, ad regem contendit. Ac rex quidem ubi de exercitu Cyri à Tiſſapherne certior factus fuit, & ipſe *ad bellum* ſeſe parabat.

Cyrus autem cum iis quas dixi copiis, Sardibus movit; & per Lydiam tertiis caſtris, paraſangas viginti duas ad Mæandrum fluvium progreditur. Hujus latitudo duûm *erat* plethrorum; &

1 Ὡς βασιλέα &c.] Atticè uſurpatur ὡς loco τοῦ πρός. Noſter Κύρ. Παιδ. p. 9. ὁπόταν βούλῃ ἐπιστέναι ὡς ἐμέ. atque alibi ſæpé. *Ælian.* H. V. l. 2. c. 8. ἵνα αὐτὸς πορεύσῃ ὡς αὐτόν. Idem. l. 12. c. 1. — ὅπως ἐσταλμένην ὡς αὐτὸν παρείναι αὐτήν.

2 Ἔχων ὃς εἶπον] MS. Eton. ὃς εἴρηκα. *Steph.* ὡς εἶπον, qui tamen in *Annot.* ὃς εἴρηκα, vel ὃς εἶπον ſe malle profitetur.

3 Σταθμοὺς &c.] Vide *Indicem* vocab. ad menſ. ſpectantium: & de paraſangis in Κύρ. Παιδ. not. p. 161. & *Indic.* voc. Perſic.

4 Πλέθρα] Vide notata ad Κύρ. Παιδ. p. 522.

Herodot. VII. 524. 46. et Bibl. in l.

γέφυρα ἣ ἐπῆν ἐζευγμένη πλοίοις ἑπτά. Τοῦτον διαβὰς, ἐξελαύνει διὰ Φρυγίας σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτὼ, εἰς Κολοσσάς, πόλιν [1] οἰκουμένην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας ἑπτά· καὶ ἦκε Μένων ὁ Θετταλὸς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ [2] πελταστὰς πεντακοσίους, Δόλοπας καὶ Αἰνιᾶνας καὶ Ὀλυνθίους. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Κελαινὰς, τῆς Φρυγίας πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα Κύρῳ βασίλεια ἦν, καὶ [3] παράδεισος μέγας ἀγρίων θηρίων πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. Διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσὶν ἐν τοῖς βασιλείοις· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῶν Κελαινῶν πόλεως. Ἐστι δὲ καὶ [4] μεγάλου βα-

in eo pons erat ſeptem navigiis conſtructus. Hunc cùm trajeciſſet, per Phrygiam caſtris unis, paraſangis octo confectis, Coloſſas venit, urbem incolis frequentem, opulentam & magnam. Hìc dies ſeptem cùm ſubſtitiſſet, Menon Theſſalus cum mille gravis armaturæ peditibus venit, peltaſtis item quingentis, Dolopibus, & Ænianenſibus, & Olynthiis. Inde caſtris tertiis, paraſangas viginti pergit Celænas, urbem Phrygiæ, frequentem incolis, magnam & opulentam. Erat hìc Cyro regia, & ingens hortus, refertus feris belluis, quas ipſe *vectus* equo venabatur, quoties ſeipſum & equos exercere vellet. Per medium hortum Mæander fluvius labitur; cujus fontes ex ipſâ regiâ oriuntur; atque fluit etiam per Celænas urbem. Eſt & magni regis munita

1 Οἰκουμένην] I. e. *quæ habitabatur. Videtur tamen non ſimpliciter debere accipi; ſed pro eâ, quæ habitatoribus frequentatur, i. e. incolarum frequentiam habet. Niſi fortè* οἰκουμένη *dicitur ſimpliciter ad differentiam τῆς* ἐρήμης. Hæc *Stephanus* margini verſionis Amaſæi adſcripſit: quibus addo, apud Xenophontem ipſum ſibi οἰκουμένην & ἐρήμην opponi, Κύρ. Π. l. 4. p. 281. οἰκουμένη μὲν χώρα, πολλοῦ ἄξιον κτῆμα· ἐρήμη δ' ἀνθρώπων ἐστὶ, &c.

2 Πελταστὰς] Vide *Indic. vocab. milit.* ſuprà memoratum.

3 Παράδεισος &c.] Vide quæ notavimus Κύρ. παιδ. p. 29. & *Indic. voc. Perſic.*

4 Μεγάλου βασιλέως] *Suidas*: Μέγας βασιλεὺς, ὁ τῶν Περσῶν· ἀπὸ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι τῇ Περσικῇ· τοῖς δὲ ἄλλοις στρατηγοῖσιν οὐ τῶν δεχομένων ὀνόματα, οἷον, Λακεδαιμονίων, Μακιδόνων. Quem ad locum vide quæ notavit Cl. *Kuſterus*. Audi prætereà *Ariſtid.* in Romæ encom.

σιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ, ὑπὲ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ, ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως, [1] καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον· τοῦ δὲ Μαρσύου τὸ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν. [2] Ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλωνι ἐκδεῖραι Μαρσύαν, νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ [3] σοφίας,

Celænis regia, ad Marſyæ fluminis fontes, ſub arce: labitur hic quoque per urbem, & in Mæandrum influit: Marſyæ autem latitudo *eſt* quinque ac viginti pedum. Hìc Apollo dicitur pellem detraxiſſe Marſyæ, cùm eum viciſſet ſecum de peritiâ certantem,

com. p. 202. edit. Oxon. Τοῦτο μὲν δὴ τὴν Περσῶν ἀρχὴν σκιῳώμεθα, ἣ πάλαι ποτὲ καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἐπεθάρρησε. (non ἐπεθάρρησε, ut peſſimè ibi operarum haud dubiè vitio ſcribitur) καὶ μίαν παρέχει τὸ ἐπώνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν βασιλέα. Inde joci occaſionem Ageſilaüs arripuiſſe dicitur apnd *Plutarch.* apophthegm. p. 190. Εἰδισμένων ἂν αὐτῶν τὴν Περσῶν βασιλέα Μέγαν προσαγορεύειν· Τί ἂν οὗτος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;

1 Καὶ ἐμβάλλει &c.] Amnem illum eleganter admodùm, ſtilóque Poëtico magìs quàm Hiſtorico deſcripſit *Q. Curtius* l. 3. c. 1. Cæterùm, de ξυμβολαῖς Marſyæ Mæandríque videſis *Strab.* l. 12. p. 832 & 866. & quæ ibi notavit doctiſ. Caſaubonus, edit. *Amſtel.*

2 Ἐνταῦθα λέγεται &c.] Periodum hanc in exemplum παραδειγμάτως rhetoricæ adducit *Anonym.* περὶ ῥητορικῆς. cujus & figuræ mentionem facit Quinct. *Inſtit. Orat.* l. 9. c. 2. *Fama ita tenet*, inquit Livius, l. 38. c. 13. *Celænis Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certâſſe.* Fabulam autem hanc decantatam legere eſt apud *Apollod* bibl. l. 1. c. 4. ubi Marſyæ detractam pellem in patulâ pino ſuſpenſam, ipſúmque in flumen ſui nominis ab Apolline converſum eſſe tradit. Unde Ovid. *Faſt.* l. 6. v. 703 & ſeq. de Marſyâ, ejúſque, quam Minerva abjecerat, tibiâ:

*Inventam Satyrus primùm miratur; at uſum*
*Neſcit: & inflatam ſentit habere ſonum.*
*Et modò dimittit digitos, modò concipit auras;*
*Famque inter Nymphas arte ſuperbus erat.*
*Provocat & Phœbum: Phœbo ſuperante, pependit;*
*Cæſa receſſerunt à ſuis membra ſuis.*

*Herodot.* l. 7. c. 26. ὁ τῇ (ſc. Celænis) καὶ ὁ Σιληνὸς Μαρσύεω ἀσκὸς ὁ τῇ πόλι ἀνακρέμαται· ubi lepidè ſatìs interpres ἀσκὸς vertit, *pellis in uirem formata.* Atqui vox iſta notat etiam ipſam *pellem.* *Ariſtoph.* νεφ. v. 441. — ἀσκὸν δέρειν, dici tradit *Scholiaſt.* ἀντὶ τοῦ, τὸ σῶμα κακοῦργειν. quocum conſentit etiam *Phavorinus* ad v. Vide ſis *Pauſan.* l. 1. p. 56. l. 10. p. 873. edit. *Kuhn.* & *Photii* biblioth. p. 477.

3 Σοφίας] *Suidas*: Σοφίαν· κοινῶς ἁπάντων μάθησιν, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, ἢ τὸν νοῦν. *Euſtathius* ad Homer. Il. ο'. p. 1023. Οἱ γὰρ παλαιοὶ σοφὸς ἐκάλουν ἁπλῶς τοὺς τεχνίτας. Act. VII. 22. ſimpliciter σοφίᾳ pro omni ſcientiâ liberali ponitur, dum de Moſe iſtic dicitur, πάσῃ σοφίᾳ &c. Poëtas σοφοὺς dici conſtat ex *Pindari* enarratore ad *Iſthm.* 5. v. 36. & *Anacreontis* odâ 53. in *Roſ.*

Ῥοδόχρους δὲ Κυθέρειαν
Παρὰ τῶν σοφῶν (h. e. ποιητῶν) καλεῖται.

Hoc autem loco Xenophontéo σοφία muſicæ peritiam denotat: nec mirum, *Cùm* (auctore Cicerone *Tuſc. diſput.* I. 2.) *ſummam eruditionem Græci ſitam cenſebant in nervorum vocúmque cantibus. Igitur & Epaminondas — Themiſtocléſque — cùm in epulis recuſaret lyram, habitus eſt indoctior.* Idem (*Orat.* l. 3. c. 44.) ſcribit, *Muſici, qui erant quondam iidem poëtæ.* Quinctil. *Inſtit. Orat.* l. 1. c. 10. *Quis ignorat muſicen — tantum jam illis antiquis temporibus non ſtudii*

Conf. Valck. & Weſſ. in loc. Herodot. p. 523. N. 99.

καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί· καλ δὲ τοῦτο ὁ ποταμὸς καλεῖται Μαρσύας. [1] Ἐνταῦθα Ξέρξης, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια, καὶ τὴν Κελαινῶν ἀκρόπολιν. Ἐνταῦθα ἔμεινε Κύρῳ ἡμέρας τριάκοντα· καὶ ἦκε Κλέαρχος ὁ Λακεδαιμόνιος, φυγὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους, καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκταικοσίους, καὶ τοξότας Κρῆτας διακοσίους. [2] Ἅμα δὲ καὶ Σωσίας παρῆν ὁ Συρακούσιος, ἔχων ὁπλίτας χιλίους· καὶ Σοφαίνετος ὁ Ἀρκὰς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους. Ἐνταῦθα Κύρῳ ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν Ἑλλήνων ἐποίησεν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες, ὁπλῖται μὲν μύριοι καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Πέλ-

ac in antro pellem ſuſpendiſſe, unde *fluminis ſunt* fontes: eâque de cauſâ flumen Marſyas adpellatur. Hoc loco Xerxes, cùm pugnâ victus è Græciâ diſcederet, regiam hanc & Celænarum arcem condidiſſe dicitur. Cyrus hìc triginta dies manſit; *intra quos* Clearchus Lacedæmonius, exul, cum *peditibus* mille gravis armaturæ, & octingentis peltaſtis Thracibus, ducentíſque ſagittariis Cretenſibus *ad eum* venit. Eodem etiam tempore Soſias aderat Syracuſanus cum mille gravis armaturæ militibus; & Sophænetus Arcas, cum eodem numero ejuſdem armaturæ militum. Hìc Cyrus Græcos in horto milites recenſuit *eorum*que numerum iniit, atque in univerſum armaturæ gravis militum undecim millia, peltaſtarum duo ferè millia fuerunt.

Inde caſtris alteris, paraſangas decem progreditur, ad Peltas,

*modò, verùm etiam venerationis habuiſſe, ut iidem muſici, & vates & ſapientes judicarentur?* Et mox infra; *Timagenes auctor eſt, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam muſicen extitiſſe.* Cui conſentit *Max. Tyr.* diſſert. 21. p. 214. edit. *Cant.* Vide ſis etiam *Athen.* deipn. lib. 14. cap. 4 & 5. & *Sext. Empir.* lib. 6. pag. 356 & ſeq. edit. Fabric.

1 Ἐνταῦθα Ξέρξης &c.] De quo videndi *Herodot.* l. 8. c. 17 & ſeq. *Diodor. Sic.* l. 11.

2 Ἅμα δὲ καὶ Σωσίας &c.] MS. Eton. hìc multa turbat, à cæteris libris diſſentiens. Ejus lectioni, qualiſcunque eſt, in *Addendis* locum tribuendum curabimus.

τας, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς [1] τὰ Λύκαια ἔθυσε, καὶ ἀγῶνα ἔθηκε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν, [2] στλεγγίδες χρυσαῖ· ἐθεώρει δ' τὸν ἀγῶνα ὁ Κῦρος. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, [3] εἰς Κεραμῶν ἀγορὰν, πόλιν οἰκουμένην, ἐσχάτην ἐν τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· ὁ τοῖς στρατιώταις ὠφείλετο μισθὸς, πλέον ἢ τριῶν μηνῶν· ὁ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας ἀπῄτουν. Ὁ δὲ ἐλπίδας λέγων διῆγε· τὸ δ' ἦν ἀνιώμενος· ὁ γὰρ ἦν ἀναγκαῖος τῷ Κύρου θε-

oppidum incolis frequens. Ibi dies tres commoratus eſt; quibus Arcas ille Xenias Lupercalia inſtitutis ſacrificiis & ludis celebravit; *victoribus* præmia erant aureæ ſtrigiles: ludos etiam Cyrus ipſe ſpectabat. Hinc pergit alteris caſtris, paraſangas duodecim, ad forum Ceramorum, urbem incolis frequentem, ultimam terræ Myſiæ. Inde caſtris tribus, triginta paraſangas, ad Cayſtri campum, urbem incolis frequentem, progreditur. Hìc dies quinque commoratus eſt; atque *ibi tum* militibus trimeſtre ſtipendium, & eo majus, debitum erat; iſque *adeò* ad portas ſæpè venientes, *id* exigebant. Is autem, *non niſi* ſpem uſque propoſuit, atque palàm erat eum dolore adfici: nec enim erat ex Cyri mo-

1 Τὰ Λύκαια ἔθυσε,] *Phavorinus*: Λύκαια ἆθλα ἐν Ἀρκαδίᾳ τελεῖται, ἀνακείμενα τῷ Λυκαίῳ Διΐ· Vide *Pauſan.* l. 8. p. 678 & ſeq. & *Archæol. Græc.* l. 2. c. 20. De ipſâ phraſi ſic *Ariſtides* περὶ ἀφιλ. λόγ. p. 679. edit. *Venet.* Πάνυ δὲ τοῦτο καινοπρεπὴς καὶ ἰδία τις συνταξις, τὰ Λύκαια ἔθυσεν. Τῷ γὰρ ἀνόματι τῆς ἑορτῆς ἅπαν κέχρηται ὡς αὐτῷ τῷ θυομένῳ, εἰπὼν τὸ γινόμενον καὶ ὃ ἐν ᾧ γίνεται, καὶ δι' ὃ γίνεται. Θύειν μὲν γὰρ ἐν Λυκαίοις συνήθης ἐστὶν ἐκφορὰ· θύειν δὲ τὰ Λύκαια, τὸ καινοπρεπές. Atqui elliptica eſt locutio, & cum Λύκαια intelligere oportet θύματα, utì paſſim cum χαριστήρια, τὰ γενέθλια, νικητήρια &c. Deficit idem nomen poſt ἱλαστήριον Rom. 3. 25.

2 Στλεγγίδες χρυσαῖ·] Solent conjungi λήκυθοι καὶ στλεγγίδες, quia pariter uſu veniebant in balneis: Vide *Æli.* H. V. l. 12. c. 29. & *J. Poll.* l. 3. p. 421. *Phavorinus*: Στλεγγίδες, (repone, στλεγγίδες) τὰ τελπλοῦρα, οἷς ἐν τοῖς βαλανείοις τριβόμενοι τὸν ἱδρῶτα ἐκξέομεν. *Suidas*: τῇ στλεγγίδι ὁ πρὸς τὸ σφενδόνης μόνον χρήσαιτο ἄν τις, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἀρύσασθαι· Vide *J. Poll.* l. 3. p. 349. l. 7. p. 816. & l. 10. p. 1220.

3 Εἰς Κεραμῶν &c.] Quo de ſimul & Cayſtro mox ſequenti vide *Diſſert.* operi præmiſſam.

conf. Erotian. v. Ἐλέγγιδα.

που, ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι. [1] Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, [2] ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως, παρὰ Κῦρον· καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δῶναι χρήματα πολλά. Τῇ οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. Εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φύλακας περὶ αὐτὴν Κίλικας καὶ Ἀσπενδίους· ἐλέγετο δὴ Κύρῳ καὶ [3] συγγίνεσθαι τῇ Κιλίσσῃ.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς [4] Θύμβριον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη, τοῦ Φρυγῶν βασιλέως· [5] ἐφ' ἣ λέγεται Μίδας τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι, οἴνῳ κεράσας [6] αὐτήν. Ἐν-

ribus, cùm haberet *ſtipendia*, non dare. Ibi tum Epyaxa, Syennesis Cilicum regis uxor, ad Cyrum venit; & magnam huic pecuniam dediſſe ferebatur. Itaque tunc exercitui Cyrus mercedem quatuor menſium perſolvit. Habebat Cilicenſis hæc & circa ſe ſatellites Cilices & Aſpendios: ac cum eâ Cyrus etiam conſuêſſe dicebatur.

Inde caſtris alteris, paraſangas decem progreditur, ad Thymbrium, urbem incolis frequentem. Hìc propter viam fons erat, qui Midæ Phrygum regis *fons* dicebatur; ad quem Midas Satyrum *illum* venatus eſſe fertur, cùm fontem vino miſcuiſſet. Hinc

1 Ἐνταῦθα] Vide p. 7. not. 2.

2 Ἡ Συεννέσιος &c.] De quo videndus *Diodor. Sic.* l. 14. p. 250.

3 Συγγίνεσθαι] Legitur etiam συγγενέσθαι, quo tempore modò uſus erat Noſter: καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δῶναι &c.

4 Θύμβριον] Jam notavimus Κυρ. Π. p. 435. miram in urbis hujuſce (ſi modò eadem utrobique ſit intelligenda) nomine lectionum diverſitatem. *Stephanus Byz.* Θύμβραρα, πόλις Ἀσίας, τοῦ Πακτωλοῦ σωτικής. Unde forſan pro τῆς κάτω Συρίας, lectionem libri Budenſis, τῆς κάτω Ἀσίας, loco Κύρ. Π. jam citato, repoſuerit aliquis.

5 Ἐφ' ἣ λέγεται &c.] *Pauſanias* l. 1. p. 12. — ἣ κρήνη Μίδου καλουμένη· ταύτην οἴνῳ κεράσαι φασὶν, ἐπὶ τὴν θήραν τοῦ Σειληνοῦ. Maximos autem (ut idem auctor eſt p. 54.) natu Satyros, Silenos nuncupant. Vide *Ælii* H. V. l. 3. c. 18. quæque ibi notantur; & in primis, τὸ πάνυ *Iſ. Caſauboni* de *Satyr.* Poeſ. l. 1. c. 2.

6 Αὐτήν.] In quibuſdam libris ſcribitur αὐτόν: quos perperam ſequutus eſt *Anonym.* περὶ ῥητορ. cùm pronomen hoc ad κρήνη referendum ſit. Sic enim *Pauſan.* loc. cit. ἡ κρήνη Μίδου καλουμένη· ζωύτην &c. *Philoſtr.* l. 6. c. 27. — κρήνην, τὴν ἔσαν αὐτοῦ περὶ τὰ βασίλεια, κεράσαι οἴνῳ, ἐπιφῆκεν αὐτῇ τὸν Σάτυρον. *Max. Tyr.* differt. 30. ſub init. — λαμβάνει τὸν Σάτυρον — κεράσας οἴνῳ κρήνην.

τεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Τυριαῖον, πόλιν οἰκουμένην· ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. Καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα ἑαυτῇ· βουλόμενος οὖν ἐπιδεῖξαι, ἐξέπεμπεν ποιεῖσθαι ἐν τῷ πεδίῳ, τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἕλληνας, ὡς νόμος αὐτοῖς, εἰς μάχην οὕτω ταχθῆναι καὶ σπῆναι, σωταξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. Ἐτάχθησαν οὖν [1] ἐπὶ τετράρων· εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· τὸ δ' εὐώνυμον, Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου· τὸ δὲ μέσον, οἱ ἄλλοι στρατηγοί. Ἐθεώρει οὖν ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τοὺς βαρβάρους, (οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι [2] κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις) εἶτα δὲ τοὺς Ἕλληνας, παρελαύνων ἐφ' ἅρματος, καὶ ἡ Κίλισσα [3] ἐφ' ἁρμαμάξης. Εἶχον δὲ πρώτους

castris alteris, parasangas decem pergit ad frequens oppidum Tyriæum; quo loco triduum mansit. Ac *regina* Cilicensis Cyrum rogâsse dicitur, ut sibi exercitum ostenderet: cùm itaque vellet ostendere, tam Græcorum quàm barbarorum in campo recensum agebat. Græcis autem mandabat, ut, sicut iis mos erat, ad pugnam instructi starent, ac suos quisque disponeret. Itaque in quaternos dispositi sunt: & dextrum quidem Menon cum suis obtinebat; lævum, cum suis Clearchus; in medio cæteri duces erant. Cyrus primùm barbaros spectabat, (qui in turmas & cohortes instructi progrediebantur) deinde Græcos, *ipse* curru prætervehens, Cilissa verò harmamaxâ. Habebant autem omnes æ-

1 Ἐπὶ τετράρων &c.] Noster Κύρ. Π. p. 593. dixit εἰς τέτταρας.

2 Κατ' ἴλας κ. τ. λ. &c.] Turmam istam equestrem, quam Ιλην vocant, πρῶτον εὗρεν, inquit *Ælianus* Tact. c. 43. Ιλέων ὁ Θετταλὸς, ὃν ἡ ἴλη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτῷ κέκληται. Ad figuram quod attinet, est ea tam ῥομβοειδὴς quàm ἑπτερομήκης· cùm ovi ferè nonnunquam figuram referat, nonnunquam altitudinem ad longitudinem duplam habeat, *Æli.* c. 44. A *Suidâ* verò & *Phavorino*, nullâ certæ figuræ mentione factâ, ἴλη dicitur σύστημα· συστροφή· τάξις ὄχλου ἱππικοῦ. Lexic. G. L. vetus: ἴλη, (sic enim aliquando scribitur) *glovus*, (forsan *globus*) *acies*, *ala*, *cohors*. Hanc scripturam, in deducendâ vocis origine, sequitur *Phavorinus*. Τάξις quid sit, docebit *Index vocab. milit.* Κύρ. Π. nostræ adjectus.

3 Ἐφ' ἁρμαμάξης] Vide quæ notavimus Κύρ. Π. l. 3. p. 172.

[1] κράνη χαλκᾶ, καὶ χιτῶνας φοινικοὺς, καὶ κνημίδας, καὶ τὰς ἀσπίδας [2] ἐκκεκαθαρμένας. Ἐπεὶ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα [3] πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης, πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα, καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. Οἱ δὲ ταῦτα πρεῖπον τοῖς στρατιώταις· [3] καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλλόμενοι τὰ ὅπλα ἐπῄεσαν. Ἐκ δὲ τούτου ἧττον προϊόντων σὺν κραυγῇ, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ῥόμβῳ ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβῳ πολλοῖς τε καὶ ἄλλοις, καὶ ἥ τε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης· καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, καταλιπόντες τὰ ὤνια, ἔφυγον· οἱ δ' Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. Ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος, ἐθαύμαζε. Κύ-

reas galeas, & tunicas puniceas, & ocreas, & ſcuta deterſa. Cùm prætervectus omnes eſſet, currum ante phalangem mediam ſiſtit, ac Pigrete interprete ad Græcorum duces miſſo mandat, ut arma objicerent, totámque phalangem promoverent. Illi militibus hæc denuntiabant; atque ubi claſſicum ceciniſſet, armis objectis procedebant. Deinde celeriùs iis cum clamore progredientibus, ultrò milites ad tabernacula curſu ſe conferebant. Barbaris autem cùm multis aliis metus *injectus* erat, tum Ciliſſa ex harmamaxa fugiebat; & turba forenſis, relictis rebus venalibus, fugam itidem capiebat; at Græci cum riſu ad tabernacula ſe recepêre. Ciliſſa ſplendorem atque ordinem, quem viderat, exercitûs

1 Κράνη χαλκᾶ, &c.] Vide quæ notavimus Κύρ. Π. l. 7. p. 471. & p. 462. l. ult. not. 4.

2 Ἐκκεκαθαρμένας] MS. Eton. ἐκκεκαλυμμένας. Quam forſan lectionem induxit librarius aliquis, cujus animo obverſata ſunt armorum *tegumenta*, à *Plutar.* in Lucul. p. 510. *J. Cæſ.* B. G. l. 2. c. 21. aliiſque, quos citat *Lipſ.* in Anal. ad milit. Rom. l. 3. dial. 2. memorata.

3 Πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης] Vocem ultimam omnino delendam cenſet *Muretus*: cujus ſententiam comprobant MS. Eton. & edit. *Ald.*

ρῳ δὲ ἥδη, τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς βαρβάρους φόβον ἰδών.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ἰκόνιον, τὴν Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. Ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας, σταθμοὺς πέντε, [1] παρασάγγας τριάκοντα. Ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρπάσαι τοῖς Ἕλλησιν, ὡς πολεμίαν οὖσαν. Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς Κιλικίαν ἀποπέμπει, τὴν ταχίστην ὁδόν· καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας, οὓς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν Μένωνα τὸν Θεσσαλόν. Κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει διὰ Καππαδοκίας, σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε, πρὸς Δάναν, πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· ἐν αἷς Κῦρος ἀπέκτεινεν ἄνδρα Πέρσην, Μεγαφέρνην, [2] φοινικιστὴν βασίλειον,

admirabatur. Cyrus verò lætatus eſt, cùm barbaris metum à Græcis *injectum* cerneret.

Inde caſtris tribus, viginti paraſangas, ad Iconium, ultimam Phrygiæ urbem, progreditur. Hìc triduum commoratus eſt. Inde per Lycaoniam caſtris quinque, triginta paraſangas progreditur. Hanc regionem Græcis diripiendam conceſſit, quòd hoſtilis eſſet. Hinc Cyrus in Ciliciam viâ breviſſimâ Ciliſſam dimittit; atque milites, quos Menon habuit, ipſúmque *adeò* Menona Theſſalum, unà cum eâ miſit. Cum cæteris per Cappadociam caſtris quatuor, viginti & quinque paraſangas Cyrus progreditur ad Danam, urbem incolis frequentem, amplam & opulentam. Hìc tres manſit dies; in quibus hominem Perſam, Megaphernem, regium purpuræ tinctorem, & alium quendam qui

1 Παρασάγγας τριάκοντα] Edit. Flor. & MS. Eton. perperam exhibent παρασάγγας τρεῖς: neque enim hæc lectio in cæteris libris invenit locum, & palam proportioni, quam Noſter σταθμοὺς inter & παρασάγγας ſervare ſolet, repugnat. Nam modò dixerat, σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, & dicet ſtatim, σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας εἴκοσι καὶ πέντε. In quibus locis, aliíſque quamplurimis, eandem ferè proportionem eſſe videmus.

2 Φοινικιστὴν βασίλειον] Perſicorum regum purpuræ frequens eſt apud Hiſtoricos mentio: cui parandæ crebras idoneáſque occaſiones præbuit maritima Phœnicum ora,

καὶ ἕτερόν τινα τῶν ὑπάρχων δυνάστην, αὐτασάμενος ἀπέκτεινε αὐτόν. Ἐντεῦθεν ἐπειρῶντο ἐσβάλλειν εἰς τὴν Κιλικίαν· [1] ἡ δὲ εἰσβολὴ ἦν ὁδὸς ἁμαξιτὸς, ὀρθία ἰσχυρῶς, καὶ ἀμήχανος εἰσελθεῖν στρατεύματι, εἴ τις κωλύοι. Ἐλέγετο δὲ καὶ Συέννεσιν τὸν Κίλικα ἐπὶ τοῖς ἄκροις, φυλάττοντα τὴν εἰσβολήν· διὸ ἔμεινεν ἡμέραν ἐν τῷ πεδίῳ. [2] Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἦκεν ἄγγελος λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἐπεὶ ἤσθετο τὸ, τε Μένωνος στράτευμα ὂν ἐν Κιλικίᾳ εἴη [3] εἴσω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τελέους ἥκουσι [4] παρεπλευκότας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν

principem inter præfectos locum tenebat, cauſatus eos ſibi inſidiari, interfecit. Hinc in Ciliciam irrumpere conabantur: verùm quâ irrumpendum erat, via plauſtro *tantùm* capiendo *fuit* apta, præceps admodùm, & quam exercitus intrare non poſſet, ſi quis prohiberet. Quin & Syenneſis aditum ſummis in jugis cuſtodire ferebatur: quare in planitie diem *unum* ſubſtitit. Poſtridiè nuntius venit, qui reliquiſſe juga Syenneſim dicebat, poſteaquàm animadvertiſſet Menonis copias intra montes in Ciliciâ eſſe, ac audîſſet Tamon cum Lacedæmoniorum & ipſius

ubi murices legebantur purpuræque, quarum flos tingendis veſtibus maximè expetitus erat. Vide *Diſſert.* II. p. 50. Κύρ. Π. noſtræ præmiſſam, & Cod. Theod. lib. 10. tit. 20. de *Murilegulis*.

1 Ἡ δὲ εἰσβολὴ &c.] Aditus, quo Ciliciam intramus, *Pylas* incolæ dicunt; artiſſimas fauces, munimenta quæ manu ponimus, naturali ſitu imitante. Ab hoc regionem, quæ *Caſtra Cyri* adpellatur, quinquaginta ſtadia abfuiſſe tradit *Curtius*; quámque nomen à Cyro majore traxiſſe idem malè ſomniavit auctor l. 3. c. 4. Rectiùs *Arrianus* l. 2. c. 4. qui *Caſtra Cyri* locum adpellatum ait, non à Cyro, qui adverſùs Crœſum; ſed à Cyro, qui adverſùs fratrem Artaxerxem exercitum duxit. Cæterùm, verba hæc Xenophontéa citat *Suidas* ad v. Ἀμαξιτόν, quod non animadvertit Cl. *Kuſterus*.

2 Τῇ δ' ὑστεραίᾳ] *Leunclavius* aliíque ſcribunt τῇ ὑστεραίᾳ, particulâ δὲ prorſùs omiſſâ; quam *Stephanus*, locutionis conſuetiſſimæ memor, rectè retinuit.

3 Εἴσω τῶν ὀρέων,] *Intra* vel *citra* &c. ſcil. reſpectu Tarſi; ubi Syenneſis regia.

4 Περιπλεύσας] *Ammonius* de ſimil. & diff. Πλεῖν ἐστὶ, τὸ κατ' εὐθὺ πλέειν· Ἀποπλεῖν, τὸ ἐκ τόπου τινὸς ἀποῤῥέειν. Παραπλεῖν, τὸ τόπου πρὸς ἄλλῳ πλοίῳ διέρχεσθαι· Περιπλεῖν, τὸ ἐπὶ σκάφους ἀναστρέφεσθαι ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον. *Scholiaſta* in Thucyd. l. 7. ferè medio: τὸ περιπλεῖν, ἐν τῇ εὐρυχωρίᾳ καθίσταται, οἷον χορεύσεως καὶ ἀναστροφῆς ἐφ' ὅσον βούλεται τις· καὶ ἡ περὶ σφαῖρα περίοδος αὐτὸ τοῦτο δηλοῖ, τὸ κύκλῳ περιέρχεσθαι. Quàm adpoſitè ad rationem itineris, ab Ioniâ in Ciliciam per mare inſtituti, verbum περιπλεῖν adhibuit Noſter, ex tabulæ Geographicæ conſpectu patebit.

[1]Ταμὼν ἔχοντα, τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου. Κύρος δὲ ἀνέβη ἐπὶ τὰ ὄρη, ἀδενὸς κωλύοντος, καὶ [2]εἷλε τὰς σκηνὰς, ἃς ἐφύλαττον οἱ Κίλικες. Ἐντεῦθεν δὲ κατέβαινεν [3]εἰς πεδίον μέγα, καλὸν καὶ ἐπίῤῥυτον, καὶ δένδρων παντοδαπῶν ἔμπλεων καὶ ἀμπέλων· πολὺ δὲ καὶ [4]σήσαμον καὶ μελίνην καὶ κέγχρον καὶ πυρὸς καὶ κριθῆς φέρει. Ὄρος δ' αὐτὸ περιέχει ὀχυρὸν, καὶ ὑψηλὸν πάντη [5]ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν.

Καταβὰς δὲ διὰ τούτου τοῦ πεδίου, ἤλασε σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας πέντε καὶ εἴκοσιν εἰς [6]Ταρσοὺς, πόλιν τοῦ Κι-

Cyri triremibus in Ciliciam ex Ioniâ navigare. Cyrus, nemine prohibente, in montes adſcendit, cepítque tabernacula, ubi Cilices cuſtodiam *aditûs* egerant. Inde magnam in planitiem deſcendit, *eámque* amœnam & irriguam, omnis generis arboribus ac vitibus plenam: ſeſami etiam & panici & milii & tritici & hordei feracem. Hanc mons undique munitus & arduus à mari ad mare amplectitur.

Cùm deſcendiſſet per iſtam planitiem, quatuor caſtris, paraſangas quinque & viginti progreſſus eſt ad Tarſum, amplam Ci-

1 *Ταμὼν*] Sic ſcripſi, adſentiente *Stephano*; ut ſit à nominativo *Ταμὼς*, quem paulò poſt inventuri ſumus. Vulgò in penultimam retrahitur accentus.

2 *Καὶ εἷλε* &c.] Verbum hoc, pro *εἶδε*, quod antehac legebatur, repoſui ex conjecturâ *Mureti*. Quid enim (ut ille, var. lect. l. 15. c. 10.) attinuit dicere Cyrum, ſuperatis montibus, *vidiſſe* caſtra, quæ Cilicum fuerant? Certè enim ità neceſſe fuit, niſi aut cæcus fuiſſet, aut clauſiſſet oculos.

3 *Πεδίον μέγα*, &c.] *Q. Curt.* l. 3. c. 4. *Campeſtris eadem* (Cilicia) *quâ vergit ad mare, planiciem ejus crebris diſtinguentibus rivis: Pyramus & Cydnus* (de quo mox) *incliti amnes fluunt. Cydnus non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu* &c.

4 *Καὶ σήσαμον καὶ* &c.] De quibus plantis *Theophraſt.* H. P. l. 3. c. 2. l. 8. c 1 & 3. *Σησάμου, κέγχρου & μελίνης* (quæ apud eum atq; *Theophraſtum* etiam *ἐλύμου* venit nomine) vires enumerat *Dioſcorides* l. 2. c. 119, 120, 121.

5 *Ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν*] Adpoſitè ad locum explanandum *Q. Curt.* loc. modò cit. *— perpetuo jugo montis aſperi ac prærupti Cilicia includitur: quod cùm à mari ſurgat, veluti ſinus quodam flexúque curvatum, rurſùs altero cornu in diverſum litus excurrit.*

6 *Ταρσοὺς πόλιν* &c.] MS. Eton. *Ταρσόν*, quo numero utuntur etiam *Strabo* l. 14. p. 990. & *Arrianus* l. 2. c. 4. aliíque. At *Heſychius* & *Philoſtr.* de vitâ *Apoll.* l. 1. c. 7. & l. 6. c. 34. numerum multitudinis adhibent; quem & Noſter ſingulari in exprimendis aliarum urbium nominibus anteferre ſolet. Cæterùm Apoſtolus etiam urbem hanc dicit *τὸν ἄσημον* Act. XXI. 39. *Mediam Cydnus amnis*, ut paulò pòſt Noſter, *interfluit*,

λικίας μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Συεννέσιος βασίλεια, τοῦ Κιλίκων βασιλέως· διὰ μέσης δὲ τῆς πόλεως ῥεῖ ποταμὸς, Κύδνος ὄνομα, εὖρος δύο πλέθρων. Ταύτην τὴν πόλιν [1] ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες, μετὰ Συεννέσιος, εἰς χωρίον ὀχυρὸν φυγόντες ἐπὶ τὰ ὄρη· πολλοὶ οἱ τὰ καπηλεῖα ἔχοντες· ἔμειναν δὲ καὶ οἱ παρὰ τὴν θάλατταν οἰκοῦντες ἐν Σόλοις καὶ ἐν Ισσοῖς. Ἐπύαξα δὲ, ἡ Συεννέσιος γυνὴ, πρότερα Κύρου πέντε ἡμέρας, εἰς Ταρσοὺς ἀφίκετο· ἐν ᾗ τῇ ἐκβολῇ τῶν ὀρῶν τοῖς εἰς τὸ πεδίον, δύο [2] λόχοι τοῦ Μένωνος στρατεύματος ἀπώλοντο· οἱ μὲν ἔφασαν ἁρπάζοντάς τι καταχοπῆναι ὑπὸ τῶν Κιλίκων·

liciæ opulentámque urbem. Hìc regia Syennesis Cilicum regis erat: ac per urbem mediam labitur fluvius, *cui* nomen Cydnus, duûm plethrorum latitudine. Hâc incolæ, unà cum Syennesi, desertâ, munitum ad locum in montes fugerunt: exceptis iis, qui cauponas tenebant: manserunt illi quoque qui propter mare in Solis & Isso habitabant. At Epyaxa, Syennesis uxor, quinque ante Cyrum diebus Tarsum venerat: in transeundis autem montibus ad planitiem *tendentibus*, duo de Menonis exercitu manipuli periêre: quos aiebant alii quâdam in direptione à Cilicibus fuisse cæsos;

*terfluit*, ait *Curtius* l. 3. c. 5. Quocum concinit *Dionys.* v. 868. Nec aliter *Strabo* & *Arrianus*, locis cit.

1 Ἐξέλιπον οἱ &c.] Locum integritati sic restituendum putat *Leunclavius*: ταύτην τὴν πόλιν ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες μετὰ Συεννέσιος, εἰς χωρίον ὀχυρὸν φυγόντες ἐπὶ τὰ &c. *Stephano* quoque post ἐπὶ τὰ ὄρη deesse videtur ἐλθόντες aut καταπεφυγόντες, aut tale quid: nec aliam tolerandæ lectionis vulgatæ adferri posse rationem existimat, quàm si ζωὴν ἐξέλιπον εἰς χωρίον, dicamus posse resolvi in ζωὴν ἀπολιπόντες ἔφυγον εἰς χωρίον. Ipse verò nullum planè additamentum temerè loco huic inserendum censuerim. Licèt enim *Steph.* ad ellipsin Attic. referri posse locutionem neget; velim tamen participium ἀπιόντες subintelligi ante εἰς χωρίον &c. Atticorum quippe moris est, ut verbum ἄπειμι sive participium ejus omittant ante præpositionem, motum ad locum sive ex loco significantem: ut apud *Lucian.* de *Gymnas.* p. 792. edit. *Bourdel.* τὸν δὲ πῖλόν μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδεξε —— plenè, οἴκοθεν ἀπιόντι. Similiter in *Bis accusat.* p. 748. ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ κήρυγμα, scil. ἄπειμι. Sic & *Theocritus* εἰδυλ. β'. v. 80.

Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπόντα.
*Ut è gymnasio relicto pulchro labore.*

Ubi, ex mente *Scholiastæ*, cum ἀπὸ γυμνασίοιο subintelligendum est ἐξελθόντα. *Herodotus* autem de fugâ huic, quam describit Xenophon, non absimili plenè sic l. 6. c. 33. —— ἀλλ' ὑπέμειναν ἐπιπλέοντας τοὺς Φοίνικας, ἀλλ' οἴχονται ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην, ἴσω ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον.

2 Λόχοι] Vide *Indic.* vocab. milit. antehac memoratum.

οἱ δ', ὑπολειφθέντας, καὶ ὐ δυναμένους εὑρεῖν τὸ ἄλλο στράτευμα, οὐδὲ τὰς ὁδοὺς, εἶπα πλανωμένους ἀπολέσθαι· ἦσαν δὲ ὅτοι ἑκατὸν ὁπλῖται. Οἱ δ' ἄλλοι ἐπειδὴ ἦκον, τήν τε πόλιν τὴς Ταρσοὺς διήρπασαν, ἀφ' ὀργὴν τὸν ὄλεθρον τ̃ συστρατιωτῶν ὀργιζόμενοι, & τὰ βασίλεια τὰ ἐν αὐτῇ. Κῦρος δὲ, ἐπεὶ εἰσήλασεν εἰς τὴν πόλιν, μετεπέμπετο Συέννεσιν πρὸς ἑαυτόν· [1] ὁ δὲ ὅτε πρότερον ὐδενί πω χρεία ἑαυτὸν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν ἔφη, ὅτε τότε Κύρῳ ἰέναι ἤθελε, πρὶν ἡ γυνὴ αὐτὸν ἔπεισε, & πίστεις ἔλαβε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεὶ συνεγένοντο ἀλλήλοις, Συέννεσις μὲ Κύρῳ ἔδωκε χρήματα πολλὰ εἰς τ̃ στρατιὰν, Κῦρος δ' ἐκείνῳ δῶρα, ἃ νομίζε παρὰ βασιλεῦσι τίμια, [2] ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ στρεπτὸν χρυσοῦν, & ψέλλια, & ἀκινάκην χρυσοῦν, καὶ στολὴν

alii, relictos à tergo, cùm neque copias cæteras, neque vias reperire poſſent, *ſic* deinde palantes periiſſe: erant hi gravis armaturæ milites centum. Reliqui poſteaquam *eò* venêre, Tarſum urbem diripuerunt, irâ propter commilitonum cladem accenſi, ac *ipſam*, quæ in eâ *erat*, regiam. Cyrus, ubi in urbem invectus eſt, Syenneſim ad ſe arceſſebat; at ille nec ullius antehac *ſe* potentioris in manus veniſſe dixit, nec ad Cyrum tunc ire voluit, priuſquàm ei perſuaſiſſet uxor, & fidem *ab Cyro* accepiſſet. Poſt hæc congreſſi cùm eſſent, Syenneſis Cyro ingentem pro exercitu pecuniam donat, & Cyrus illi *viciſſim ea* munera, quæ apud reges in pretio eſſe ſolent, *nimirum* frenis aureis inſignem equum, & torquem auream, & armillas, & acinacem aureum, & ſtolam

1 Ο δὲ ὅτε πρότερον &c.] Vide ſis *Diodor. Sic.* p. 250 & ſeq.

2 Ἵππον χρυσοχάλινον, καὶ &c.] Vide Κύρ. Παιδ. p. 20, & 578. ex quo poſtremo loco libet hæc adducere: *Τίνος δὲ δῶρα γιγνώσκεται ὥσπερ ἔνια τ̃ βασιλέως, ψέλλια & στρεπτοὶ καὶ ἵπποι χρυσοχάλινοι; ὐ γὰρ δὴ ἔξεστιν οἴκοι ταῦτα ἔχειν ᾧ μὴ βασιλεὺς δῷ.* Cæterùm deſunt hæc verba *καὶ ψέλλια καὶ ἀκινάκην χρυσοῦν* in MSto Eton. edit. *Ald.* & *Demetrio Phaler.* pag. 86. quæ tamen ex veterum librorum conſenſu (addo ipſe, ex conſuetâ eorum apud Noſtrum conjunctione) inſerta hìc eſſe teſtatur *Stephanus*.

Περσικὴν, [1] καὶ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζειν· τὰ δὲ ἡρπασμένα ἀνδράποδα, ἤν τε ἐντυγχάνωσιν, ἀπολαμβάνειν.

Ἐνταῦθ' ἔμεινε Κῦρος καὶ ἡ στρατιὰ ἡμέρας εἴκοσιν· οἱ γὰρ στρατιῶται οὐκ ἔφασαν ἰέναι τὸ πρόσω· ὑπώπτευον γὰρ ἤδη ἐπὶ βασιλέα ἰέναι, μισθωτοῦσθαι δὲ οὐκ [2] ἐπὶ τούτῳ ἔφασαν. Πρῶτος δὲ Κλέαρχος οὗ αὐτὸς στρατιώτας ἐβιάζετο ἰέναι· οἱ δὲ [3] αὐτόν τε ἔβαλλον, καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκείνου, ἐπεὶ ἤρξατο προϊέναι. Κλέαρχος δὲ τότε μὲν μικρὸν ἐξέφυγε τὸ μὴ καταπετρωθῆναι· ὕστερον δὲ, ἐπεὶ ἔγνω ὅτι οὐ δυνήσεται βιάσασθαι, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν αὑτοῦ

Perſicam, & non ampliùs agrum direptum iri; direpta verò mancipia, ſicubi occurrerent, recepturum.

Hìc Cyrus cum exercitu dies viginti ſubſtitit; propterea quòd milites ulteriùs ſe perrecturos negarent: jam enim ſuſpicabantur contra regem iter agi; in hoc verò ſtipendio ſe conductos negabant. Clearchus primus ſuos ad pergendum vi cogere volebat: at illi tum in ipſum, cùm *jam* procedere inciperet, tum in ipſius jumenta, *lapides* conjecerunt. Et tunc quidem parùm abfuit, quin lapidibus obrueretur Clearchus: tandem, cùm vi ſe nihil perfecturum animadverteret, milites ſuos ad concionem

1 Καὶ τὴν χώραν μηκέτι &c.] Formæ orationis ſubitò variatæ paſſim occurrunt exempla. Sic Noſter Κύρ. Παιδ. p. 285. ὄψον δὲ μὴ πέμπειν, μηδὲ πιεῖν. Vide ſis etiam notata p. 542. Libet hìc adducere, quæ *Demetrius Phalereus* (ſive is, cui nomen illius tribuitur) p. 86. libel. περὶ Ἑρμ. de venuſtate ex ordine natâ ſcripſit. Τὸ, inquit, αὐτὸ πρῶτον μὲν πιθὲν, ἢ μίσην, ἄχαρι γίνεται· ἐπὶ δὲ τῷ τέλει, χαρίεν· οἷον ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν ἐπὶ τοῦ Κύρου, Διδόναι δὲ αὐτῷ καὶ δῶρα, ἵππον καὶ στολὴν καὶ σκῆπτρον. Ὁ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζειν· ἐν μὲν τούτοις τὸ μὲν πλουσιεῖον ἐστι τὸ τὴν χάριν ποιεῖν, τὸ τὴν χώραν μηκέτι ἁρπάζειν, ἀπὸ τοῦ ξένου τοῦ δώρου καὶ τὴν ἰδιότητα. Αἴτιος δὲ ὁ τόπος τοῦ χαρίεντος· εἰ γὰρ πρῶτον ἐπῆλθε, ἀχαριστότερον ἦν· οἷον, ὅτι δίδωσιν αὐτῷ δῶρα, τὴν τε χώραν μηκέτι ἁρπάζειν, καὶ ἵππον, καὶ στολὴν, καὶ σκῆπτρον. Νῦν δὲ προειπὼν τὰ εἰθισμένα δῶρα, πλουσιεῖον ἐπήνεγκεν τὸ ξένου καὶ ἄνθρες ἐξ ὧν ἁπάντων σωθῆναι ἡ χάρις.

2 Ἐπὶ τούτῳ &c.] Pronomen hoc minùs adcuratè ad βασιλέα referri ſolet: nam cum ἐπὶ conjunctum denotat ſæpiſſimè *cauſam*, ut loquuntur, *finalem*. Phavorinus: Ἐπὶ, δοτικῇ συντάσσεται, αἰτιαλογῶν τὸ ἕνεκα. Quare poſt τούτῳ ſubintelligas velim αἰτίᾳ. quod in multis aliis locutionibus paſſim deficit. Exemplis rei notæ adferendis tempero.

3 Αὐτόν τε ἔβαλλον] Λίθοις ſcil. ſive πέτραις, utì ex verbo καταπετρωθῆναι mox ſequenti conſtat.

Sic Vorst. de Hellen. Dorid. XIII. 125.



στρατιωτῶν· καὶ σφῶτον μὲ ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἑστώς· (οἱ δὲ ὁρῶντες ἐθαύμαζον καὶ ἐσιώπων) εἶτα ἔλεξε τοιάδε·

"[1] Ἄνδρες στρατιῶται, μὴ θαυμάζετε, ὅτι χαλεπῶς φέρω "τοῖς παροῦσι πράγμασιν. Ἐμοὶ γὰρ Κῦρος ξένος ἐγένετο, καὶ "με φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος, τά τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ μι- "σθὸν ἔδωκε [2] δαρεικούς· οὓς ἐγὼ λαβὼν, οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατε- "θέμην ἐμοὶ, [3] ἀλλ' οὐδὲ καθηδυπάθησα, ἀλλ' εἰς ὑμᾶς ἐδα- "πάνων. Καὶ σφῶτον μὲ σὺν τοῖς Θρᾳξὶ ἐπολέμησα, καὶ "ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἐτιμωρούμην μεθ' ὑμῶν, ἐκ τῆς Χερρονήσου αὖ- "τοὺς ἐξελαύνων, βουλομένους ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Ἕλλη- "νας τὴν γῆν. Ἐπειδὴ δὲ Κῦρος ἐκάλει, λαβὼν ὑμᾶς ἐπορευό- "μην, ἵνα, εἴ τι δέοιτο, ὠφελοίην αὐτὸν, ἀνθ' ὧν εὖ ἔπαθον ὑπ' "ἐκείνου. Ἐπεὶ δὲ ὑμεῖς οὐ βούλεσθε συμπορεύεσθαι, ἀνάγκη δέ μοι

vocat; ac primùm diù lacrimis ei manantibus ſtetit; (*quod* illi cùm cernerent, taciti mirabantur) deinde in hunc modum eſt loquutus:

"Nè vobis mírum ſit, milites, me ex præſenti rerum ſtatu "*moleſtiâ* adfici. Cyrus enim hoſpitii jus mecum iniit, méque "exulantem à patriâ cùm aliis ornavit honoribus, tum darico- "rum decem millibus donavit: quos poſteaquàm accepi, non in "commodum meum verti, nec per voluptatem & luxum ab- "ſumpſi, ſed in vos expendi. Ac primùm quidem Thracibus "bellum intuli, & vobiſcum *eos*, Græciæ cauſâ *ſuſceptâ*, ſum ul- "tus; è Cherſoneſo eos expellens, cùm Græcis colonis agrum "*iſtum* eripere vellent. Poſteaquam autem Cyrus *me* arceſſivit, "adſumptis vobis *ad eum* profectus ſum; ut pro ipſius in me be- "neficiis ei, ſi uſus *ità* poſceret, commodarem. *Jam* verò cum "vos hoc mecum iter ſuſcipere non velitis, ac me neceſſe ſit vel

1 Ἄνδρες στρατιῶται, &c.] *Dionyſ. Halic.* in *Arte Rhetor.* pag. 85. Ὁ δὲ Κλέαρχος οὐ τοῖς στρατιώταις δημηγορεῖ, ὑποτοηθέντος μὲν ἔπαθε τοῖς στρατιώταις παρόντος, οὐ δὲ λόγῳ κατασκευάζων τὸ ἀναγκαῖον εἶναι μένειν, μιμούμενος τὸν Ὁμήρου Φοίνικα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος &c. Vide Il. ι'. v. 433 & ſeq.

2 Δαρεικούς·] Vide p. 5. not. 2.

3 Ἀλλ' οὐδὲ] Sine auxeſi adhibuit etiam Luc. c. XXIII. v. 15.

"ἢ ὑμᾶς ποιῆσαι τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι, ἢ ποῖς ἐκεῖ-
"νον ψευσάμενον μᾶλλον ἂν ὑμῖν εἴη· εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ
"οἶδα, αἰρήσομαι δ' οὖν ὑμᾶς, καὶ σὺν ὑμῖν, ὅ, τι ἂν δέῃ, πεί-
"σομαι. Καὶ ὅπότ' ἐρεῖ τις, ὡς ἐγὼ Ελληνας ἀγαγὼν εἰς
"τοὺς βαρβάρους, προδοὺς τοὺς Ελληνας, τιμῶ τῶν βαρβάρων
"φιλίαν εἰλόμην. Αλλὰ ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμοὶ οὐκ ἐθέλετε πεί-
"θεσθαι, οὐδὲ ἕπεσθαι, ἐγὼ σοὶ ὑμῖν ἕψομαι, καὶ ὅ, τι ἂν δέῃ,
"πείσομαι. Νομίζω γὰρ ὑμᾶς ἐμοὶ εἶναι πατρίδα, καὶ φίλους, καὶ
"συμμάχους, καὶ σὺν ὑμῖν μὲν ἂν εἶναι τίμιος, [1]ὅπου ἐὰν ὦ· ὑμῶν
"δ' ἐρημωθεὶς, οὐκ ἂν ἱκανὸς εἶναι οἶμαι, οὔτ' ἂν φίλον ὠφελῆ-
"σαι, οὔτ' ἂν ἐχθρὸν ἀλεξήσασθαι. Ως ἐμοῦ ἕν ἴοντος ὅπη ἂν καὶ
"ὑμεῖς, ὅτῳ τι γνώμην ἔχετε." Ταῦτα εἶπεν· οἱ δὲ στρατιῶται οἵ
τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ οἱ ἄλλοι, ταῦτα ἀκούσαντες, ὅτι ὁ φαίη πρὸ

"vobis deſertis amicitiâ Cyri uti, vel ad illum mentitum vobiſ-
"cum eſſe; *tametſi* haud ſcio, an juſtè facturus ſim, *nécne*, vos tan-
"dem tamen præferam, & vobiſcum, quidquid opus erit, feram.
"Nec unquam dicturus eſt quiſquam me, poſteaquàm Græcos
"ad barbaros duxerim, deſertis Græcis barbarorum amicitiam
"amplexum eſſe. Sed quoniam vos neque mihi parere, neque
"*me* ſequi velitis, ſequar ego vos, ac quidquid opus erit, feram.
"Quippe vos ego mihi patriam, *vos* amicos, *vos* ſocios eſſe arbi-
"tror, vobiſcum etiam, ubicunque fuero, honoratum me fore:
"à vobis ſi deſtitutus ſim, nec ad commodi quidquam amico ad-
"ferendum, nec ad hoſtem propulſandum idoneum me fore pu-
"to. Quamobrem eâ vos eſſe in ſententiâ debetis, iturum me,
"quocunque vos *perrexeritis*." Hæc ille dixit: quæ cùm & ipſius
& cæteri milites audiviſſent, laudârunt *id* quod diceret, adver-

1 Οπου ἐὰν ὦ·] MS. Eton. ἂν ὦ: quomodo legit & *Muretus*. Verùm rectè obſervat *Stephanus* alibi quoque ἐὰν ſic uſurpatum inveniri. Sic Matt. VIII. 19. Marc. IV. 22. VI. 10, 22, 23. XIV. 14. Et ſimiliter ἐὰν ἔξω.

βασιλέα πορεύεσθαι, ἐπήνεσαν· σὺν δὲ Ξενίᾳ καὶ Πασίωνι πλείους ἢ δισχίλιοι, λαβόντες τὰ ὅπλα καὶ [1] τὰ σκευοφόρα, ἐστρατοπεδεύσαντο σὺν Κλεάρχῳ.

Κῦρος δὲ τούτοις ἀπορῶν τε καὶ λυπούμενος, μετεπέμπετο τὸν Κλέαρχον· ὁ δ' ἰέναι μὲν οὐκ ἤθελε, λάθρα δὲ τῶν στρατιωτῶν πέμπων αὐτῷ ἄγγελον, ἔλεγε θαῤῥεῖν, ὡς καταστησομένων τούτων εἰς τὸ δέον· μεταπέμπεσθαι δ' ἐκέλευεν αὐτόν· αὐτὸς δὲ οὐκ ἔφη ἰέναι. Μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν τοὺς αὑτοῦ στρατιώτας, καὶ [2] τοὺς προσελθόντας αὐτῷ, καὶ τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον, ἔλεξε τοιάδε·

"Ἄνδρες στρατιῶται, [3] τὰ μὲν δὴ Κύρου δηλονότι οὕτως ἔχει

sùs regem ſe non proficiſci: & à Xeniâ *quidem* Paſionéque plures duobus millibus, ſumptis armis ac impedimentis, in Clearchi caſtra tranſierunt.

Cyrus ob hæc inops conſilii & mœſtus, Clearchum arceſſebat: is iturum ſe quidem negabat, ſed clam *tamen* militibus miſſo ad ipſum nuntio, bono ut eſſet animo, hortabatur; nam fore ut hæc ità, utì expediat, componantur: ſe verò *iterum* arceſſere juſſit; *quo facto*, ipſe venturum ſe *iterum* negat. Poſt hæc contractis *ad concionem* militibus tam ſuis, quàm qui ad ipſum ſe contulerant, atque etiam ex aliis, cuicunque liberet, hujuſmodi orationem habuit:

"Eodem omnino, milites, ſe modo erga nos Cyri res habent,

1 Καὶ τὰ σκευοφόρα,] Dicitur ἐλλειπτικῶς, eique tali opus eſt ſupplemento, quale præbet *Herodianus* l. 8. c. 1. τὰ δὲ σκευοφόρα πάντα, κτήνη τε καὶ ὀχήματα — Vide notata ad K. Π. noſtræ p. 460.

2 Τοὺς προσελθόντας &c.] Scil. à *Xeniâ* & *Paſione*.

3 Τὰ μὲν δὴ Κύρου &c.] Supple, πράγματα, quod deeſt etiam, 1 Tim. IV. 15. Heb. II. 17. & alibi paſſim, tam apud ſacros quàm profanos auctores. Hæc autem eò redit Clearchi ſententia: *Sublatâ jam militum ſuorum cum Cyro neceſſitudine, ſpem quoque officiorum mutuorum utrinque ſimul evanuiſſe.* Locum hunc liberiùs paulò vertit *Amaſæus*: hoc nempe modo: *Jam milites, nihil plus herculè nos à Cyro, quàm illum à nobis, expectare æquum eſt.* Cujus ſe movere veſtigiis religioni habuiſſe videtur *Leunclavius*, his uſus Latinis: *Ea nos, mei milites, polliceri nobis de Cyro jam debemus, quæ ſibi de nobis ipſe pollicetur.*

"πρὸς ἡμᾶς, ὥσπερ τὰ ἡμέτερα πρὸς ἐκεῖνον· ὅτε γὰρ ἡμεῖς
"ἐπ' ἐκείνῳ στρατιῶται, (ἐπεί γε ὰ συνεπόμθα αὐτῷ) ὅτε ἐκεί-
"νῳ ἡμῖν ἔπι μισθοδότης. Οπι μέντοι ἀδικεῖας νομίζῃ ὑφ'
"ἡμῶν, οἶδα· ὥστε καὶ μεταπεμπομένου αὐτοῦ, οὐκ ἐθέ-
"λω [1] ἐλθεῖν, τὸ μὲν μέγιστον, αἰσχυνόμενος, ὅτι σαφῶς οἶδα
"ἐμαυτῷ [2] πάντα ἐψευσμένος αὐτόν· ἔπειτα δὲ καὶ δεδιὼς,
"μὴ λαβών με, δίκην ἐπιθῇ ὧν νομίζει ὑπ' ἐμοῦ ἠδικῆ-
"σθαι. Εμοὶ οὖν δοκεῖ οὐκ ὥρα εἶναι ἡμῖν καθεύδειν, ἀλλ'
"ἀμελεῖν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ βουλεύεσθαι ὅ, τι χρὴ ποιεῖν ἐκ
"τούτων. Καὶ [3] εἴτε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι,
"ὅπως ἀσφαλέστατα μένωμεν· εἴτε δὴ δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως
"ἀσφαλέστατα ἀπίωμεν, [4] καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξομεν·

"quo noſtræ erga illum; nam neque nos ampliùs ejus ſumus mi-
"lites, (cùm ipſum non ſequamur) neque nobis ille ſtipendium
"numerat. Scio equidem illum exiſtimare, à nobis ſe injuriâ ad-
"fici; adeò ut, tametſi *me* arceſſat, ire *tamen ad eum* nolim;
"maximè, quia pudet me mihimet eſſe conſcium, illum à me
"omnino deceptum eſſe: deinde metuo, nè ſi me comprehen-
"derit, ob ea pœnam *mihi* irroget, quæ à me per injuriam exiſti-
"mat in ſe commiſſa. Quamobrem nobis minimè dormiendi
"tempus eſſe arbitror, neque nos ipſos negligendi, ſed delibe-
"randi quid deinceps *nobis* ſit agendum. Ac ſive tandem manebi-
"mus, conſiderandum exiſtimo, quo pacto tutiſſimè manſuri ſi-
"mus; ſive diſcedendum videtur, quo pacto minimo cum peri-
"culo diſceſſerimus, quóque pacto nobis commeatus ſuppetant:

1 Ελθεῖν, τὸ μὲν &c.] Lege quæ de hoc verbo notavimus K. Π. p. 420. MS. Eton. & editi quidam libri perperam exhibent —— ἐλθεῖν, ὅπ τὸ μὲν &c.

2 Πάντα ἐψευσμένος αὐτόν·] P. 24. dixerat πρὸς ἐκεῖνον ψευσάμθμεν —— Et in ejuſmodi quidem ſtructuræ varietate mirificè ludunt auctores Attici. Ante πάντα ſupprimitur hìc κῦ, utì & 1 Cor. X. 33. & alibi ſæpiſſimè.

3 Εἴτε μένομεν] Præſens futuri temporis hìc locum occupat; eadémque occurrit enallage Joh. XVI. 16. Μικρὸν, καὶ ὐ θεωρεῖτέ με, pro θεωρήσετέ με: & mox ibidem legitur ὑπάγω pro ὑπάξω. *Euripides* itidem eâ uſus eſt *Hec.* v. 161 & ſeq.

Ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν,
Στείχω; ποῖ σ' ἧσω;

4 Καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξομεν· ἄπιεν &c.] Vide K. Π. p. 76 & 442.

"ἀνδρὸς γὰρ τούτων, οὔτε στρατηγοῦ οὔτε ἰδιώτου ὄφελος
"οὐδέν. [1] Ὁ δὲ ἀνὴρ πολλοῦ μὲν ἄξιος φίλος, ᾧ ἂν
"φίλος ᾖ· χαλεπώτατος δ' [2] ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέμιος
"ᾖ. Ἔτι δὲ δυνάμιν ἔχει καὶ πεζὴν καὶ ἱππικὴν καὶ ναυ-
"τικήν, ἣν πάντες ὁμοίως ὁρῶμέν τε καὶ ἐπισάμεθα· καὶ
"γὰρ οὐδὲ πόρρω δοκοῦμέν μοι αὐτοῦ καθῆζεσθαι· [3] ὥστε
"ὥρα λέγειν ὅ, τι τὶς γιγνώσκει ἄριστον εἶναι." Ταῦτ' εἰπὼν,
ἐπαύσατο.

Ἐκ δὴ τούτου ἀνέσαντο, οἱ μὲν, ἐκ τοῦ αὐτομάτου λέξοντες ἃ ἐγίγνωσκον· οἱ δὲ, ἢ ὑπ' ἐκείνου ἐγκέλευσοι, ἐπιδεικνύντες οἷα

"nam abſque his *ſit*, nec imperatoris nec privati *militis* uſus fue-
"rit ullus. Et *Cyrus* quidem amicus *eſt* magni faciendus *ei*, cui ſit
"amicus: graviſſimus autem *ei* inimicus, cui ſit hoſtis. Prætereà
"copias & pedeſtres & equeſtres & navales habet, quas *nos*
"omnes pariter & videmus & novimus: nam non longè mihi ab
"ipſo videmur conſidere: quapropter tempus *eſt* indicandi, quod
"quiſque *factu* optimum eſſe ſtatuit." Hæc loquutus, finem *di-
cendi* fecit.

Deinceps ſurgebant alii quidem, ſuâ ſponte quæ ſentirent expoſituri; alii, illius etiam juſſu, quàm foret difficile, præter

1 Ὁ δὲ ἀνὴρ] Pronominis hìc vicem eleganter explet ἀνήρ: utì & apud *Æli.* H. V. l. 3. c. 19. Ἀτοπος ἦν ὁρῶν ὁ Πλάτων, ὁ σοφώτατος τῶν ἀνδρῶν. Et. l. 3. c. 22. Ἡθέντες ἦν ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς (*Æneæ*, quem modò memoraverat) εὐσταθείᾳ οἱ Ἕλληνες — Similiter apud Latinos *Vir* adhiberi ſolet *Virg.* ecl. 6. v. 66.

*Utque viro Phœbi chorus adſurrexerit omnis.*

ubi *viro* ponitur pro *ei*, Gallo puta, cujus paulò antè meminerat. Idem *Æn.* l. 4. v. 3. *Multa viri virtus* — ſcil. Æneæ, de quo ſuprà paulò ſermo fuerat.

2 Ἐχθρὸς, ᾧ ἂν πολέμιος ᾖ.] *Phavorinus*: Πολέμιος, ὁ ἀπ' ἀλλοτρίας χώρας ἐχθρός· Ἐχθρὸς δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ· πᾶς μὲν πολέμιος ἐχθρὸς, ὁ μὴν πᾶς ἐχθρὸς ἐστὶ πολέμιος. Καὶ πολέμιος, ὁ κατὰ τὸν πόλεμον ἑαυτῷ. Sic enim locum diſtinguendum & emendandum duxi: cùm priùs in edit. ſaltem *Baſil.* punctum poſt πᾶς ἐχθρὸς poneretur, & καὶ πολέμιος ſemel tantùm legerentur. Eodem interprete, Ἐχθρὸς eſt κυρίως, ὁ σφόδρα φίλος ὤν, καὶ ὕστερον καταστὰς εἰς ἔχθος. Πολέμιος δὲ ἁπλῶς, ὁ μηδ' ὁπλων χωρῶν. *Moſchopulus* in libello Περὶ σχεδῶν: Ἐχθρὸς, ὁ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ· πολέμιος δὲ, ὁ ἀπ' ἀλλοτρίας γῆς.

3 Ὥστε ὥρα λέγειν] Eleganter, atque ex Atticorum conſuetudine, poſt ὥρα ſupprimitur verbum ſubſtantivum. Plenè diceretur ὥρα ἂν εἴη: utì Noſter K. Π. p. 191. Ὥρα ἂν, ἔφη, συσκευάζεσθαι ὑμῖν εἴη.

εἴη ἀποδία, ἄνδρ τ Κύρου γνώμης, ἢ μένειν ἢ ἀπέναι. Εἷς δὲ δὴ εἶπε, προσποιούμενος σπεύδειν ὡς τάχιστα πορεύεσθαι εἰς τ Ἑλλάδα, [1] στρατηγοὺς μὲν ἑλέσθαι ἄλλους ὡς τάχιστα, εἰ μὴ βούλεται Κλέαρχος ἀπάγειν· τὰ δ' ὑποζύγια ἀγοράζεσθαι, (ἡ [2] δ' ἀγορὰ ἦν ἐν τῷ βαρβαρικῷ στρατεύματι) καὶ συσκευάζεσθαι· ἐλθόντας δὲ Κῦρον αἰτεῖν πλοῖα ὡς ἀποπλέοιεν· ἐὰν δ' μὴ διδῷ ταῦτα, ἡγεμόνα [3] αἰτεῖν Κῦρον, ὅστις ὡς μάλα φιλίας τῆς χώρας ἀπάξει· ἐὰν δὲ μηδὲ ἡγεμόνα διδῷ, σωτάπεσθαι τὴν ταχίστην· πέμψαι δὲ καὶ προκαταληψομένους τὰ ἄκρα, ὅπως μὴ [4] φθάσωσι μήτε ὁ Κῦρος

Cyri voluntatem, vel manere vel abire demonſtrabant. Unus porrò, *ſe* properare ſimulans in Græciam quamprimùm proficiſci, dixit, alios quamprimùm deligendos eſſe duces, ſi Clearchus *ipſos* abducere nollet: commeatum emendum eſſe, (erat autem barbarorum in exercitu rerum venalium forum) ac vaſa colligenda: eundum etiam *nonnullis* à Cyro qui peterent navigia, quibus aveherentur: quòd ſi ea non daret, petendum à Cyro ducem eſſe, qui per pacatam utique regionem *eos* abduceret: quod ſi nè ducem quidem daret, quamprimùm inſtruendam eſſe aciem; ac mittendos, qui *montium* vertices antecaperent, ut nec Cyrus *his*

1 Στρατηγὸς μὲν ἑλέσθαι &c.] Ante ἑλέσθαι & cæteros, qui ſtatim ſequuntur, infinitivos requiri videtur δεῖν: ut ferè ſolet, cùm præcedant verba λέγειν, δοκεῖν & ſimilia. Ità K. Π. p. 213. Ἡμῖν γὰρ δοκεῖ πᾶσιν — μὴ — τότε μάχεσθαι, μηδ' ἐν τῇ φιλίᾳ καθημένους ἡμᾶς ὑποδύεσθαι, ἀλλ' ἰέναι &c. Act. XV. 24. λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον — ſcil. δεῖν. Plenè Ælian. H. V. l. 3. c. 12. Λακεδαιμονίων ᾧ ἔστιν αὕτη ἡ φωνὴ, ἱερὰν δεῖν λέγουσα.

2 Ἡ δὲ ἀγορὰ ἦν &c.] Vide quæ notavimus K. Π. p. 167.

3 Αἰτεῖν Κῦρον] Simplicitatem hoc loco & ſtili Xenophontei perſpicuitatem, præ quarum ſtudio vocem repetit ultimam, agnoſcere debemus. Nec aliâ de cauſâ vocem eandem pag. 17. iteratam videre eſt. Pari modo *Cæſar*, σαφηνείας etiam ſtudio inſignis, nomen proprium repetit B. G. l. 5. c. 3.

4 Μὴ φθάσωσι] MS. Eton. & editi quidam libri dant βλάψωσι. omnino malè. Locutio, quam repræſentamus, Noſtro familiaris eſt. K. Π. p. 178. προθοῶντες ἐφθάκασι ἐλθὼν &c. & p. 194. Ἢν γὰρ φθάσωμεν ἄνω γλυφάδας, — eámque confirmat verbum προκαταλαμβάνειν, mox eâdem de re adhibitum; necnon ejus participium, quod modò præceſſerat.

μήτε οἱ Κίλικες καταλαβόντες· ὧν πολλὸς ἡ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἠρπακότες. Οὕτω μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπε· μετὰ δὲ τοῦτον Κλέαρχος εἶπε [1] τοσοῦτον.

[2] Ὡς μὲν στρατηγήσοντα ἐμὲ ταύτην τὴν στρατηγίαν, μηδεὶς ὑμῶν λεγέτω· (πολλὰ γὰρ ὁρῶ, δι' ἃ ἐμοὶ τοῦτο οὐ ποιητέον) [3] ὡς δὲ τῷ ἀνδρὶ, ὃν ἂν ἕλησθε, πείσομαι ἥ δυνατὸν μάλιστα· ἵνα εἰδῆτε, ὅτι καὶ ἄρχεσθαι ἐπίσαμαι, ὥς τις καὶ ἄλλος μάλιστα ἀνθρώπων. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος ἀνέστη, ὑποδεικνὺς μὲν τὴν εὐήθειαν τοῦ τὰ πλοῖα αἱ-

occupandis nec Cilices *nos* antevertant; quorum multos & multa bona prædati poſſidemus. Hujuſmodi ille verba fecit: poſt quem Clearchus tantùm dixit:

Nemo veſtrûm dicat fore, ut ipſe munus hoc imperatorium ſuſcipiam; (nam multa video, quamobrem id per me fieri non debeat) ſed ut ei, quemcunque delegeritis, pro viribus obtemperem: ut ſciatis me *alterius* etiam *imperio* parendi eſſe peritum, ut quis maximè mortalium alius. Poſt hunc ſurrexit alius, qui partim ejus ſtoliditatem commonſtrabat, qui ad naves petendas

1 Εἶπε τοσοῦτον.] *Suidas*: Τοσοῦτον, ἀντὶ τοῦ τοῦτο. *Sophocles* in *Ajace* v. 441.

Καί τοι τοσοῦτον γ' ἐξεπίσταμαι δοκῶ,
Εἰ ζῶν &c.

Ubi *Scholiaſtes* τοσοῦτον eodem, quo *Suidas*, modo exponit. *Herodotus* l. 4. c. 197. ſimiliter τοσόνδε adhibet: τοσόνδε ἔπι ἔχω ἐπεῖν &c. ubi legitur etiam τοσοῦτον δὲ &c. Forſan poſt τοσοῦτον intelligendum eſt μόνον, cujus frequens eſt ellipſis: *Ælian.* l. 4. c. 9. H. V. Αὐτὸ μεμῶ τοῦτο σοφώτατον αὐτοῖς, ὅτι &c. i. e. *Hocce verò unum* &c. Pleniùs idem. l. 3. c. 17. Η αὐτὸ τοῦτο μόνον τὴν Αἰγύπτιον ἀγαθοὶ γεωμόμοι, &c. In aliis etiam locutionibus vox eadem deeſt: *Rom.* IV. 9. Ο μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ubi requiritur μόνον. *Philip.* II. 4. Μὴ τὶ ἑαυτῶν &c. pro Μὴ μόνον &c.

2 Στρατηγήσοντα — στρατηγίαν] Eadem verbi cum nomine cognato conſtructio reperitur Matt. II. 10. VII. 26. XIII. 14.

3 Ὡς δὲ τῷ — πείσομαι] *Muretus* legit πεισόμενον. quo meliùs, opinor, poſterius hoc ſententiæ membrum priori reſpondeat. Sed Noſtro familiaris eſt ſubita ſtructuræ mutatio. Vide quæ hâc de re notavimus p. 22. Et vulgatam lectionem, quam libri omnes, quos quidem vidi, tuentur, commodè ſatis retineas licèt, modò locutionem hanc ellipticam eſſe ſtatuas, hâc ratione ſupplendam — πείσομαι ἥ δυνατὸν μάλιστα, ὅτῳ λέγετε· vel ὅτῳ τῷ γνώμῃ ἔχετε· ut idem Clearchus plenè p. 24. dixerat: Ὡς ἐμοῖ ἐν ἴσῳ ὅπῃ ἂν ὑμεῖς, ὅτῳ τῇ γνώμῃ ἔχετε.

τεῖν κελεύοντα, ὥσπερ πάλιν [1] στόλον Κύρου μὴ ποιεμένου. Ἐπιδεικνὺς δὲ ὡς εὔηθες εἴη, ἡγεμόνα αἰτεῖν παρὰ τούτου, [2] ᾧ λυμαινόμεθα τὴν [3] πρᾶξιν. Εἰ δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν, ᾧ ἂν Κῦρος δῷ, τί κωλύει καὶ τὰ ἄκρα ἡμῖν κελεύειν Κῦρον προκαταλαμβάνειν; Ἐγὼ γὰρ ὀκνοίην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς [4] αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ· φοβοίμην δ' ἂν τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη, ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγοι, ὅθεν οὐκ οἷόν τε ἔσαι ἐξελθεῖν· βουλοίμην δ' ἄν, ἄκοντος ἀπιόντος Κύρου, λαθὼν αὐτὸν ἀπελθεῖν·

hortatus fuerat, quasi verò Cyrus expeditionem posthac non erat susceptus: partim commonstrabat quàm stultum esset, ducem ab eo petere, cujus institutum labefactamus. Quòd si quam duci, quem *nobis* Cyrus dederit, fidem habebimus, quid vetat quo minùs etiam vertices Cyrum nobis occupare jubeamus? Equidem naves conscendere, quas *ille* nobis dederit, formidaverim, nè cum ipsis nos triremibus demergat: ducem quoque, quem *ille* dederit, sequi metuerim, nè nos *eò* ducat, unde non sit exeundi facultas: velim autem, invito Cyro abeunte me, clam eum dis-

1 Στόλον — ποιεμένου, *Phavorinus*: Στόλος, ἡ ἀφὸ θαλάσσης πορεία, (quo sensu hìc loci venit) καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος. Καὶ ἡ ἀφὸ γῆς πορεία, ἓ αὐτὴ ἡ στρατιά. quo modo accipitur suprà p. 9. & K. Π. p. 178. Cæterùm, pro ποιεμένου *Muretus* ποιησαμένου reponendum putat: quâ nihil opus esse mutatione docebunt quæ suprà paulò notavimus ad verbum μένομεν p. 26.

2 Λυμαινόμεθα &c.] Ad rectam ab obliquâ jam, more suo, transit orationem. Vide sis quæ hâc de re notavimus K. Π. p. 56.

3 Τὴν πρᾶξιν.] Inter πρᾶξιν & ἔργον ità distinguunt *Suidas* & *Phavorinus*, ut illa sit, ἡ ἀφὸς τὸ τέλος τείνουσα ἐνέργεια· hoc, τὸ τέλος. Hìc certè *rem* (non *gestam*, sed) *gerendam* denotat.

4 Αὐταῖς ταῖς τριήρεσι καταδύσῃ.] Ante αὐταῖς &c. deest præpos. σὺν, qualem eam pati ellipsin K. Π. p. 38. notavimus. Ea autem est hujusce sententiæ membri ratio, ut ipsi Cyro tribuerit, eo quod jubente fieri potuerit. Nec insolens est hoc loquendi genus. *Ælian.* H. V. l. 14. c. 49. Philippus, inquit, Apthonetum ἐμαστίγωσεν, i. e. *flagris cædi jussit.* Sic Lucas *Act.* XVI. 23. de *magistratibus* Philippensium dicit, Πολλάς τε ἐπιθέντας αὐτοῖς πληγὰς, ἔβαλον εἰς φυλακὴν, &c. Et Paulus de iisdem v. 37. ait, Δείραντες ἡμᾶς — ἔβαλον εἰς φυλακὴν, &c. Priùs verò v. 22. magistratus isti dicuntur κελεῦσαι ῥαβδίζειν. Iisdem utique quibus *jussa*, & ipsæ tribuuntur *actiones*. Sed & in bello (utì rectè Cl. Perizonius ad *Æliani* locum proximè citatum observavit) nihil frequentius, quàm ut ipse dux facere dicatur, quod jubet fieri. Sallustius *Catil.* c. 60. *Petrejus tubâ signum dat.* Et *Jugurth.* c. 26. *Jugurtha — omnes puberes — interfecit*, i. e. interfici jussit. Ubi vide quæ notavit Cl. *Cortius.*

ἐ ὐ δυνατόν ἔστιν. Αλλ' ἔγωγε φημὶ ταῦτα μὲν φλυαρίας εἶ). δοκῶ δέ μοι, ἄνδρας ἐλθόντας πρὸς Κῦρον, οἵπερ ἱκανοὶ δεῖνοι, σὺν Κλεάρχῳ, [1] ἐρωτᾶν ἐκεῖνον, τί βούλεται ἡμῖν χρήσασθαι· κἂν μὲν ᾖ [2] ἡ πρᾶξις πλεονεξία οἵαπερ καὶ πρότερον ἐχρῆτο τοῖς [3] ξένοις, ἕπεσθαι ἡμᾶς, ἢν μὴ κακίους εἶ) τῷ πρόσθεν τούτῳ [4] συναναβάντων· ἐὰν δὲ μείζων ἡ πρᾶξις τ πρόσθεν [5] φαίνηται, καὶ ἐπιπονωτέραν καὶ ἐπικινδυνωτέραν, ἀξιοῦν [6] ἢ πείσαντα ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πειθέντα [7] πρὸς φιλίαν ἀφιέναι· οὕτω γὰρ ἂν ἑπόμενοι ἂν φίλοι αὖτοί καὶ πρόθυμοι ἐποί-

cedere; quod fieri nequit. Sed has equidem nugas esse censeo: quin *potiùs* arbitror, *debere* homines idoneos unà cum Clearcho Cyrum convenire, qui de ipso quærant, quam ad rem nostrâ uti velit operâ: ac si res ejusmodi ferè sit, ad quam militum conductitiorum antehac usus est operâ, sequi nos etiam *debere existimo*, nec iis ignaviores esse, qui priùs iter hoc cum ipso susceperunt: sin res major quàm prior illa, graviorísque tum laboris tum periculi videatur, petant *oportet isti*, ut vel nos suam in sententiam pertractos *secum* ducat, vel ipse nostram in sententiam adductus in *regionem* pacatam *nos* dimittat; sic enim *fiet* ut sive sequamur ipsum, amicis & alacribus animis sequuturi si-

1 Ἐρωτᾶν &c.] Supple δεῖν. utì suprà notavimus p. 28. n. 1.

2 Πρᾶξις] Vide ad hanc vocem notata p. præced.

3 Ξένοις,] Varias vocis hujus significationes suprà jam adduximus p. 6.

4 Συναναβάντων.] Notionem simplici verbo subjiciendam, unde & hujus compositi sensum in promptu sit elicere, ineunte libro explicavimus.

5 Φαίνηται,] Hujus verbi vim expositam videre est K. Π. p. 6.

6 Ἀξιοῦν πείσαντα &c.] In MS. Eton. & editis quibusdam libris legitur, ἢ πείσαντας ἡμᾶς ἄγειν, ἢ πειθέντας πρὸς &c. At in veteribus aliis (utì testatur *Stephanus*) ea comparet lectio, quam, ab ipso Leunclavióque comprobatam, sequimur. Ait autem *Stephanus* se malle πειθέντας, sed præfixâ negativâ particulâ μή. Verùm ex lectione receptâ sensus satìs concinnus exoritur.

7 Πρὸς φιλίαν &c.] Dicitur ἐλλειπτικῶς pro πρὸς χώραν φιλίαν: quod substantivum suprà paulò p. 28. additur: ὅσις ὡς ἀφ' φιλίας τ χώρας ἀπαίξει. Eadem occurrit ellipsis Luc. I. 39, 65. XVII. 24. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ, ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τ ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει· ubi in τ ὑπ' οὐρανὸν, deest χώρας, ut in τὴν ὑπ' οὐρανὸν, χώραν. Vide sis Κύρ. Παιδ. pag. 16. not. 2.

μεθα, ἢ ἀπιόντες, ἀσφαλῶς ἂν ἀπίοιμεν· ὅ, τι δ' ἂν πρὸς ταῦτα λέγῃ, ἀπαγγεῖλαι δεῦρο· ἡμᾶς δ' ἀκούσαντας πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. Ἐδοξε δὲ ταῦτα·

Καὶ ἄνδρας ἑλομένους σὺν Κλεάρχῳ πέμπουσιν, οἳ ἠρώτων Κῦρον τὰ δόξαντα τῇ στρατιᾷ. Ὁ δ' ἀπεφαίνετο ὅτι ἀκούοι Ἀβροκόμαν, ἐχθρὸν ἄνδρα, ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ εἶναι, ἀπέχοντα δώδεκα σταθμούς· πρὸς τοῦτον οὖν ἔφη βούλεσθαι ἐλθεῖν· κἂν μὲν ᾖ ἐκεῖ, τοῦτῳ δίκην ἔφη χρῆναι ὑπασχεῖν ἀυτῷ· ἢν δὲ φεύγῃ, [1] ἡμεῖς ἐκεῖ πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα. Ἀκούσαντες ὦν ταῦτα οἱ αἱρετοὶ, ἀναγγέλλουσι τοῖς στρατιώταις· τοῖς ὦν ὑποψία μὲν ἦν, ὅτι ἄγοι πρὸς βασιλέα, ὅμως ὦν ἐδόκει ἕπεσθαι. [2] Προσαιτοῦσι ὦν μισθὸν ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι [3] δώσειν ἃ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ τρία ἡμι-

mus, ſive diſcedamus, tutò ſimus diſceſſuri: quidquid ad hæc dixerit, huc renuntient *legati*; nos verò ubi audîerimus, *noſtra* ad id conſilia adcommodemus. Hæc comprobata eſt ſententia:

Atque lectos *adeò* homines cum Clearcho mittunt, qui Cyrum de iis, quæ decreverat exercitus, interrogabant. Reſpondebat ille, audire ſe, hoſtem *ſuum*, Abrocomam ad fluvium Euphratem eſſe, & duodecim caſtrorum ſpatium abeſſe: adverſùs hunc utique velle ſe proficiſci aiebat; ac ſi quidem fuerit illìc, pœnas ei imponere ſe cupere: ſin fugam ceperit, nos illìc his de rebus conſultabimus. Hæc cùm audîſſent delecti illi, militibus renuntiant: his verò inerat ſuſpicio, *Cyrum* adverſùs regem ducere, *illum* ſequendum tamen decernebant. Cúmque mercedem poſcerent ampliorem, Cyrus ſe *ſtipendii*, quod priùs ferebant, ſeſ-

1 Ἡμεῖς ἐκεῖ &c.] De formæ hâc orationis mutatione lege notata p. 30. n. 2.

2 Προσαιτοῦσι] Verbi ſignificationem auget præpoſitio; nec immeritò: cùm ea, *Phavorino* interprete, interdum poſita ſit ἀντὶ τοῦ πλεῖον, πολυτίμητον. Eandem vim obtinet K. Π. p. 198. ὥστε καὶ προσοφείλοντές σι ἄλλας χάριτας &c.

3 Δώσειν ἃ &c.] Pro ἐκείνῳ μισθῷ, ὃν &c. quâ de ellipſi vide notata in *Addendis* ad K. Π. p. 2. l. 8.

δαρεικὰ [1] τῷ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ· ὅπι δ' ὅπι βασιλέα ἄγοι, ὅδ' ἐνταῦθ' ἥκουεν ὁδεὶς, [2] ἔν γε τῷ φανερῷ.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, ἐπὶ τὸν [3] Σάρον ποταμὸν, οὗ ἦν τὸ εὖρος πλέθρα τρία. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, ἐπὶ τὸν Πύραμον ποταμὸν, οὗ τὸ εὖρος στάδιον. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας πεντεκαίδεκα,

quiplum omnibus daturum pollicetur, *nimirum* pro darico tres dimidiatos daricos ſingulis in menſem militibus: quod autem *ipſos* adverſùs regem duceret, nè quidem ibi quiſquam, propalam ſaltem, audivit.

Hinc caſtris alteris, decem paraſangas, ad Sarum flumen pergit, cujus eſt trium plethorum latitudo. Indè caſtris unis, paraſangas quinque progreditur, ad Pyramum fluvium, cujus *æquat* latitudo ſtadium. Indè caſtris ſecundis, paraſangas quin-

1 Τῷ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ·] Duplex hìc ellipſis notanda venit: priori, in τῷ μηνὸς, adde ἀφὸ: poſteriori, in τῷ στρατιώτῃ, ἐκφέρῃ. *Ariſtoph.* in *Pluto* v. 98. ſimiliter ellipticè dixit,

Πολλῷ γὰρ αὐτὸς ἐχ ἑώρακα χρόνῳ.

quod ejuſdem Fabulæ v. 1046. plenè:

Ἔοικε γὰρ πολλῷ χρόνῳ σ' ἑωρακέναι.

*Ælian.* H. V. l. 9. c. 13. καθ' ἡμέραν pro καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Noſter infrà plenè: ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν μνᾶς &c.

2 Ἐνταῦθ' ἥκουεν — ἔν γε &c.] *Phavorinus*: Ἐνταῦθα, ἀντὶ χρονικοῦ ἐπιρρήματος τοῦ τότε. Vide quæ ex eodem Auctore hoc de adverbio adduximus p. 7. Cæterùm MS. Eton. dat ἐν τῷ τότε φανερῶς. Sed rectè ſe habet vulgata lectio; quæ ad Thucydidéam illam l. 2. haud ità longè ab initio, proximè accedit, ἐν τῷ ἐμφανεῖ, quam *Scholiaſta* exponit φανερῶς.

3 Ἐπὶ τὸν Σάρον] In editis libris, quos vidi, omnibus, legitur Φάρον: in MS. Eton. Ψάρον. Ipſe Σάρον, veterum Geographorum auctoritate nixus, reſtitui. *Ptolemæus* inter Cydnum & Pyramum eodem, quem Noſter ſequutus eſt, ordine, ponit Σάρον, l. 5. c. 8. *Strabo* l. 12. p. 809. Διὰ μὲν δὴ τῆς πόλεως ταύτης (cui *Comanæ* nomen inditum eſſe tradit) ὁ Σάρος ῥεῖ ποταμὸς, ἀφ' οὗ συναγκείων τοῦ Ταύρου διεκπραιῶται πρὸς τὰ τῆς Κιλίκων πεδία, καὶ τὸ ὑπερκείμενον πέλαγος. Proximo deinde loco Pyramum idem memorat. Sarum ponit etiam inter amnes Ciliciæ *Plinius* l. 5. c. 27. & *Stephanus* ad v. Ἀδανα, Noſtro Δάνα p. 17. Cujus de ſitu *Procopius* l. 5. *Ædific.* c. 5. Ἀδανα πόλις· ἧς δὴ ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ποταμὸς φέρεται, Σάρος ὄνομα, ἐκ τῶν ἐν Ἀρμενίοις ὀρῶν κομισθείς· &c. Ex dictandi more forſan, in libris manu exaratis, primò manavit error; cùm ex ſoni vicinitate librarii ψ pro σ ſcriberent: tandem autem ψ in φ obſcuro literarum diſcrimine decepti mutârunt, illorum qui deinceps verſârunt aut tranſcripſerunt exemplaria. Cæterùm, flumen illud *Pharum*, cujus in his terris, de quibus agitur, haud uſquam, opinor, fontes curſúmve reperire potuerint, editores Xenophontéi ſiccis (pro eximiâ ſcilicet eorum pernicitate) tranſiêre pedibus.

[1] εἰς Ισσοὺς, τ᾽ Κιλικίας ἐσχάτην πόλιν, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, [2] οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ενταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· καὶ Κύρῳ πρῆσαν ἐκ Πελοποννήσου νῆες τριάκοντα & πέντε, & ἐπὶ ταύταις ναύαρχος Πυθαγόρας Λακεδαιμόνιος. [3] Ηγεῖτο δ᾽ αὐτῶν Ταμὼς Αἰγύπτιος ἀπ᾽ Εφέσου, ἔχων ναῦς ἑτέρας Κύρου πέντε καὶ εἴκοσιν· αἷς ἐπολιόρκει Μίλητον, [4] ὅτι Τισσαφέρνῃ φίλη ἦν, & συνεπολέμει Κύρῳ τοῖς αὐτόν. Παρῆν δ᾽ & Χειρίσοφος ὁ Λακεδαιμόνιος ἐπὶ τ᾽ νεῶν, μετάπεμπτος ὑπὸ Κύρου, ἑπτακοσίους ἔχων ὁπλίτας, ὧν ἐστρατήγει τοῖς Κύρῳ. Αἱ δὲ νῆες ὧρμουν πρὸς τ᾽ Κύρου σκηνήν. Ενταῦθα & οἱ

decim progreditur, ad Iſſon, urbem Ciliciæ extremam, ad mare *ſitam*, frequentem incolis, amplam & opulentam. Hìc dies tres manſit; *quibus* ad Cyrum ex Peloponneſo triginta quinque venêre naves, quarum erat navarchus Pythagoras Lacedæmonius. Dux earum *indè uſque* ab Epheſo Tamos erat Ægyptius, qui naves *etiam* alias Cyri viginti quinque habebat; quibus Miletum obſederat, quòd *urbs ea* Tiſſapherni faverat, & adverſùs hunc cum Cyro bellum geſſerat. Aderat item *iis* in navibus Cheriſophus Lacedæmonius, à Cyro accerſitus, cum ſeptingentis gravis armaturæ militibus, quorum apud Cyrum dux erat. Ac naves *quidem* propter Cyri tentorium adpulerunt. Hoc loco etiam

1 Εἰς Ισσοὺς, τ᾽ &c.] Oppidum hoc cæteris ferè omnibus, Græcè ſcribentibus, Ισσὸς dictum: vide tamen quæ ſcripta ſunt p. 19. n. 6. necnon *Diſſertationem* operi præmiſſam. Cæterùm, locutioni, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, deeſt κειμένην, quod addit *Diodor. Sic.* l. 14. p. 251. Ε παρεκβολὴν ἐποιήσατο πρὸς πόλιν Ισσὸν, ἐπὶ θαλάττης μὲν κειμένην.

2 Οἰκουμένην, μεγάλην &c.] Hæc paſſim iterat eodem ferè modo, quo *Herodot.* nomina πολὺς καὶ μέγας: e. g. l. 4. c 109. — ἐπὶ λίμνην μεγάλην τε καὶ πολλὴν, καὶ &c. l. 7. c. 9. ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ καὶ μεγάλα, — & c. 18. ἐὸν ἤδη πολλά τε καὶ μεγάλα πιστώματα &c. l. 8. c. 144. πολλά τε δὴ καὶ μεγάλα ἐστὶ τοῖ &c. Quod autem, Xenophonte Auctore, πόλις iſta εὐδαίμων erat &c. id verò negant *Strabo* & *Mela*: quâ de ſummos inter homines diſſenſione agimus in *Diſſertatione* modò adpellatâ.

3 Ηγεῖτο δ᾽ αὐτῶν &c.] Lege *Diodor. Sic.* l. 14. p. 250.

4 Φίλη ἦν, καὶ συνεπολέμει] Quæ hìc copulantur verba, ſibi diverſa vindicant nomina: prius ſcil. ἦν reſpicit Μίλητον, poſterius Ταμὼς: perinde atque apud Lucam IX. 39. καὶ ἐξαίφνης κράζει, καὶ σπαράσσει αὐτὸν, illud ad puerum, hoc ad dæmonium refertur.

πρὸ Αβροκόμα μισθοφόροι Ελληνες ἀποσάντες ἦλθον πρὸς Κῦρον, τετρακόσιοι ὁπλῖται, καὶ συνεστρατεύοντο ἐπὶ βασιλέα.

Εντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας πέντε, [1]ἐπὶ πύλας τῆς Κιλικίας καὶ τῆς Συρίας. Ησαν δὲ ταῦτα δύο τείχη· ὧν τὸ μὲν ἔσωθεν, πρὸ τῆς Κιλικίας, Συέννεσις εἶχε καὶ Κιλίκων φυλακή· τὸ δ' ἔξω, τὸ πρὸ τῆς Συρίας, βασιλέως ἐλέγετο φυλακὴ φυλάττειν. Διὰ μέσου δὲ τούτων ῥεῖ ποταμὸς, [2]Κέρσος ὄνομα, εὖρος πλέθρου. Απαν δὲ τὸ μέσον τοῦ τειχῶν, ἧς σάδιοι τρεῖς· καὶ παρελθεῖν οὐκ ἦν βίᾳ· [3]ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενὴ, καὶ τὰ τείχη εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὕπεθεν δὲ ἦσαν [4]πέτραι ἠλίβατοι· ἐπὶ δὲ τοῖς τεί-

stipendiarii Græci, quadringenti gravis armaturæ, qui apud Abrocomam *militârant*, ad Cyrum transierunt, & unà *cum eo* in expeditionem adversùs regem profecti sunt.

Hinc castris unis, parasangas quinque progreditur, ad portas Ciliciæ Syriæque. Erant hæ duo castella; ac *horum* quidem citerius, in Ciliciam obversum, Syennesis & Cilicum præsidium tenebat; ulterius, in Syriam obversum, dicebatur regis præsidium custodire. Medio inter hoc loco fluit amnis, *cui* nomen Cersus, latitudine plethri. Totum verò *spatium* inter castella medium, trium erat stadiorum; nec id vi transire licebat: nam transitus angustus erat, ac muri ad mare pertinebant, saxáque desuper erant inaccessa: juxta verò castellum

1 Επὶ πύλας τῆς &c.] Sunt hæ inferiores maritimæque *pylæ*, ab Amanicis sive superioribus diversæ, de quibus plura in *Dissertatione Geograph.*

2 Κέρσος — εὖρος πλέθρου.] MS. Eton. εὖρος ἦν πλέθρου: cùm autem neque aliis in libris compareat ἦν, & alibi passim supprimi soleat, omittendum hìc quoque censuimus. Editio *Stephan.* exhibet πλέθρον: quæ ut ut defendi possit lectio, tamen sæpiùs genitivo utitur Xenophon. Sic paulò pòst — ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος πλέθρου. &, ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ Μαιάνδρου ποταμοῦ, ὃ τὸ εὖρος πλέθρου. De flumine isto videndum in *Dissertatione* prædictâ.

3 Ην γὰρ ἡ πάροδος στενὴ &c.] *Diodorus Sic.* simili modo aditus illos in Ciliciam, suprà p. 18. memoratos, describit l. 14. p. 250. αὕτη δ' (sc. τῆς Κιλικίας εἴσοδος) ἐστὶ στενὴ καὶ παρόχρημα, ἐπὶ σταδίους μὲν εἴκοσι παρατείνουσα· πλησίον δ' αὐτῆς ἐστιν ἐξ ἀμφοτέρων καθ' ὑπερβολὴν ὄρη μεγάλα καὶ δυσπρόσιτα· ἀπὸ δὲ τῶν ὀρῶν ἐξ ἑκατέρας μέρους τείχη κατατείνει μέχρι τῆς θαλάττης καθ' ἣν σφηκοδόμηνται πύλαι.

4 Πέτραι ἠλίβατοι.] Elucet in his ingenii vigor, simplex ultra dicendi genus adsurgens. Vide sis quæ de stilo Xenophonteo dicta sunt *Dissert.* I. K. Π. præmissæ p. 10.

χεσιν ἀμφοτέρωθι ἐφεισήκει πύλαι. Ταύτης ἕνεκα τῆς πρόοδου Κῦρος τὰς ναῦς μετεπέμψατο, ὅπως ὁπλίτας ἀποβιβάσειεν εἴσω τε ἔξω τῶν πυλῶν, καὶ βιασάμενοι τοὺς πολεμίους παρέλθοιεν, [1] εἰ φυλάττοιεν ἔτι ταῖς Συρίαις πύλαις· ὅπερ ᾤετο ποιήσειν τὴν Ἀβροκόμαν ὁ Κῦρος, ἔχοντα πολὺ στράτευμα. Ἀβροκόμας δ' [2] οὐ τοῦτο ἐποιήσατο, ἀλλ' ἐπεὶ ἤκουε Κῦρον, ἐν Κιλικίᾳ ὄντα, ἀναστρέψας ἐκ Φοινίκης πρὸς βασιλέα ἀπήλαυνεν, ἔχων, ὡς ἐλέγετο, [3] τριάκοντα μυριάδας στρατιᾶς.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ Συρίας σταθμοὺς ἕνα, παρασάγγας πέντε, εἰς Μυριάνδρου, πόλιν οἰκουμένην ὑπὸ Φοινίκων, [4] ἐν τῇ θαλάττῃ· ἐμπόριον δ' ἦν τὸ χωρίον, καὶ ὥρμουν αὐ-

utrumque portæ adstitêrunt *illæ*. Hujusce causâ transitûs naves Cyrus accersivit, quò gravis armaturæ milites citra portas ultráque trajiceret, atque *ii*, hostibus vi submotis, transire possent, si *qui fortè* ad portas Syriacas præsidium agitarent; quod quidem Abrocomam, qui magnas haberet copias, facturum existimabat Cyrus. At hoc non fecit Abrocomas, sed quòd Cyrum in Ciliciâ esse audîerat, relictâ Phœniciâ ad regem, cum trecentis, utì ferebatur, hominum millibus perrexit.

Indè per Syriam unis castris, parasangas quinque progreditur, ad Myriandrum, urbem à Phœnicibus habitatam, prope mare *sitam*: locus autem emporium erat, atque illic multæ naves one-

1 Εἰ φυλάττοιεν ἔτι &c.] Quippe suprà paulò p. 35. dixerat, — τὸ μὲν τῆς Συρίας (sc. τεῖχος) βασιλέως ἐλέγετο φυλακὴ φυλάττειν.

2 Ἐποιήσατο,] MS. Eton. ἐποίησεν, haud ità accuratè: nam verba ποιεῖν & ποιεῖσθαι non temerè poni confundîve solent veteres apud scriptores; cùm prius ad *alterum* plerumque referatur, non ad *ipsum* (ut ità dicam) *facientem*: at posterius, ad *ipsum facientem*. Quare vox media rectè hoc loco significat, *sibi sive commodo suo facere*.

3 Τριάκοντα μυριάδας] Ità MS. Eton. atque libri typis impressi. At *Amasæus* legit τριῖς μυριάδας.

4 Ἐν τῇ θαλάττῃ] MS. Eton. ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, utì suprà p. 34. de Isso legitur. Sed, ut nè memorem præpositiones istas haud rarò invicem esse permutatas, si quid inter eas ponendum fuerit discriminis, τὸ certè potiori jure locum hunc sibi vindicare videatur; cùm urbs illa τῷ Ἰωνικῷ κόλπῳ, utì *Agathem.* l. 1. c. 4. sita sit. Hìc itidem ἐκλείπει partic. χειμῶνι, de quo suprà p. 34. not. 1.

τότε ὀλιγάδες πολλαί. Ἐνταῦθ' ἔμειναν ἡμέρας ἑπτά· [1] καὶ Ξενίας ὁ Ἀρκὰς στρατηγὸς, καὶ Πασίων ὁ Μεγαρεὺς, ἐμβάντες εἰς πλοῖον, & τὰ πλείστου ἄξια ἐνθέμενοι, ἀπέπλευσαν, ὡς μέντοι πλείστοις [2] ἐδόκει, φιλοτιμηθέντες ὅτι τοὺς στρατιώτας αὐτῶν παρὰ Κλέαρχον ἀπελθόντας, ὡς ἀπιόντας εἰς τὴν Ἑλλάδα πάλιν, καὶ ὁ πρὸς βασιλέα, εἶα Κῦρος τὸν Κλέαρχον ἔχειν. Ἐπεὶ δ' οὖν [3] ἦσαν ἀφανεῖς, [4] διῆλθεν ὁ λόγος, ὅτι διώκοι αὐτοὺς Κῦρος [5] τριήρεσι· καὶ οἱ μὲν εὔχοντο

Pag. 25. 1.

rariæ ſtationem habebant. Hìc dies ſeptem manſit: & Xenias dux ille Arcadicus cum Paſione Megarenſi, conſcenſâ navi, & *in eam* maximi pretii rebus impoſitis, ſolverunt; æmulatione ducti, quemadmodùm pleriſque videbatur, quòd milites ſuos, qui ad Clearchum ſe contulerant, quaſi qui *jam* eſſent in Græciam redituri, ac non adverſùs regem perrecturi, Clearchum habere ſinebat Cyrus. Itaque cùm ex conſpectu ſe ſubduxiſſent, inceſſit rumor, Cyrum eos triremibus perſequuturum: & nonnulli quidem optabant

1 Καὶ Ξενίας ὁ &c.] Vide ſuprà p. 25.

2 Ἐδόκει, φιλοτιμηθέντες &c.] *Muretus* legit — ἐδόκει, φίλοις ζηλωθέντες: ſed minimè rejicienda videtur lectio vulgata; cùm φιλοτιμεῖσθαι, ut *æmulari*, tam in malam, quàm in bonam partem accipiatur. *Æmulatio autem* (verba ſunt *Cicer.* Tuſcul. Diſput. l. 4. c. 8.) *dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude, & in vitio nomen hoc ſit: nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur — & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo, quod concupîerit, alius potiatur, ipſe careat.* Itaque rectè, opinor, dicit Noſter, homines iſtos præ ægritudine ex ingratâ ſuorum apud Clearchum commoratione ſuſceptâ, φιλοτιμηθέντας Cyrum deſeruiſſe.

3 Ἦσαν ἀφανεῖς,] Locutio huic omnino ſimilis occurrit Luc. XXIV. 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Unde falsò à Pontificiis colligitur, Chriſtum corpus ſuum ibi tum planè inviſibile reddidiſſe. Turpiſſimum autem ſive malitiæ ſive inſcitiæ ſpecimen edunt fidei quidam Chriſtianæ oppugnatores, qui ſomniant innuúntque ſubinde, ſpectrum neſcio quod induxiſſe Lucam, non de vero Chriſti corpore loquutum eſſe. Quamobrem enim Xenias & Paſion ἀφανεῖς tandem eſſe dicuntur? Ideò certè, quòd uſque eò diſceſſerant, ut (non oculos prorſùs fallerent, ſed) à Cyro ſuíſque non ampliùs cernerentur. Similiter Chriſtum Evangeliſta dicit ἄφαντον γενέσθαι, (non reſpectu ſui, quaſi talis jam factus eſſet, ut cerni non poſſet, ſed) reſpectu diſcipulorum, quod ἀπ' αὐτῶν, ubi è loco, in quo verſabantur, ſe ſubduxiſſet, cerni deſineret. Quidquid enim cernere deſinimus, etiamſi tale non ſit, ut cerni nequeat, ἄφαντον rectè vocatur.

4 Διῆλθεν ὁ λόγος] Ipſâ phraſi utitur Lucas c. 5. v. 15. Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος &c.

5 Τριήρεσι·] Supple, ναυσί. quod nomen paſſim etiam deeſt in διήρης, πεντήρης, ἑξήρης &c. quam ellipſin imitatos eſſe Latinos nemo literis imbutus ignorat.

ὡς δολίους ὄντας αὐτοὺς ληφθῆναι· οἱ δ' [1] ὤχτειρον εἰ ἁλώσοιντο.

Κῦρος δὲ συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς, εἶπεν, [2] "Ἀπολελοίπασιν "ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων· ἀλλ' εὖ γε μέντοι ἐπισάσθωσαν, ὅτι οὐδὲ "[3] ἀποδεδράκασιν, (οἶδα γὰρ ὅπη οἴχονται) οὔτε ἀποπεφύγασιν, "ἔχω γὰρ τριήρεις, ὥστε ἑλεῖν τὰ ἐκείνων πλοῖον. Αλλὰ μὰ τοὺς "θεοὺς οὐκ ἔγωγε αὐτοὺς διώξω· οὐδὲ ἐρεῖ οὐδεὶς ὡς ἐγὼ, ἕως μὲν ἂν "πάρῃ [4] τις, χρῶμαι· ἐπειδὰν δὲ ἀπέναι βέλτιον, συλλαβὼν

ut, quia fraude malâ egissent, caperentur; alii *eorum sortem* miserari, si caperentur, parati fuerint.

Cyrus autem, convocatis ducibus, ait: "Deseruêre nos Xe- "nias & Pasion; verùm certò sciant, nec clam se aufugisse, (novi "enim quò abeunt) nec effugisse; nam triremes habeo, atque "adeò ipsorum capere *possum* navigium. Sed ipsos ego profectò "non persequar; neque quisquam dicturus est, me aliquorum uti, "dum adsint, operâ; posteaquàm abire voluerint, comprehen-

1 Οἱ δ' ὤχτειρον εἰ ἁλώσοιντο.] Hæc *Amasæus* non sine verborum ambage sic vertit: *alii nè caperentur timentes, eorum vicem dolebant.* Haud longè aliter *Leunclavius* expositi: *alii, nè caperentur, ex commiseratione metuebant.* Est sanè locutio minùs consueta; quippe quæ rem seu affectum animi, à conditione incertâ pendentem, tanquam jam perceptum exprimat. Existimaverim equidem post ὤχτειρον subintelligendam esse particulam ἄν, quæ voluntatis ei sensum cum futuri significatione largiri possit. Loca, in quibus eadem desideratur particula, quo futuri pariter significationem verbum induat sive participium suppeditant *Demosth.* Olyn. 1. ῥᾴονι δὲ πολὺ ταπεινοτέρᾳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. ubi ἄν in ed. Franc. 1604. p. 2. ante ἐχρώμεθα tandem reponitur. Xen. Κ.Π. l. 6. p. 439 ἄλλως δ' μισθῶν), ὡς ἄμεινον μαχομένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοί· ubi μαχομένους legitur pro μαχομένους ἄν, vel μαχουμένους.

2 Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς &c.] Monet *Stephanus*, esse qui interrogativè legenda hæc putent: Ἀπολελοίπασιν ἡμᾶς Ξενίας καὶ Πασίων;

3 Ἀποδεδράκασιν. &c.] Appositè *Ammonius*: Ἀποδράναι καὶ Ἀποφύγειν διαφέρει. Ἀποδράναι μὲν γὰρ, τὸ ἀναχωρήσαντά τινα ἔνδηλον εἶναι ὅπου ἐστὶν· Ἀποφύγειν δὲ, τὸ μὴ δυνάσθαι ἐπιληφθῆναι. Λέγει δὲ Ξενοφῶν τὴν διαφορὰν ἐν τῇ Ἀναβάσει, Οὔτε ἀποδεδράκασιν· (οἶδα γὰρ ὅπου ἔχονται) ὅτι ἀποφύγουσιν. Repone, ὅπῃ (vel ὅποι) οἴχονται, & ἀπιπεφύγασιν. *Phavorinus*: Ἀποδράναι ἐστὶ, τὸ ἀναχωρήσαντά τινα ἔνδηλον εἶναι, ὅπου ἐστὶν· Ἀποφύγειν, τὸ ἀναχωρήσαντά τινα, μὴ δυνάσθαι ὅπου ἐστὶν ἐπιληφθῆναι.

4 Τις, χρῶμαι —— ἐπειδὰν &c.] Xenophontem scripsisse αὐτὸν, vel αὐτοὺς subjunxisse, quasi παρῇ τις sint ἐσσύμενοι vocibus παρῶσι τινὲς, censet *Stephanus*. Nullâ certè mutatione opus est: nam licèt συλλοιχθεύω ista se habeat structura, tamen ἀσυλλοικίστως, Atticorum utique more, adhibetur. Similiter numerus numero non redditur apud *Sophocl.* in *Antig.* v. 718. & seq.

Οστις γὰρ αὐτὸς ἔν φρονεῖν μόνος δοκεῖ,

H

"καὶ αὐτὰς κακῶς ποιῶ, καὶ τὰ χρήματα ἀποσυλῶ. Αλλὰ
"Ἰόντων ἂν, εἰδότες ὅτι κακίους εἰσὶ σφὶ ἡμᾶς, ἢ ἡμεῖς σφὶ
"ἐκείνας. Καί τοι ἔχω γε αὐτῶν καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, ἐν
"Τράλλεσι φρουρούμενα· ἀλλ' οὐδὲ τούτων στερήσονται· ἀλλ'
"ἀπολήψονται, τί σφίσιν ἕνεκα σφὶ ἐμὲ ἀρετῆς." Καὶ ὁ μὲν
ταῦτα εἶπεν· οἱ δ' Ελληνες, εἴ τις καὶ ἀθυμότερος ἦν πρὸς τὴν
ἀνάβασιν, ἀκούσαντες τὴν Κύρου ἀρετὴν, ἥδιον ἢ προθυμότερον
συνεπορεύοντο.

Μετὰ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμὸν τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν, ὄντα τὸ εὖρος πλέθρου,

"sos eos & lædere, & fortunas *eorum* ſpoliando adimere. Ab-
"eant verò, ac ſe ſciant iniquiores in nos, quàm nos in ipſos eſſe.
"Atqui ipſorum equidem & liberos & uxores Trallibus præſidio
"ſeptos habeo: verùm nè his quidem erunt orbati; ſed propter
"virtutem erga me priſtinam recipient." Et hæc ille quidem
dixit: at Græci, ſi quis *eorum* erat animo minùs etiam ad expe-
ditionem alacri, perſpectâ ex iis quæ audiverant virtute Cyri, li-
bentiùs & alacriùs cum eo proficiſcebantur.

Poſt hæc Cyrus caſtris quartis, paraſangas vìginti progredi-
tur, ad Chalum fluvium, plethrum latitudine æquantem; mag-

Ηγλῶσσαν, ἣν ἐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν, ἔχειν,
Οὗτοι ἁλόντες, ᾤφθησαν κενοί.

Ad quem locum *Scholiaſtes* hæc tantùm: μετέσχη ἀπὸ ἐνικοῦ ἀριθμοῦ τῆς ὄσις, ἐς πληθυντικὸν τὸ ἔτοι. Idem in *Ajac.* v. 736. & ſeq.

——— κῤῥῦτις ἐσθ' ὃς δὴ
Τὸν τῆδε μηνύτορ' κἀπιῤῥελῆτ' ἐρατῆς
ξυνάορον ἀπηκάλεντις,—

ubi *Schol.* Αττικὸν ἔθος, τὸ ἐπιφέρειν ἐνικοῖς πληθυντικὰ, ἐξ ἀνάπαλιν· ὡς καὶ νῦν, Οὗτις ἐσθ' ὃς ἐχὶ ἔλεγε σύναορον αὐτὸν ἀπηκαλεῦντις. Quinetiam Noſter, eâdem de re verba faciens, à ſingulari ad pluralem tranſit, à plurali ad ſingularem mox rediturus, Κ. Π. p. 94. & ſeq. Πρὸς δ' αὖ τὰ λεχθὼ, ὅτι μὲν σὺ σκότῳ νέμεται, πλεῖω δ' ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κωφὰς ἔτεφις, ἢ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνεύρισκον. Οτι δὲ ταχὺ ἔφυγεν, ἐπεὶ εὐρυθεία, ἄλλας κωφὰς εἶχες ἐπιτεταθυμμένας ποσὶ τὸ κατὰ πόδας αἴρειν. Εἰ δὲ ἐξ ταὐτὸς ἀποφύγοιεν, &c. Conf. Κ. Π. p.7. ἢν δέ τις &c. 1 Tim. II. 15. & Galat. VI. 1.

1 Ἰόντων ἄν,] Pro quibus, teſte *Stephano*, legitur *ἴεσαν*. imperitè, opinor. Nam verbum illud more Attico deſinit. Similiter apud *Thucyd.* l. 8. haud longè ab initio, ponitur *κωλυόντων* pro *κωλυέτωσαν*, apud *Sophocl.* in *Aj.* v. 672. *σωζόντων* pro *σωζέτωσαν*. Fatetur autem *Stephanus ἰόντων* non malè ſcribi; ſed ἂν malè ſubjungi exiſtimat. Sed quamvìs hæc aliàs ſæpè abundet particula, hìc tamen ea adeò non vel delenda vel ſupervacanea videtur, ut vim verbo potentialem cum indignatione quâdam conjunctam, me quidem judice, conciliet.

[1] πλήρη δ' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τὰς περιστεράς. Αἱ δὲ κῶμαι, ἐν αἷς ἐσκήνουν, Παρυσάτιδος ἦσαν, [2] εἰς ζώνιον δεδομέναι. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα, ἐπὶ τὰς πηγὰς τοῦ Δαραδάκου ποταμοῦ, οὗ τὸ εὖρος πλέθρου. Ἐνταῦθα ἦσαν τὰ Βελέσιος βασίλεια, τοῦ Συρίας ἄρξαντος, καὶ παράδεισος πάνυ μέγας καὶ καλός, ἔχων πάντα, ὅσα

nis manſuetíſque piſcibus refertum, quos Syri deos exiſtimabant, neque ut *quiſquam* læderet *eos* ſinebant, neque columbas. Vici autem, in quibus caſtra metabantur, Paryſatidis erant, in cingulum donati. Hinc caſtris quintis, paraſangas triginta, ad Daradacis fluvii fontes pergit, cujus erat *unius* plethri latitudo. Hìc Beleſis erat regia, qui Syriæ cum imperio præfuerat, & magnus admodùm elegánſque hortus, omnia qui continebat, quæcunque

1 Πλήρη δ' ἰχθύων — οὓς &c.] Syros piſcibus columbíſque tanquam ſacris abſtinuiſſe, ex multiplici vetérum teſtimonio conſtat. *Lucianus* de *Deâ Syriâ*, p. 1061. Ἰχθύας χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ ἔκοτε ἰχθύων ψαύουσι· καὶ ὄρνιθας τὰς μὲν ἄλλας σιτέονται, περιστερὴν δὲ μούνην οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι ἥδε ἱρή. Τὰ δὲ γιγνόμενα δοκέει αὐτοῖς ποιέειν] Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα· τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὰ μορφὴν ἰχθύος ἔχει. τὸ δὲ, ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὰν ἀπίκετο. *Clemens Alexand.* in Προτρεπ. p. 35. ed. Oxon. Οὐδέ γε τῶν πρὸ Φοινίκων Σύρων κατοικούντων, (ἐκλήσομαι) ὧν οἱ μὲν τὰς περιστερὰς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς ἔτι σέβουσι περιττῶς, ὡς Ηλείοι τὸν Δία. Vide ſis etiam *Diodor. Sic.* l. 2. p. 207. *Philon.* apud *Euſeb.* l. 8. *Præpar. Evangel.* prope finem: *Hyginum* fab. 197. *Phurnutum* in capite de *Rheâ*. *Sextum Empir.* l. 3. c. 24. *Pyrrhon. Hypotyp.* Pharis etiam piſces, qui ſacri habebantur, extitiſſe teſtatur *Pauſanias* in *Achaïc* p. 579. edit. Lipſ.

2 Εἰς ζώνην δεδομένα] Hactenus legebatur, εἰς ζωὴν δεδομένα, i. e. ad *vitæ ſumptus adtributi*. Ego verò haud cunctanter amplexus ſum emendationem, quam ſubacta *Mureti* & *Jungermanni* pepererunt ingenia. Notus quippe mos Perſicorum regum, *plures* (Ciceronis l. 3. in *Verrem* c. 23. ſunt verba) *uxores habere: his autem uxoribus civitates adtribuere, hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.* Hujus moris meminit & Plato in *Alcib.* 1. p. 123. Ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, τῶν ἀποδεδεγμένων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδὸν, ἣν καλεῖν τὴς ἐπιχωρίους ζώνην τῆ βασιλέως γυναικός. *Herodotus* lib. 2. c. 98. Τετέων δὲ ἡ μὲν Ανθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τῆ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῆ γυναικί. Τοῦτο δὲ γίνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐστὶ Αἴγυπτος. Eundem illuſtrant morem quæ de *Themiſtocle*, ſub finem vitæ, tradit *C. Nepos*: *Domicilium Magneſiæ ſibi conſtituit. Namque hanc urbem ei rex* (Artaxerxes) *donaverat, his ipſius verbis: quæ ei panem præberet — Lampſacum, unde vinum ſumeret: Myuntem, ex quâ obſonium haberet.* Nec aliter *Athenæus* Δειπν. l. 1. c. 23. Θεμιστοκλῆς ὑπὸ βασιλέως ἔλαβεν δωρεὰν τὴν Λάμψακον εἰς οἶνον, Μαγνησίαν δ' εἰς ἄρτον, Μυοῦντα δ' εἰς ὄψον, Περικώπτω δὲ τὴν τῶν Παλαισκήψιν εἰς ῥωμὴν καὶ ἱματισμόν.

[1] ὥραν φύσει. [2] Κῦρος δ᾽ αὐτὸν ἐξέκοψε, καὶ τὰ βασίλεια κατέκαυσεν. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ποταμόν, ὄντα τὸ εὖρος τετράρων σταδίων. Ἡ πόλις αὐτόθι ᾠκεῖτο, μεγάλη καὶ εὐδαίμων, Θάψακος ὄνομα. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας πέντε· καὶ Κῦρος μεταπεμψάμενος τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἔλεγεν ὅτι ἡ [3] ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν, εἰς Βαβυλῶνα· καὶ κελεύει αὐτοὺς λέγειν ταῦτα τοῖς στρατιώταις, καὶ ἀναπείθειν ἕπεσθαι. Οἱ δὲ ποιήσαντες ἐκκλησίαν, ἀπήγγελλον ταῦτα· οἱ δὲ στρατιῶται ἐχαλέπαινον τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἔφασαν αὐτοὺς πάλαι ταῦτα εἰδότας κρύπτειν· καὶ οὐκ ἔφασαν ἰέναι, ἂν μή τις αὐτοῖς χρήματα διδῷ, ὥσπερ καὶ [4] τοῖς πρότερον μετὰ Κύρου ἀναβᾶσι πρὸς τὸν πατέρα τοῦ

*anni* tempora proferunt: hunc Cyrus excîdit, & regiam concremavit. Indè caſtris tertiis, paraſangas quindecim, ad Euphratem fluvium, cujus erat quatuor ſtadiorum latitudo, procedit: atque ibi urbs culta erat, locuples & ampla, nomine Thapſacus. Hìc dies quinque morati ſunt: & Cyrus arceſſitis Græcorum ducibus, iter *ipſis* fore adverſùm magnum regem, ad Babylonem, aiebat; eóſque militibus hæc dicere, atque utì ſequerentur, perſuadere jubet. Illi, concione advocatâ, hæc renuntiabant: ac milites ducibus ſuccenſebant, & aiebant hæc ipſos dudum perſpecta habuiſſe atque occultâſſe; negabántque *adeò* progreſſuros ſe, niſi quis ipſis pecuniam dederit, quemadmodùm Græcis *data fuiſſet* illis, qui cum Cyro priùs ad patrem ejus iter

1 Ὥρην] Scil. ἴτυς. *Mœris Attic.* Ὥρα ἴτυς Ἀττικῶς· καιρὸς ἴτυς, Ἑλληνικῶς. *Phavorinus*: Ὥρα, ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἴτυς τῶν τεσσάρων τμημάτων τοῦ χρόνου, οἷον ἔαρος, θέρους, καὶ τῶν λοιπῶν.

2 Κῦρος δ᾽ αὐτὸν ἐξέκοψε,] Vide quæ paulò ſuprà diximus p. 30. n. 4.

3 Ὁδὸς &c.] Metonymicè pro ipſâ ſumitur *profectione*. Similiter apud *Ælian.* H. V. l. 14. c. 33. — αἰνιττόμενος (*ſcil.* Diogenes) αὐτῷ (Platonis) τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν. Conf. Matt. X. 10. Marc. II. 23. VI. 8. Luc. II. 44. & alibi paſſim. Cæterùm de nomine μίσθος regi iſti tributo vide dicta p. 10. n. 4.

4 Τοῖς πρότερον μετὰ &c.] Lege p. 2. & de nomine proprio, in eodem ſententiæ membro bis poſito, p. 28. n. 3.

Κύρε· ἢ ταῦτα, ὃκ ἐπὶ μάχην ἰόντων, ἀλλὰ καλοῦντος τὸ πατρὸς Κῦρον. [1] Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον· ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε [2] ἀργυρέους μνᾶς, ἐπὰν εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι, καὶ τὸν μισθὸν ἐντελῆ, μέχρις ἂν καταστήσῃ [3] τοὺς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν. Τὸ μὲν δὴ [4] πολὺ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἔτως ἐπείθη. Μένων δ', εἰν δῆλον εἰ τί ποιήσουσιν οἱ ἄλλοι στρατιῶται, πότερον ἕψονται Κύρῳ, ἢ ὃ, συνέλεξε τὸ αὑτοῦ στράτευμα χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ ἔλεξε τάδε·

"Ανδρες, ἐὰν ἐμοὶ πειθῆτε, ἄτε κινδυνεύσαντες, ἄτε πο-
"νήσαντες, τῶν ἄλλων πλέον ὠφεληθήσεσθε στρατιωτῶν ὑπὸ

fecerant: præſertim, cùm ad pugnam *illi* non exîſſent, ſed patre Cyrum arceſſente. Hæc *Cyro* renuntiant duces: atque ille cuique ſe militi daturum minas argenti quinque pollicitus eſt, ubi *primum* Babylonem veniſſent, & ſtipendium integrum *tamdiu*, donec Græcos rurſùs in Ioniam reduxiſſet. Et hâc quidem ratione bona exercitûs Græci pars, *ut ſequeretur*, erat adducta. At Menon, priuſquàm conſtaret quid milites cæteri facturi eſſent, ſequuturíne Cyrum, an non, copias ſuas ſeorſum à cæteris coëgit, & hanc orationem habuit:

"Si mihi parueritis, milites, ſine periculo, ſine labore *veſtro*
"majorem, quàm cæteri milites, honorem à Cyro conſeque-

1 Ταῦτα οἱ στρατηγοὶ ἀπήγγελλον·] Deſunt hæc omnia in edit. *Ald.* At MS. Eton. poſt στρατηγοὶ exhibet etiam Κύρῳ. Nos editiones *Stephan.* & *Leunclav.* ſequuti ſumus.

2 Ἀργυρέους μνᾶς,] Adi *Indic.* vocabul. ad menſuras &c. ſpectantium.

3 Τοὺς Ἕλληνας εἰς Ἰωνίαν πάλιν·] In hanc utique regionem, urbibus duodecim (de quibus Noſter ſuprà p. 4.) diſtinctam, deducta fuerat ab Androclo Græcorum colonia, auctore *Strabone* ſub init. l. 14.

4 Πολὺ τοῦ Ἑλληνικοῦ] Plenè ſcripſeris, τὸ μὲν δὴ πολὺ μέρος τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος. Vocem ultimam addit Noſter p. 7. & alibi ſæpé. Vide ſis etiam p. 8. n. 1. Illud autem μέρος paſſim elegantiæ gratiâ ſolet omitti. *Homer.* Il. IX. v. 612.

Ἴσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἡμίσου μείρεο τιμῆς.

Luc. XI. 39. Νῦν ὑμεῖς οἱ Φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καθαρίζετε &c. *ſcil.* μέρος. Sed exemplis parci, ut in re minimè obſcurâ, commodum eſt. Cæterùm emphaſin quandam ab articulo τὸ in adject. πολὺ derivatam haud temerè quiſquam, modò nè ſit οὐκ τῶν πολλῶν, opinor, negaverit: adeò ut Noſter adhibuiſſe dicatur τὸ πολὺ *ſcil.* στράτευμα, eodem ferè modo, quo *Salluſtius*, exercitum plerumque, *Jugurt.* c. 54.

"Κύρε. Τί οὖν κελεύω ποιῆσαι; Νῦν δεῖται Κύρῳ ἕπεσθαι
"τὼς Ἕλληνας ὅπη βασιλέα· ἐγὼ ἕν φημὶ ἡμᾶς χρῆναι
"διαβῆναι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, πρὶν δῆλον εἶναι, ὅ, τι οἱ
"ἄλλοι Ἕλληνες ἀποκρινοῦνται Κύρῳ. Ἢν μὲν γὰρ ψηφίσων-
"ται ἕπεσθαι, ὑμεῖς δόξετε αἴτιοι εἶναι, ἄρξαντες τοῦ διαβαίνειν,
"ἢ ὡς προθυμοτάτοις ὑμῖν ἔσται χάριν εἰδέναι Κῦρος, καὶ ἀποδώ-
"σει· (ἐπίσταται δ' εἴ τις καὶ ἄλλος) ἢν δ' ἀποψηφίσωνται οἱ ἄλλοι,
"[1] ἄπιμεν μὲν πάντες εἰς τὰ ὄπισθεν· ὑμῖν δ' ὡς μόνοις πει-
"θομένοις, πιστοτάτοις χρήσεται καὶ εἰς φρούρια καὶ εἰς λο-
"χαγίας· καὶ ἄλλου ὅτου ἂν δέησθε, οἶδα ὅτι ὡς [2] φίλου
"τεύξεσθε Κύρου." Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο, καὶ διέβη

"mini. Quid ergo faciendum cenſeo? Rogat nunc Cyrus, ut
"adverſùs regem *ſe* Græci ſequantur: ego verò debere nos aio
"Euphratem fluvium trajicere, priuſquàm quid reliqui Græci
"Cyro reſponſuri ſint, conſtet. Nam ſi ſequendum eſſe decre-
"verint, vos *totius rei* auctores exſtitiſſe videbimini, à quibus
"trajiciendi factum fuerit initium; atque *adeò* gratiam vobis, ut
"*gratificandi ſibi* ſtudioſiſſimis, habebit Cyrus, ac referet: (*quod*
"*quidem*, ſi quiſquam alius, *ipſe certè facere* novit) ſin cæteri ſe-
"cùs ſtatuerint, univerſi quidem *domum* revertemur; at vobis,
"ut qui ſoli dicto ſitis audientes, *tanquam* fidiſſimis utetur & ad
"præſidia & ad præfecturas cohortium; ac quidquid aliud *fue-*
"*rit*, *quod* requiretis, ſcio vos ab Cyro, ut *vobis* amico, impe-
"traturos." Hæc cùm illi audiſſent, obtemperabant, ac prius,

1 Ἄπιμεν] Verbum εἶμι potiſſimùm, cum ſuo compoſitorum comitatu, ex iis eſſe, in quibus præſentis temporis pro futuro uſus conſpicitur, rectè notavit *H. Stephanus* in appendice ad Scripta de Dial. Attic. p. 138. Vide ſcripta K. Π. p. 220. n. 2.

2 Φίλου] Ante nomen hoc omiſſa videtur præpoſitio ὑπὸ: quam Scriptores haud rarò uſurpant ellipſin. *Ariſtoph.* νεφ. v. 1083.

Τί δῆτ' ἐρεῖς, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ;

Ubi *Scholiaſta* ſic: δύο σοφίσται ἐλλείψεις· ἀντὶ τοῦ, ἐς τοῦτο νικηθῇς ὑπ' ἐμοῦ. *Homer.* Il. β'. v. 415.

—— πρῆσσον δὲ πυρὸς δήϊοιο θύρετρα.

*Heſych.* Πυρὸς δήϊοιο, plenè exponit, ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ πολεμικοῦ. Sic Lucæ VIII. 20. ſupplenda locutio illa elliptica: Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· i. e. ὑπό τινων λεγόντων. Hujus forſan ἐλλείψεως ignorantia φίλα pro φίλου in MStum Eton. induxit.

πρὶν σὺ ἄλλους ἀποκείναθαι. Κῦρος δ' ἐπεὶ ἤθετο διαβεβηκότας, ἤθη τε ἤδη τῷ στρατεύματι πέμψας [1] Γλοῦν, εἶπεν· "Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες, ἤδη ὑμᾶς ἐπαινῶ· ὅπως δὲ καὶ ὑμεῖς ἐμὲ "ἐπαινέσητε, ἐμοὶ μελήσει· ἢ μηκέτι με Κῦρον νομίζετε." Οἱ μὲν δὴ στρατιῶται, ἐν ἐλπίσι μεγάλαις ὄντες, εὔχοντο αὐτὸν εὐτυχῆσαι· Μένωνι δὲ καὶ δῶρα ἐλέγετο πέμψαι [2] μεγαλοπρεπῆ. Ταῦτα δὲ ποιήσας διέβαινε· συνείπετο δὲ καὶ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτῷ ἅπαν· καὶ τῶν διαβαινόντων τὸν ποταμὸν οὐδεὶς ἐβρέχθη ἀνωτέρω τῶν μαθῶν ἢ τὸ στόμα. Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον, ὅτι ὁ πώποτ' οὕτω ὁ ποταμὸς διαβατὸς γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, [3] ἀλλὰ πλοίοις· ἃ τότε Ἀβροκόμας στρατιῶν κατέκαυσεν, ἵνα μὴ Κύρῳ διαβῇ.

quàm alii reſponderent, trajiciebant. Cyrus autem ubi hos trajeciſſe animadverteret, lætatus eſt, ac *ſtatim* ad *eas* copias Glun miſit, qni hæc diceret: "Equidem, viri, vos jam laudo: "verùm ut vos etiam me laudetis, mihi curæ erit; aut Cyrum "me non ampliùs exiſtimate." Et milites quidem, magnâ ſpe conceptâ, felices ei *cœptorum* exitus precabantur: Menoni etiam magnifica munera miſiſſe ferebatur. His peractis, & *ipſe* tranſmittebat; & reliquæ ſimul eum ſequebantur copiæ omnes; ac nemo ex iis, qui amnem trajiciebant, ſupra mamillas eo madefactus fuit. Thapſaceni verò aiebant, nunquam id flumen pedibus tranſmiſſum fuiſſe, præterquam hoc tempore, ſed navigiis *tantùm*: quæ tunc Abrocomas *ipſos* præcedens exuſſerat, nè Cyrus trajiceret.

1 Γλοῦν] A MSto Eton. abeſt: quod rectè tamen præſtant alii libri. Variis autem modis nomen illud ſcriptum offendimus: apud *Polyæn.* l. 7. c. 20. legitur Γλῶς: apud *Diodor. Sic.* l. 15. p. 329. plus vice ſimplici Γαὼ, ubi ſcribendum Γλὼς, vel Γλοῦς, ad *Æneam* rectè notavit doctiſ. *Caſaubonus*: cujus vide ſis etiam Animadv. in *Athen.* l. 6. p. 450.

2 Μεγαλοπρεπῆ.] MS. Eton. & edit. *Ald.* habent μεγαλοπρεπῶς. minùs rectè.

3 Ἀλλὰ πλοίοις·] Ante πλοίοις deeſt μόνοις, cujus & ellipſin videre eſt apud *Longin.* ſect. 35. Οὐ γὰρ μείζους τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ ἴσης &c. pro μόνον μείζους &c. Vide exempla jam prolata p. 29. n. 1.

[1]Εδόκει ὃ θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ, ὡς βασιλεύσοντι.

Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Συρίας, σταθμοὺς ἐννέα, παρασάγας πεντήκοντα, καὶ ἀφικνοῦνται πρὸς τὸν Ἀράξην ποταμόν. Ἐνταῦθα ἦσαν κῶμαι πολλαί, μεσταὶ σίτου καὶ οἴνου. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει [2]διὰ τῆς Ἀραβίας, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγας τριάκοντα καὶ πέντε. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ ἦν μὲν ἡ γῆ [3]πεδίον, ἅπαν ὁμαλὲς ὥσπερ θάλαττα, ἀψινθίου δὲ πλῆρες· εἰ δέ τι καὶ ἄλλο ἐνῆν ὕλης ἢ καλάμου, ἅπαντα [4]ἦσαν εὐώδη, ὥσ-

*Illud* utique divinitùs accidiſſe viſum eſt, & flumen Cyro planè quaſi regnaturo ceſſiſſe.

Hinc per Syriam progreditur caſtris novem, paraſangas quinquaginta, & ad Araxem fluvium perveniunt. Hìc vici erant multi, frumento & vino referti. Triduum ibidem manſerunt, & commeatum comparabant. Indè per Arabiam, cùm Euphratem haberet ad dextram, caſtris quinque in ſolitudine *poſitis*, paraſangas triginta quinque progreditur. Hoc loco regio campeſtris erat, tota maris inſtar æquabilis, abſinthio plena: ſi quid aliud in eâ inerat *vel* fruticis vel arundinis, *ea verò* univerſa inſtar

1 Εδόκει ὃ θεῖον &c.] Ponte quidem junctum hunc amnem Darium poſthac Alexandrúmque trajeciſſe narrant Hiſtorici. Quorum diverſas opiniones, huc ſcilicet ſpectantes, in *Diſſert. Geograph.* excuſſas videre eſt: ubi & de Syriâ (*ſcil.* Meſopotamiæ parte) & Araxe illo mox ſequenti agitur.

2 Διὰ τῆς Ἀραβίας,] Quâ de vide ſis *Diſſertationem* modò adpellatam.

3 Πεδίον, ἅπαν ὁμαλὲς &c.] Meſopotamiæ campos ſæpiùs memorat *Q. Curtius*, l. 3. c. 2, & 8. l. 4. c. 9. Jure autem optimo æquatam regionis hujus planitiem mari adſimulavit; quippe quod ipſum *Æquor* adpellatum ſit, quòd æquatum eſt & planum, auctoribus *Varrone* de L. L. l. 6. c. 2. & *Nonio* ad v. *Æquor*. Ἀψίνθιον autem *Theophraſtus* l. 4. c. 6. ἐν πᾶσι σχεδὸν ἄφθονον reperiri tradit. Sed in aliis atque aliis plagis varia creſcunt ejuſdem plantæ genera; quæ *Plinius* enumerat l. 37. c. 7.

4 Ἦσαν εὐώδη &c.] Eandem forſan, ac Noſter, Arabiam voluit *Q. Curtius*, l. 5. c. 1. quam *regionem* vocat *odorum fertilitate nobilem*. *Theophraſtus* etiam l. 4. c. 6. de locis, ubi plantæ odoratæ naſcantur, ſcribit abundè venire τὰ εὔοσμα σχεδὸν Ἀραβίαν καὶ Συρίαν καὶ &c. quem vide ſis ad l. 9. c. 7.

πεζ ἀρώμασι. [1]δένδρων δ' οὐδὲν ἐνῆν. Θηρία δ', πλεῖστοι μὲν [2]οἱ ἄγριοι ὄνοι, [3]οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ αἱ μεγάλαι· ἐνῆσαν δὲ καὶ [4]ὠτίδες καὶ δορκάδες· ταῦτα δὲ τὰ θηρία οἱ ἱππεῖς ἐδίωκον ἐνίοτε. Καὶ οἱ μὲν ὄνοι, ἐπεί τις

aromatum erant fragrantia: arbor certè *in eâ* inerat nulla. Verùm feræ *inerant*, silvestres quidem asini quamplurimi, ac struthiocameli non pauci: inerant etiam otides & dorcades: atque has feras equites nonnunquam insequebantur. Et asini quidem *isti*,

1 Δένδρον] Rerum sibi tractandarum quatuor has potissimùm species enumerat *Theophrastus* l. 1. c. 5. δένδρον, θάμνος, φρύγανον, πόα: quarum primam his verbis describit. Δένδρον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ῥίζης μονοστέλεχες, πολύκλαδον, ὀζωτὸν, ἐκ εὐκπόλυτον. Vox ὕλη apud Xenoph. *Oecon.* p. 501-2. edit. *Steph.* complectitur (utì cæteras alibi species) τὰ φρυγανώδη καὶ τὰ ποώδη. Hìc autem illa præcipuè denotare videtur, simul & τὰ θαμνώδη, scil. *frutices*; quorum inter aquaticum genus, arundines principatum tenere dicit *Plinius* l. 16. c. 36.

2 Οἱ ἄγριοι ὄνοι,] Desertis hoc animal gaudere locis, Sacra subinde docet Scriptura. Hinc ab *Oseâ* בורד i. e. *solitarium* dicitur VIII. 9. Conf. *Job.* XXIV. 5. *Jer.* II. 14. *Jes.* XXXII. 14. ubi cùm prædicitur fore, ut *Jerusalem* fiat *gaudium onagrorum*, idem est, ac si vastanda dicatur, & in desertum redigenda. Sic & de *Nebucadnetsare* legitur, *Dan.* V. 21. *cum onagris fuit habitatio ejus*, i. e. in locis ab hominum consortio remotissimis; interprete eruditiss. *Bocharto.* Quod autem Noster mox de istius animalis velocitate tradit, id verò multiplici auctorum testimonio confirmatur. *Oppianus* Κυνηγ. l. 3. v. 184. & seq. onagrum describit κραιπνὸν, ἀελλοπόδην, κραιπρώνυχον, ὀξύτατον θῆν. *Ælian.* de Anim. l. 14. c. 10. Οἱ (scil. ἄγριοι) Μαυρήσιοι ὠκιστοι δραμεῖν, παρά γε τὴν τοξότην ὁρμὴν ἐισὶν ὀξύτατοι, ἢ ὡς, νὴ νὴ Δία, ὥρας πρὸς ἱππόλυτον εἶναι, ἢ πτηνὸν ὠκύτερημα ὄρνιθος. Porrò (utì monuit vir summus, modò laudatus) ex celeritate cursûs factum videtur פרא, quod pro *onagro* Hebræi & Arabes usurpant. Quippe פרא, vel פרי, Syris *currere* est. Cæterùm de carne hujusce feræ Nostro adsentitur *Plinius* l. 8. c. 44. Nam *pullis eorum*, (onagrorum) inquit, *ceu præstantibus sapore, Africa gloriatur.*

3 Οὐκ ὀλίγαι δὲ στρουθοὶ &c.] In quibusdam exemplaribus perperam scribitur ὀλίγοι. Hebræis aves istæ sunt בנות יענה, *Jes.* XIII. 21. *filiæ ululæ*, ut pessimè quidam Interpretes verterunt. Interp. LXX quidem, ad *Jes.* locum modò citatum, habent σειρῆνες, licèt aliàs passim & rectiùs reddiderint στρουθοὶ vel στρουθία. Clar. *Fuller. Misc.* S. l. 6. c. 7. Interpretibus iis Lexicographisque, qui per יענה בנות intelligunt *ululas, noctuas, bubones* patrocinatus est: sed *Bochartus*, multis probat *Hieroz* l. 2. c. 14. verbis istis in SS. designari *Struthiones fœminas*, aves eremicolas, in aridis locis, qualia describit Xenophon, versantes. Porrò per *Arabem*, de quo loquitur *Jes.* cap. dicto, v. 20. rectè intellexeris *Scenitas* illos, (quales in Mesopotamiâ fuisse ostendet *Dissert.* nostra *Geograph.*) per deserta & inculta loca vagabundos. Sed de hâc avi mox iterum.

4 Ὠτίδες & δορκάδες.] De prioribus paulò infrà. Δορκάδες autem *à videndo*, seu *clariùs prospiciendo* nomen, auctore *Etymologo*, sortiuntur: Δορκὰς παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω — ὀξυδερκὴς γὰρ τὸ ζῶον, & εὐομμάτον. Cui accedit *Pharzorinus.* Hoc de animali copiosè adcurateque, suo scilicet more, tractat doctiss. *Bochartus* l. 3. c. 25. operis sæpiùs laudati.

διώκοι, περιφραμόντες [1] ἀνεισήκεσαν· (πολὺ γὰρ τοῦ ἵππου θᾶττον ἔτρεχον) καὶ πάλιν ἐπεὶ πλησιάζοι ὁ ἵππος, ταυτὰ ἐποίουν· ὥστε οὐκ ἦν λαβεῖν, εἰ μὴ παρεστάντες οἱ ἱππεῖς διηρῴεν παραδεχόμενοι τοῖς ἵπποις. Τὰ δὲ κρέα τῶν ἀλισκομένων ἦν παραπλήσια τοῖς ἐλαφείοις, ἁπαλώτερα δέ. Στρουθὸν δὲ οὐδεὶς ἔλαβεν· οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο· πολὺ γὰρ ἀπέπτα ἀποφεύγουσα, [2] τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασα, ὥσπερ ἱστίῳ χρω-

cùm quis *eas* insequeretur, præcurrebant ac *deinde* restitabant: (quippe multò velociùs equo currebant) ac rursùs *ubi* adpropinquaret equus, eadem factitabant: adeò ut nulla esset *eos* capiendi ratio, nisi per intervalla collocati equites venarentur, alii alios *recentibus* equis excipientes. Erant autem eorum, qui capiebantur, carnes cervinis *quidem* similes, sed *aliquantò* teneriores. At struthiocamelum nemo cepit; *eámque avem* ex equitibus qui insequebantur, *citò* desiêrunt: nam fugiendo longè avolabat, pedibus quidem cursu, alis verò sublata, tanquam velo

1 Ἀνεισήκεσαν·] *Stephanus* aut ἔστασαν, aut ἵστασαν (quod MS. Eton. exhibet) scribendum putat. Ipse verò libentiùs reposuerim ἐφεισήκεσαν, quo verbo rem ferè eandem Noster in Κυνηγετ. exprimit. Τὰ μὲν εὐναῖα ὁ λαγὼς ποιεῖται (sic enim ex emendatione Leunclavianâ legerim) ἐφιστάμενος, τὰ δ' ὁρμητὰ τρέχων. edit. *Steph.* p. 572. & infrà paulò p. 573. Προλαμβάνοντες (lepores) δὲ τὰς κυνὰς, ἐφίστανται, &c. Sed quo minùs hæc probetur emendatio, impedient forsan *Suidas* & *Phavorinus*, qui pariter ἀνίστη, ἀντὶ τοῦ ἐφίστη poni statuunt. Quorum, hâc saltem in re, haud multùm apud me valet auctoritas; cùm nullum ad istam interpretationem muniendam exemplum adduxerint.

2 Τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς &c.] Egregiè locus hic illustrando commati 18. cap. XXXIX libri *Job* inservire possit. De cursu autem volatúve στρουθῶν, inter se unâ & mente & voce penè consentiunt auctores. *Diodor. Sic.* Arabiæ feris adnumeratam hanc avem describit l. 2. p. 133. edit. *Rhodom.* atque iterum, l. 3. p. 162. unde pauca libet (cùm omnia huc adduci nec fas nec opus sit) pro re delibare: τοῦτο (ὀρνέου γένος) πέπαλται μὲν μετέωρον ἐς δυνατὸν, ἀφὲ τὸ βάρος· τρέχει δὲ πάντων ὠκύτατον, μικρὸν ἄνωθεν τοῖς ποσὶ τῆς γῆς ἐπιψαῦον· μάλιστα δ' ὅταν κατ' ἀνέμου πνοὰς ἐξαίρῃ τὰς πτέρυγας ὑπερέχει καθάπερεί τις ναῦς ἱστιοδρομοῦσα. *Ælian.* de Anim. l. 2. c. 27. — θεῖ δ' ὠκιστα, (ἡ στρουθὸς) & τὰς παρὰ τὴν πλευρὰν ἑκατέραν πτέρυγας ἁπλοῖ, ᾗ ἐμπίπτον τὸ πνεῦμα κοῖλοι, δίκην ἱστίων, αὐτάς. Eundem vide sis l. 4. c. 37. & *Plin.* H. N. l. 10. c. 1. qui & *equitis* eam (ut Noster modò suprà) *celeritatem vincere* tradit: quod idem, ex benigniori orientalis ingenii venâ, *Jobus*, loc. cit. elegantissimè *deridere* dixit. Testimoniorum licèt jam abundè sit, mihi tamen temperare nequeo, quominùs, *Claudianus* quæ de struthiocamelo cecinit, adferam:

*Vasta*

μδρη. [1] Τὰς ᾠτίδας, [2] ἄν τις ταχὺ ἀνίσῃ, ἔστι λαμβάνειν· πέτονται γὰρ βραχύ, ὥσπερ πέρδικες, καὶ ταχὺ ἀπαγορεύουσι. Τὰ δὲ κρέα αὐτῶν ἥδιστα ἦν.

Πορευόμενοι δὲ διὰ ταύτης τῆς χώρας ἀφικνοῦνται [3] ἐπὶ τὸν Μασκᾶν ποταμόν, τὸ εὖρος πλεθριαῖον. Ἐνταῦθα ἦν [4] πόλις ἐρήμη, με-

usa. Otidas autem, si quis celeriter suscitet, licet capere: nam breve *ad intervallum* volant, tanquam perdices, & citò fatiscunt. Carnes harum erant suavissimæ.

Facto per hanc regionem itinere, Mascam fluvium perveniunt, cujus erat *unius* plethri latitudo. Hìc urbs erat deserta, ampla,

*Vasta velut Lybiæ venantum vocibus ales*
*Cùm premitur, calidas cursu transmittit arenas,*
*Inque modum veli sinuatis flamine pennis*
*Pulverulenta volat —*

in Eutrop. l. 2. v. 310. & seq. En *cursum* & *volatum* aliti huic tributum! quippe animal est (ut Diodori verbis l. 2. p. 133. utar) χρεσθαι ἅμα καὶ πτηνῷ: lucem hæc locutioni Xenophontææ, ἀπίπτα ἀποφθέγγεται, fœnerant adeò, ut adcuratam simul & concinnam eam ostendant.

1 Τὰς ᾠτίδας, &c.] *Athenæus* l. 9. c. 10. adlatis his de *otide* verbis, ait: ἀληθῆ λέγειν φησὶ τὸν Ξενοφῶντα ὁ Πλούταρχος καὶ τὸν ᾠτίδων. Idem, loco cit. *otos* (de quibus *Plin.* l. 10. c. 23.) & *otidas* malè inter se confundit. Cur autem brevis sint & tardi volatûs, causam adfert *Ælian.* l. 5. c. 24. —— βαρεῖαί τε εἰσι, καὶ σαρκῶν ὄγκον περιφέρουσι. Atque eâdem de causâ *Tardæ Plinio* l. 10. c. 22. videntur dictæ: *Proximæ eis* (scil. *Tetraonum* generi) *sunt, quas Hispania aves tardas adpellat, Græcia otidas, damnatas in cibis.* Ultima verò verba suspicionem inferunt, *tardam* & *otida* perperam pro avi eâdem accipi solere. Vide sis notas & emendat. Cl. *Harduini* ad loc. *Plinii* modò cit. Attamen forsan dixerit aliquis, alium alîi populo cibum in deliciis esse: ejusdémque adeò generis animantes, sub diversis cœli plagis repertas, hìc grati, illic ingrati esse saporis. Cæterùm, pro ἥδιστα apud *Athen.* loc cit. legitur ἥδιον.

2 Ἂν τις ταχὺ ἀνίσῃ,] "Præteriti imperfecti "(verba sunt *Stephani*) tertia persona est "ἀνίσῃ, quæ nullo modo convenit: neque "ἄν potentialis particula aptè illi loco ad- "jungi potest. At si ἄν sumamus pro ἐὰν "(ut certè sumi debet) tunc novè hæc parti- "cula indicativo modo jungetur, pro ἐὰν. "Sed etiamsi demus potuisse dici ἐὰν ἀνίσῃ, "pro εἰ ἀνίσῃ, non ἐστὶ, sed ἦν sequi debuisse "manifestum est. Quæ omnia incommoda "vitare poterit, qui mutato tantùm accentu, "ἀνίσῃ legat in subjunctivo modo." Hæc ille: cujus equidem sententiæ tantâ diligentiâ expositæ libens accesserim, ni ea omnia quæ dicit incommoda, nulla esse putarem. Quippe ἄν *si* modo interdum indicativo jungi, docebunt, exemplis adlatis, vulgares etiam Grammatici: quod autem ad ἐστὶ attinet, ipse *Stephanus* ostendit in *Append.* ad scripta de *Dial. Atticâ*, præsens pro præterito imperfecto nonnunquam poni, exemplis ex Thucyd. citatis: quibus vir doctus hæc rectè subjungit: *Sic solent in narrationibus præsenti uti tempore, aut saltem verba præsentis temporis admiscere, tanquam de re, quæ eo ipso tempore geratur, loquentes.* Quod si cui magis adriserit lectio, quam *Stephanus* recipiendam censet, suo, per me licet, ingenio fruatur.

3 Ἐπὶ τὸν Μασκᾶν] Quo de fluvio consule *Dissert. Geograph.* de plethri mensurâ diximus K. Π. p. 522.

4 Πόλις ἐρήμη,] Vide sis p. 10. n. 1.

γάλη, ὄνομα δὲ αὐτῇ Κορσωτή· ἐπερρεῖτο δὲ αὕτη ὑπὸ τῆς Μασκᾶ κώμης. Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, [1] καὶ ἐπεσιτίσατο τὸ στράτευμα. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς ἐρήμους τρεισκαίδεκα, παρασάγγας ἐνενήκοντα, τὸν Εὐφράτην ποταμὸν ἐν δεξιᾷ ἔχων, καὶ ἀφικνεῖται [2] ἐπὶ Πύλας. Ἐν τούτοις τοῖς σταθμοῖς πολλὰ τῶν ὑποζυγίων ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ λιμοῦ· ἡ γὰρ ἦν χόρτος, [3] οὐδὲ ἄλλο δένδρον οὐδέν, ἀλλὰ ψιλὴ ἦν ἅπασα ἡ χώρα· οἱ δὲ ἐνοικοῦντες, [4] ὄνους ἀλέτας ἐκ τοῦ ποταμοῦ ὀρύττοντες καὶ ποιοῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἦγον καὶ ἐπώλουν, καὶ ἀνταγοράζοντες σῖτον

cui nomen Corſote; quæque Maſcâ erat undique circumflua. Manſerunt hoc loco triduum, & cibaria parabat exercitus. Hinc caſtris decimis tertiis apud loca deſerta *poſitis*, paraſangas nonaginta progreditur, Euphratem fluvium ad dextram habens, & ad Pylas *Arabiæ* pervenit. In his ſtationibus multa jumenta fame peribant: nam neque pabulum hìc erat, neque ulla præterea arbor, ſed regio univerſa nuda erat: incolæ verò lapides molares propter fluvium effodere ſolebant & formare, *quos deinde* Babylonem vectos vendebant, atque emto viciſſim frumento vi-

1 Καὶ ἐπεσιτίσατο &c.] Liberiùs ſanè, atque minùs adcurate, hæc *Leunclavius* vertit: *& exercitui frumentatione proſpiciebatur*; quaſi *paſſivo* non *medio* ſenſu poneretur verbum ἐπεσιτίσατο. Suprà paulò p. 45. dixit noſter: Ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ἐπεσιτίσαντο, *ſcil.* οἱ στρατῶται. *Scholiaſta* ad *Thucyd.* l. 6. ferè extremum, ἐπισιτίζεσθαι, τὸ μετὰ τὸ φαγεῖν, λαβεῖν τι εἰς ἑτέραν τροφήν.

2 Ἐπὶ Πύλας ] De quibus adeunda eſt *Diſſert.* Geograph.

3 Οὐδὲ ἄλλο δένδρον] Dicit ἄλλο, quaſi priùs δένδρον τι memoraſſet. Similiter adhibet ἄλλη K. Π. p. 345. & ἄλλοι, p. 200.

4 Ὄνους ἀλέτας &c ] *Heſychio* interprete, ὄνος eſt, ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου. Apud Evangel. Marci c. IX. v. 42. eſt λίθος μυλικός: Matthæi, c. XVIII. v. 6. μύλος ὀνικός: ſimiliter Lucæ XVII. 2. locutione deſumptâ ex vetuſto more aſinos ad circumagendas molas adhibendi. Molæ autem *aſinariæ* quæ dicuntur, *Catonis* c. 10. de R. R. majores erant; minores *truſatiles* *A. Gell.* l. 3. c. 3. quæ ab hominibus verſabantur. Vide ſis quæ viri eruditi notârunt ad *Jul. Poll.* l. 7. c. 4. Poſt ὄνους MS. Eton. & exemplaria quædam, quorum meminit *Stephanus*, habent ὡς ἡμεῖς μύλους, οἱ δ' Ἀττικοὶ μύλας, παρὰ τὸ ποταμοῦ &c. Sed quin ex ſcholio verba hæc irrepſerint, minimè tam mihi quàm *Stephano* dubium eſt. Cæterùm ad ποιοῦντες, quod ſtatim ſequitur, ex *Phavorino* notandum, ποιεῖν λίθους ἐπὶ τοῦ ποιητικῶν, πλεστικῶς ſcilicet καὶ τῶν τοιούτων.

ἔζων. [1] Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε, καὶ πρίασθαι οὐκ ἦν, εἰ μὴ ἐν τῇ Λυδίᾳ ἀγορᾷ, [2] ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ, [3] τὴν κατίθην [4] ἀλδύρων ἢ ἀλφίτων, τεττάρων σίγλων. Ὁ δὲ σίγλος δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον Ἀττικούς· ἡ δὲ κατίθη δύο χοίνικας Ἀττικοὺς ἐχώρει. Κρέα οὖν ἐσθίοντες ④ στρατιῶται διεζῶντο. [5] Ἦν δὲ τούτων τῶν σταθμῶν, οὓς πάνυ μακροὺς ἤλαυνεν, ὁπότε ἡ πορεία ὑ-

tam ſuſtinebant. *Jam* verò frumentum milites defecerat, neque coëmendi *ejus* facultas erat *reliqua*, niſi in foro Lydio, *illorum* in agmine barbarorum, qui Cyrum ſequebantur, farinæ *nimirum* triticeæ vel hordeaceæ capitham, ſiglis quatuor. Siglus autem ſeptem Atticos obolos & dimidium *alterius* valet; ac duos chœnices Atticos capitha continebat. Quamobrem carnes comedendo vitam ſuſtentabant milites. Et ex his *quidem* ſtationibus erant, in quas per longa admodùm movebat ſpatia, quoties

1 Τὸ δὲ στράτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε,] Id omne, nimirum, quod modò ἐπισιτίσατο.

2 Ἐν τῷ Κύρου βαρβαρικῷ] Scil. στρατεύματι. ut ſuprà p. 28. vel στρατῷ, utì mox poſtea: quâ de ellipſi agitur p. 8. n. 1.

3 Τὴν κατίθην] Hâc de menſurâ, cæteriſque ſive ponderibus ſive menſuris, quæ ſequuntur, conſulendus eſt *Index* iis explicandis deſtinatus.

4 Ἀλδύρων ἢ ἀλφίτων,] *Muretus* ἀλδύρων ἢ delenda cenſet; eáque interpretes neglexiſſe videntur. At *Muretus* idem, parum ſibi conſtans, has eaſdem voces conjungendas autumat ad Κ. Π. l. 5. p. 329. ubi vide ſcripta n. 5. Cùm autem vulgata ſcriptura codicum auctoritate nitatur, minimè rejicienda videtur. *Heſychius*: Ἀλδύρα κυρίως, τὰ ἐκ σίτου, ἄλφιτα ὅ τε τῶν κριθῶν: cui accedit *Phavorinus*. Voces illas diſtinguit etiam *Jul. Poll.* l. 7. c. 5. Τῇ δὲ ἀρτοπώλιδι ἀνήκει ἄλδυρα, ἄλφιτα, &c. *Sed panis venditrici convenium farinæ*, &c.

5 Ἦν δὲ &c.] Deficit hìc vox τινὲς, ut τινὰς apud Κ. Π. p. 390. Ejuſdem ferè ἐλλείψεως videre eſt exempla Lucæ XXI. 16. Apocal. II. 10. Act. XXI. 16. Συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ſcil. τινὲς &c. Vide etiam Joan. VI. 39. XVI. 17. Deinde ἦν ponitur pro ἦσαν. Similiter apud *Ariſtoph.* Ἀνσιστρ. v. 1262.

Ἦν γὰρ τῶνδρες ἐκ ἐλάττως
Τᾶς ψάμμως τοὶ Πέρσαι.

*Biſetus*: Ἦν γὰρ τῶνδρες. Ἦσαν γὰρ τοὶ ἄνδρες, ἦγεν οἱ ἄνδρες, οἱ &c. Σημαίνουσι δὲ τὸ ἦν, ἀντὶ τοῦ ἦσαν κατὰ συγκοπήν εἰρῆσθαι. *Sophocl.* Τραχ. v. 529.

Ἦν δὲ ἀμφίπλεκτοι
Κλίμακες· ἦν &c.

*Schol.* ἦν, ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Cum his conſentit etiam *Moſchopulus*.

δως βάλοιτο [1] διατελέσαι ἢ πρὸς [2] χιλόν. Καὶ δή ποτε στενοχωρίας τε πηλοῦ φανέντος ταῖς ἁμάξαις δυσπορήτου, ἐπέστη ὁ Κῦρος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ἀρίστοις καὶ εὐδαιμονεστάτοις, καὶ ἔταξε Γλοῦν καὶ Πίγρητα, λαβόντας τῶν βαρβαρικῶν στρατῶν [3] συνεκβιάζειν τὰς ἁμάξας. Ἐπεὶ δ' ἐδόκουν αὐτῷ σχολαίως ποιεῖν, ὥστε ὀργὴ ἐπέλαβε τοὺς περὶ αὐτὸν Πέρσας τοὺς κρατίστους, συνεπισπάσαι τὰς ἁμάξας. Ἔνθα δὴ μέρος τι [4] τῆς εὐταξίας ἦν θεάσασθαι. Ῥίψαντες γὰρ τοὺς [5] πορφυροῦς καύδυς, ὅπου ἕκαστος

vel ad aquam vel ad pabulum iter peragere volebat. Quin & aliquando *itineris* anguſtiis lutóque objectis, plauſtris haud ſine difficultate perviis, Cyrus cum præſtantiſſimis & fortunatiſſimis *iis*, *quos* circa ſe *habebat*, ſubſtitit; ac Glun Pigretémque, adſumptis barbarorum copiis, conjunctis viribus plauſtra *ex locis difficilibus* educere juſſit. Cùm autem *illi hoc* tardè ei facere viderentur, quaſi indignabundus præſtantiſſimos, *qui* circa ipſum *erant*, Perſas operis unà poſitis plauſtra celeriter expedire juſſit. Hìc verò ſtudii ordinis conſervandi ſpecimen quoddam videre erat. Nam purpureis abjectis candyis, eo quo quiſque loco fortè

1 Διατελέσαι,] Eodem hìc ſenſu adhibetur verbum compoſitum, quo ſimplex τελῶ, apud *Thucyd.* l. 4. ferè medio: Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐκ τῆς Μελιτίας ἀφόρμησαν, ἐς Φάρσαλόν τε ἐτέλεσε, καὶ &c. i. e. *Eodem die, quo Melitiâ diſceſſerat, Pharſalum pervenit*, &c. Idem eſt verborum ἀνύειν & διανύειν uſus apud *Polyb.* utì ad Matt. X. 23. adnotavit Clar. *Raphelius*. Utrumque verbum, τελεῖν ſcil. & ἀνύειν, eodem ſenſu uſurpat *Thucyd.* l. 2. prope fin. In iis autem omnibus deficere videtur accuſat. ὁδόν. Itaque verba Evangeliſtæ loc. cit. τελέσητε τὰς πόλεις reſolvi poſſint in τελέσητε τὴν εἰς τὰς πόλεις ὁδόν. Adpoſitè verò, nec ſine emphaſi quâdam, Noſter verbum adhibere compoſitum videtur, cùm de eo loquitur, qui ſtrenuè adeò continuabat iter, ut non prius quieſcendum ſtatueret, quàm ad loca reficiendo exercitui opportuna perveniret.

2 Πρὸς χιλόν.] *Heſychius*: Χιλὸς, ἡ τροφὴ, ἢ χόρτος τῶν βοσκημάτων. *Moſchopulus*: Χιλὸς, ἡ τροφὴ τῶν βοσκομένων ζώων. Hoc modo *Phavorinus* exponit χεῖλος: & *Heſych.* χειλᾶσαι, παχυῶσαι, σιτίζεσθαι. Apud illum autem repoſuerim χιλὸς, apud hunc χιλᾶσαι.

3 Λαβόντας τῶν βαρβαρικῶν —— συνεκβιάζειν &c.] Scil. μέρος τι. Vide ſupra p. 42. n. 4. ſignificanter autem adeò atque ornatè, variatâ ſubinde elocutione, dixit συνεκβιάζειν, συνεπισπάσαι, μετάρσεις ἐξενέγκαι &c. ut nihil ſuprà. Vide ſis *Longin.* de *Sublim.* ſect. 30.

4 Τῆς εὐταξίας] Vocis hujus ſignificationem ex iis, quæ de verbo ἀπαντᾶν notavimus K. Π. p. 563. petere licet.

5 Πορφυροῦς καύδυς,] Vide K. Π. p. 19. & *Indicem* voc. Perſic. ei adjectum; & quæ dicta ſunt Hiſtor. hujus p. 17. n. 2.

ἔτυχεν ἐσπεύδοντο, [1] ἵεντο, ὥσπερ ἂν δρόμου τις περὶ νίκης, καὶ μάλα κατὰ πρόσωπον γὰρ ἐφέροντο. ἔχοντες τούτοις τε τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας, καὶ τὰς ποικίλας [2] ἀναξυρίδας· ἔνιοι δὲ καὶ στρεπτοὺς περὶ τῷ τραχήλῳ, καὶ ψέλλια [3] ἐπὶ τῶν χειρῶν· εὐθὺς δὲ σὺν τούτοις ἐσπηδήσαντες εἰς τὸν πηλὸν, θᾶττον ἢ ὥς τις ἂν ᾠήθη, μετεώρους ἐξεκόμισαν τὰς ἁμάξας. Τὸ δὲ σύμπαν, δῆλος ἦν Κῦρος σπεύδων πᾶσαν τὴν ὁδὸν, [4] καὶ ὁ διατείνων, ὅπου μὴ ὑποστησόμενός ἕνεκα, ἢ τινὸς ἄλλου ἀναγκαίου ἐπαφίετο· νομίζων, ὅσῳ μὲν ἂν θᾶττον ἔλθοι, τοσούτῳ ἀπροσπολεμοτέρῳ βασιλεῖ [5] μαχεῖσθαι· ὅσῳ δὲ πο-

ſtabat, quemadmodùm de victoriâ quiſpiam curreret, per collem admodùm etiam præcipitem impetu ferebantur; cùm magni pretii tunicas haberent, & ſubligacula variis *diſtincta* coloribus; nonnulli etiam torques circa collum, & circum manus armillas: attamen cum his ſtatim ubi in lutum inſiliiſſent, citiùs opinione cujuſquam, plauſtra in ſublime ſublata exportârunt. Ad ſummam, planè conſtitit Cyrum iter totum accelerare, neque *uſquam* cunctari, niſi frumentationis vel alterius neceſſariæ rei cauſâ alicubi conſideret: quippe exiſtimabat, tantò ſe imparatiore cum rege dimicaturum, quantò celeriùs *ipſe* acceſſerit; quantò autem tar-

1 Ἵεντο, ὥσπερ &c.] Verborum tam delectum quàm ordinem ad rem, quâ de agitur, feliciter depingendam mirificè adcommodavit auctor. Currendi certamina, gymnicis in Græcorum ludis celebria, eum reſpexiſſe, nullus licet monuerim, animadvertet lector.

2 Ἀναξυρίδας.] Lege ſcripta K. Π. p. 595. n. 3.

3 Ἐπὶ τῶν χειρῶν] K. Π. p. 19. περὶ τῶν χειρῶν. Sed ſolent auctores (verba ferè ſunt *Euſtath* ad Il α'. p. 47) ἀδιαφορεῖν σὺν τοῖς δεξιοῖς καὶ τοῖς πλησιάζουσι.

4 Καὶ ὁ διατείνων,] Scil. τὸν χρόνον. Similiter, K. Π. p. 231. — ἔλεγεν ὅτι ἐξαμαρτάνοι διατείνων, καὶ σὺν ἄγων ὡς &c. Ejuſdem nominis, crebras ſanè ellipſes paſſi, genitivus pluralis paulò pòſt deeſt in διὰ ταχέων.

5 Μαχεῖσθαι.] MS. Eton. συμμαχεῖσθαι. Libri quidam editi, μάχεσθαι· quo nimirum verbum hoc illi συναγείρειαν, mox ſequenti, tempore conveniret. Sed præſens temporis futuri ſignificationem, Atticos apud Scriptores, interdum habere, notius eſt, opinor, quàm ut exemplis probari oporteat: quæ tamen ſi quis requirat, adeat velim *H. Stephani* Append. ad Scripta de Dial. Atticâ. Apud hunc Noſtrum paulò infrà lecturi ſumus — ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλαύνοντων καὶ διαβαίνοντων. ubi ἐλαύνοντων Atticè ſcribitur pro ἐλασόντων, ut participiis his inter ſe conveniat.

λαιότερον, τοσούτῳ πλέον βασιλεῖ συναγείρεσθαι στράτευμα. Καὶ συνιδεῖν δ' ἦν τῷ προσέχοντι τὸν νοῦν ἡ βασιλέως ἀρχὴ [1] πλήθει μὲν χώρας καὶ ἀνθρώπων ἰσχυρὰ οὖσα, τῷ δὲ μήκει τῶν ὁδῶν, καὶ τῷ διεσπάσθαι τὰς δυνάμεις, ἀσθενὴς, εἴ τις διὰ ταχέων τὸν πόλεμον ποιοῖτο.

[2] Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τὰς ἐρήμους ταύτας, ἦν πόλις εὐδαίμων καὶ μεγάλη, ὄνομα δὲ Καρμανδή· ἐκ ταύτης οἱ στρατιῶται [3] ἠ-

diùs, tantò majores regi copias coactum iri. Et intelligere ſanè potuit, quicunque *rem* attentiùs conſideraret, regis imperium regionis quidem *amplitudine* hominúmque multitudine firmum eſſe, verùm ob itinerum longitudinem, & quia copiæ *hinc indè* diſtractæ ſint, *idem* imbecillum eſſe, ſi quis celeriter bellum gerat.

Ultra Euphratem, exadverſùs ſtationes *illas* deſertas, erat urbs opulenta magnáque, *cui* nomen Carmanda: ex hâc milites com-

1 Πλήθει μὲν χώρας &c.] *Ariſtot.* Metaphyſ. l. 5. c. 13. Λέγεται δὲ πλῆθος μὲν, τὸ διαιρετὸν δυνάμει εἰς μὴ συνεχῆ· μέγεθος δὲ, τὸ εἰς συνεχῆ. Sed ad ἀκρίβειαν amuſsimve philoſophicam, auctores politioris elegantiæ ſtudioſi ſuam exigi orationem minimè patiuntur. De quantitate (utì loquuntur) continuâ, ſucceſſivâ, πλῆθος Noſter adhibuit etiam hujus hiſtoriæ extremo. Vocis quoque μέγεθος vicem explet apud *Demoſth.* in Philip. orat. 4. init. p. 96. Ἡ μὲν γὰρ ἀσέλγεια, καὶ πλεονεξία, καὶ τοῖς πάντας ἀνθρώπους Φιλίππου χρῆσθαι, τοσαύτη τὸ πλῆθος, ὅσην ἀκούετε.

2 Πέραν δὲ τοῦ Εὐφράτου &c.] *Diodor. Sic.* l. 2. p. 99. Μεγάλοι δ' ὄντες (ſcil. Euphrates & Tigris) τὸν συχνὸν χώρον ἔχοντες καὶ ἀμφοδόμφοι, πολλὰς ἀφορμὰς παρέχονται τοῖς ἐμπορικῇ χρωμένοις ἐργασίᾳ. Διὸ καὶ συμβαίνει τὰς παραποταμίους τόπους πλήρεις ὑπάρχειν ἐμπορίων εὐδαιμόνων, καὶ μεγάλα συμβαλλομένων πρὸς τὴν τῶν Βαβυλωνίας ἐπιφάνειαν.

3 Ἠγόραζον] *Thomas Magiſter*: Ὠνήσομαι κοινὸν ἡ ἀγοράσω. Grammatici nempe verbum ἀγοράζειν pro τὸ ἀγορᾷ ἀγοράζειν potiſſimùm poni exiſtimant. Ità fere *Scholiaſta* ad *Ariſtoph.* Ἱππ. v. 1370. Ἀχαρν. v. 720. ubi Ἀττικῶς iſto venire ſenſu ſcribit. Idem alibi ſimiliter. Sed ipſe poëta Comicus Πλουτ. v. 985.

Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοραίοις χιτῶνιον
Ἐκέλευσεν ἄν, &c.

oſtendit Atticæ Muſæ minimè alienam eſſe verbi ſignificationem, ei quam tribuit hoc loco Xenophon. Hæc ferè de ſignificatione v. ἀγοράζειν ex priſcis Græcorum monumentis haurire eſt. Quid verò illo homine facias, qui infenſo æque in criticam atque religionem animo, ad ſacros codices protervâ manu temerandos adgreſſus, verbum illud *concionari* potiùs, quàm *emere* vertendum ſtatuit? Is quidem fuerit neceſſe eſt,

Ος δ' ὅτ' ἐρυθριᾷν οἶδεν, ὅτε (prô dolor)
δεδίναγ'.

atque dignus ſanè, qui τὸ τοῖς ἀγοραίοις concionetur. Macte itaque eſto famâ, quam tibi jure pepererunt egregia illa inſcitiæ impudentiæque ſpecimina, perinde bonis literis, judicio ſanæ mentis hominum, ac doctrinæ

Evan-

γόραζον τὰ ὀπτήδεια, [1] σχεδίαις διαβαίνοντες ὧδε· [2] Διφθέρας, ἃς εἶχον σεγάσματα, ὑπέπλασαν χόρτῳ κύφῳ, εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων, ὡς μὴ ἅπτεσθαι [3] τῆς καλάμης τὸ ὕδωρ· ἐπὶ τούτων διέβαινον, καὶ ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια, οἶνον τε ἐκ [4] τῆς βαλάνου πεποιημένον τῆς ἀπὸ τοῦ φοινικος, καὶ σῖτον μελίνης· τοῦτο γὰρ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ πλεῖσον. Ἀμφιλεξάντων δέ τι ἐνταῦθα τῶν τε τοῦ Μένωνος στρατιωτῶν καὶ τοῦ Κλεάρχου, ὁ Κλέαρχος κρίνας ἀδικεῖν τ' τοῦ Μένωνος, [5] πληγὰς

[1] Suidas. V. Ἀμφιλεξάντων. ubi male τοῦ Μενονος.

meatum pretio comparabant, dum ratibus operâ tumultuariâ confectis in hunc modum trajiciebant: Pelles *eas*, quas pro tegumentis habebant, levi fœno implebant; deinde coarctabant conſtringebántque *futuris*, nè feſtucas aqua tangeret: his trajiciebant, commeatúmque comportabant, *videlicet* vinum ex palmarum glandibus factum, & panici frumentum: nam hujus in eâ regione maxima erat copia. Cæterùm ortâ inter Menonis & Clearchi milites aliquâ hoc loco controverſiâ, Clearchus poſtquam Menonis *militem* injuriæ illatæ reum ſtatuiſſet, plagas *ei*

Evangelicæ contraria. Te certe incolumi, noménque tuum proſtituente, *Tolandos*, *Collinos*, cæteróſque gregis increduli duces, ætas hæc minimè deſiderabit.

1 Σχεδίαις] Scil. *ναυσὶ*, *ratibus*, ſeu alio quodam inſtrumentorum genere, uſum navium præbente. *Heſychius*: Σχεδία, μικρὰ ναῦς. & paulò pòſt, ὅτω λέγεται καὶ ἡ εἰκαίως πεποιημένη ναῦς. Similiter *Suidas*. Et *Euſtathius* ad *Hom.* Il. ε'. p. 516. Σχεδία, inquit, ἡ δι' ὀλίγου συμπαγεῖσα ναῦς. Eſt nimirum σχέδιος adjectivum, denotans *tumultuarium opus, ſeu quid ſubitò factum ex materiâ, quæ σχεδὸν ſeu ad manus eſt.*

2 Διφθέρας, ἃς εἶχον &c.] Simili ad trajiciendum Hydaſpen adparatu uſum eſſe Alexandrum tradit *Arrianus* l. 5. *exped.* c. 12. Αὐτὸς δὴ (Ἀλέξανδρος) —— ἄγων ἐπὶ τοὺς ναῦσιν καὶ τὴν ἄκραν, ἔνθεν διαβαίνειν αὐτοῖς ἦν ἐγνωσμένον. Καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦντο τὰ νυκτὸς αἱ διφθέραι τὰ κάρφης ἐκ πολλῆς ἤδη παρεσκευασμένης, καὶ κατεράπτοντο ἐς ἀκριβειαν.

3 Τῆς καλάμης] *Phavorinus*: Κάρφη, ὁ ξηρὸς καὶ κοῦφος χόρτος. Similiter *Suidas*: utroque, opinor, locum hunc Xenophontis reſpiciente.

4 Ἐκ τοῦ βαλάνου &c.] *Etymol.* M. Βάλανος, ὁ τῶν δρυῶν καρπός. Pleniùs & adcuratiùs *Phavorinus*: Βάλανοι, οἱ τῶν δρυῶν ὁ καρπὸς, & ὁ τῶν φοινίκων. *J. Poll.* l. 1. c. 12. Ὁ δὲ καρπὸς, (οὗ φοίνικος) ὁ μὲν τοῦ ἄρρενος, ψὰξ: ὁ δὲ τῆς θηλείας, βάλανος. Cæterùm, ex palmis etiam *Plinius* l. 13. c. 4. *in Oriente vina* expreſſa tradit. In orbe Orientali Babyloniæ Arabiæque palmas præcipuam obtinere nobilitatem docebit *Diodor. Sic.* l. 2. p. 136. Vide ſis K. Π. p. 522. n. 1.

5 Πληγὰς ἐνέβαλεν] Lege ſcripta p. 30. n. 4.

ἐνέβαλεν· ὁ δ' ἐλθὼν πρὸς τὸ ἑαυτῶ στράτευμα, ἔλεγεν· ἀκού-
σαντες δ' οἱ στρατιῶται, ἐχαλέπαινον, & ὠργίζοντο ἰσχυρῶς τῷ
Κλεάρχῳ. Τῇ δ' αὐτῇ ἡμέρᾳ Κλέαρχος ἐλθὼν ἐπὶ τὸ διάβα-
σιν τοῦ ποταμοῦ, καὶ ἐκεῖ καταισχύνῃ τινὶ ἀγορᾶν,
ἀφιππεύει ἐπὶ τὸ αὐτοῦ σκηνιὼ διὰ τῶν Μένωνος στρατεύμα-
τος, σὺν ὀλίγοις [1] τοῖς περὶ αὐτόν· (Κῦρος δ' ὅπου ἦκεν, ἀλλ'
ἔτι πορεύεται) τῶν δὲ Μένωνος στρατιωτῶν ξύλα σχίζων τις,
ὡς εἶδε τὸν Κλέαρχον [2] διελαύνοντα, ἴσχει τῇ ἀξίνῃ· & ὃς μὲν
αὐτοῦ ἥμαρτεν· ἄλλῳ δὲ λίθῳ, καὶ ἄλλῳ· εἶτα πολλοί, κραυγῆς γενομένης. Ὁ δὲ καταφεύγει εἰς τὸ ἑαυτῶ στράτευμα; & εὐθὺς [3] παραγγέλλει εἰς τὰ ὅπλα· καὶ τοὺς μὲν ὁπλίτας ἐκέ-
λευσεν αὐτοῦ μεῖναι, τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ γόνατα θέν-

† Suidas. Voc. Παραγγέλλουσας.

injecit; is ad exercitum ſuum reverſus, *rem* exponit; quâ milites auditâ moleſtè ferebant, & Clearcho graviter iraſcebantur. Eodem die Clearchus cùm ad trajectum fluminis acceſſiſſet, atque rerum venalium forum ibidem inſpexiſſet, ad tabernaculum ſuum per Menonis caſtra cum paucis circa ſe equo revehitur: (Cyrus autem nondum venerat, ſed adhuc erat in itinere) quidam verò è Menonis militibus, ligna qui ſcindebat, ut Clearchum *exercitum* perequitantem vidit, ſecuri *jactâ* petit *eum*: & ab eo quidem hic aberrat; verùm alius lapide, itémque alius: deinde multi, clamore excitato. At ille ad ipſius copias fugâ pervenit, ac ut ſtatim ad arma *concurrant*, *ſuis* edixit; & gravis quidem armaturæ milites iſtic manere juſſit, ſcutis ad genua poſi-

1 Τοῖς περὶ αὐτόν.] Scil. *amicis, familiaribus, comitibus*: quos iſtâ periphraſi creberrimè deſignant auctores. Vide ſuprà p. 51. Eandem & Latini locutionem imitantur. *Cornel. Nep.* in *Eumene* c. 10. *Sed non paſſi ſunt hi, qui circa erant*; ſcil. Antigoni *comites* ſive *familiares*. Terent. *Eunuchi* A. 3. Sc. 5. v. 33. — *paucæ, quæ circum illam eſſent*, &c. Similiter Hiſtorici paſſim. Cicero etiam Græcè dicit οἱ περὶ αὐτὸν, de Cæſaris ſtipatoribus; *Epiſt.* 52. ad *Attic.* l. 13.

2 Διελαύνοντα,] Pro quo *Suidas* ad v. Ἴσχει legit παριόντα. Fugit autem, ut alia multa, locus hic Cl. editorem Xenophonteus.

3 Παραγγέλλει εἰς &c.] Quidquid præcipiant imperatores, brevi complectantur oportet, monente cùm re ipſâ, tum artis tacticæ peritiâ; utì docent *Arrian.* Tact. p. 73. edit. Blanc. & *Ælian.* c. 53.

τας· αὐτὸς δὲ λαβὼν τὺς Θρᾷκας ϛ τὺς ἱππέας, οἳ ἦσαν αὐτῷ ἐν τῷ στρατεύματι πλείους ἢ τετταράκοντα, (τούτων δ' οἱ πλεῖστοι Θρᾷκες) ἤλαυνεν ὅπῃ τὺς Μένωνος, ὥστε ἐκείνους ἐκπεπλῆχθαι ϛ αὐτὸν Μένωνα, καὶ τρέχειν ὅπῃ τὰ ὅπλα. Οἱ δὲ καὶ ἕστασαν [1] ἀπορούντες τῷ πράγματι. [2] Ὁ δὲ Πρόξενος (ἔτυχε γὰρ ὕστερον προσιὼν, ϛ τάξις αὐτῷ ἑπομένη τῶν ὁπλιτῶν) εὐθὺς ὢν ἐς τὸ μέσον ἀμφοτέρων ἄγων, [3] ἔθετο τὰ ὅπλα, καὶ ἐδέετο τοῦ Κλεάρ-

tis: ipſe, adſumptis Thracibus & equitibus, ex quibus in exercitu erant ei plures quadraginta, (horum autem plurimi Thraces erant) *ſic* adverſùs Menonis *milites* provectus eſt, ut illi & Menon ipſe timore perculſi eſſent, & ad arma concurrerent. Stabant verò nonnulli, incerti prorſùs quid agerent. Proxenus autem (nam fortè tandem acceſſit, gravíſque eum armaturæ militum acies ſequuta eſt) *ſuos* ſtatim in medium inter utroſque ſpatium ducens, armis ritè diſpoſitis conſtitit, & Clearchum roga-

1 *Απορῦντες τῷ πράγματι.*] Nomen hoc, cum articulo ſuo, in MS. Eton. atque edit. Ald. deeſt: quibus tamen libri alii hunc rectè locum tribuêre. Eſt quippe familiaris auctoribus locutio. Noſter ſuprà pag. 25. *Κῦρος δὲ τούτοις ἀπορῶν τε καὶ* &c. *Plutarch. Ερωτ. διηγ.* p. 772. ſub init. *Απορῶν ὁ τῷ πράγματι ὁ Θεοφάνης.* ——

2 *Ο δὲ προέξενος — εὐθὺς ὢν* &c.] Epanalepſi ſubſervit hæc partic. utì & Marc. III. 31. Luc. XIX. 12. Joh. VI. 24.

3 *Εθετο τὰ ὅπλα,*] Ab *Amaſæo* peſſimè acceptus eſt hic locus. Græca quæ adduximus, cætera ut omittamus, Latinis his rependit, *in medios ſcuta projici jubet.* At *Leunclavius*, verborum, quam vulgârunt *Lexicographi*, interpretationem ſecutus, vertit, *arma deponebat*: rectè quidem, ſi *κατέθετο* legiſſet. Aliud verò hìc ſonant *πήσθαι τὰ ὅπλα*, nempe *armatus conſiſtere, armis inſtrui*, &c. Hanc phraſeos vim tandem intellexit *Leunclavius*; quippe qui paulò infrà, *τούτους ἦ πήσθαι τὰ ὅπλα περὶ τὸν αὐτῶν σκηνὸν*, reddidit, *qui cum armis tabernaculum ſuum circumſiſterent*: & lib. 7. ſub init. *πήσθε τὰ ὅπλα, armati conſiſtite*; & mox, *πήσθαι τὰ ὅπλα, in armis* ſuos *conſtituere.* Scholiaſtæ *Thucyd.* verba huc optimè quadrare videntur: is autem, l. 2. ineunte, *πήμενοι τὰ ὅπλα* poni dicit *ἀντὶ τοῦ, περιέμενοι ἑαυτοῖς.* *Ομηρος, Σάκει' ὤμοισιν ἔπηντο. ἀνάγκη γὰρ τὸ, μεταξὺ πολεμίων ὄντας, μὴ περικεῖσθαι τὰ ὅπλα. τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ τυχὸν ἐπάσχιζον αὐτὰ, ὡς σὺν ἐς τὺς πολεμίους ἦλθον, ἐνεδύσαντο.* Jam verò Menon licèt Clearchúſque nullo Proxenum odio proſequerentur, infeſtis tamen animis inter ſe jam jam concurrunt; ideóque neutiquam arma erant ei deponenda, qui ſe utriuſque temeritati interpoſuerat. Idem *Scholiaſta* l. 8. haud ità longè à fine, *πήμενοι τὰ ὅπλα*, exponit, *ὁπλισθέντες.* Similiter *Suidas πήμενος τὰ ὅπλα*, inquit, *ἀντὶ τοῦ περιήμενον, καὶ ὁπλισάμενον.* *Harpocration* eadem iiſdem verbis explicat: ubi vide quæ Cl. *H. Valeſius* notavit. *Ælian.* H. V. l. 3. c. 43. *Κροτωνιάται γὰρ ἐναντίον ὅπλα πήμενοι*, (Sybaritæ) *ἀνάστατοι ὑπ' ἐκείνων ἐγένοντο* — i.e. *Cùm enim adverſùm Crotoniatas arma cepiſſent*, &c. *Diodor. Sic.* l. 12. p. 116. *Καὶ τοῦ πλήθους* (Mega-

χου μὴ ποιεῖν ταῦτα. Ὁ δ' ἐχαλέπαινεν, ὅτι αὐτὸν ὀλίγου δεήσαντος καταλευσθῆναι, πρᾴως λέγοι τὸ αὐτοῦ πάθος· ἐκέλευέ τε αὐτὸν ἐκ τοῦ μέσου ἀπίστασθαι. Ἐν τούτῳ δὲ, [1] ἐπεὶ ἦκε Κῦρος καὶ ἐπύθετο τὸ πρᾶγμα, εὐθὺς ἔλαβε τὰ ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας, καὶ [2] σὺν τοῖς παροῦσι τῶν Περσῶν, ἦκεν ἐλαύνων εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει ὧδε· "Κλέαρχε καὶ Πρόξενε, καὶ οἱ ἄλλοι "οἱ παρόντες Ἕλληνες, οὐκ ἴστε ὅ, τι ποιεῖτε. Εἰ γάρ τινα ἀλ-

bat, nè hæc faceret. At ferebat ille graviter, quòd cùm parum abfuiſſet quin lapidibus obrueretur, leniter ipſius de caſu loqueretur: eúmque *adeò* de medio excedere jubebat. Intereà, cùm veniſſet Cyrus, ac rem intellexiſſet, mox ſumpſit in manus arma, & cum iis qui aderant Perſis in medium invectus eſt, & hujuſmodi quædam dicit: "Neſcitis *planè* quid agatis, Clearche "Proxenéque, ac Græci cæteri qui adeſtis. Nam ſi quam inter

(Megarenſium) χαλεπῶς καὶ τὸν αἵρεσιν καὶ τῶν μὴ συμμαχόντων τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ δὲ βοηθόντων τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐκήρυξέ τις ἀφ' ἑαυτοῦ, τοὺς ἐθελοντὰς πάντας τὰ ὅπλα μετὰ Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων, ſcil. *adverſùs Lacedæmonios* arma (*deponere* nemo certè dixerit, ſed) *capere, parata conſociare* cum Athenienſibus &c. *Heſychius*; Θέσθαι, ἑτοιμάσασθαι, i.e *parato, adparato*. Idem: πήγνυτο, παρεσκευάζοντο. *Phaverinus*: πήξαντες, παρασκευάζοντες. Eâdem de vi locutionis hujuſce teſtimonium poſtremò dicat *Demoſthenes*, κατὰ Μειδίου, p. 626. ὃ μόνον ἦν ταῦτ' ὑπῆρχεν αὐτῷ (Alcibiadi) ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ δήμου θέμενος τὰ ὅπλα, δὶς μὲν ἐν Σάμῳ, τρίτον δ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, τῶν &c. i. e. —— *ſed & ipſe pro populo ſumptis armis, bis* &c. Alias autem ejuſdem phraſeos ſignificationes, ſuis quamque locis evolvemus.

1 Ἐπεὶ ἦκε Κῦρος &c.] MS. Eton. ἐπήει καὶ Κῦρος καὶ —— εὐθὺς δὲ &c. cui lectionem vulgatam, cæterorum librorum auctoritate munitam, anteferendam cenſui. En verò Cyrum ipſum, qui, ſapientem utì decet, omnia prius, quàm arma, experiri ſolebat quóque potiſſimùm jubente, Clearchum Menonémque dicto fore audientes credi par eſt, armis ſe prius inſtruentem, quàm tantas componere lites adgreditur! Quâ igitur fiduciâ id inermis auſus eſſet ſibi Proxenus promittere, quod nonniſi ſumptis armis effici poſſe putavit Cyrus?

2 Σὺν τοῖς παροῦσι τῶν Περσῶν] Ità repoſui ex conjecturâ. Libri editi, quos vidi, omnes exhibent σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων. MS. Eton. pro πλείστων illo dat nihili verbum πιστῶν. *Stephanus, Leunclavius*, &c. inſulſæ iſti librorum hactenùs vulgatorum lectioni cùm in textu Græco, tum in verſionibus obſecuti ſunt. Haud ità *Muretus*; qui locum minùs ſanum eſſe ſuſpicatus, ordine vocum mutato, legit σὺν τοῖς πλείστοις τῶν παρόντων. Sed quantò aptior noſtra fuerit emendatio, quámque facilè πιστῶν in πλείστων, ſeu alterum illud verbi portentum degeneraverit, nihil attinet notare. Perſas autem Cyrum ſibi itineris comites adſciviſſe, ſuprà videre eſt p. 51. & alibi ſæpè.

"λήλοις μάχην συνάψετε, νομίζετε ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε
"καλαχεκόψεσθαι, καὶ ὑμᾶς ὀλίγου ἐμοῦ ὕστερον· καλῶς γὰρ τὰ
"ἡμετέρων ἐχόντων, πάντες ὅσοι, οὓς ὁρᾶτε, βάρβαροι πολε-
"μιώτεροι ἡμῖν ἔσονται τῶν νῦν βασιλῆ ὄντων." Ακούσας ταῦτα
ὁ Κλέαρχος, [1] ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο· καὶ παυσάμενοι ἀμφότεροι,
[2] καὶ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα.

Ενταῦθεν πορευόντων, ἐφαίνετο ἴχνη ἵππων καὶ κόπρος· εἰκά-
ζετο δὲ εἶναι [3] ὁ σίδος ὡς διχιλίων ἵππων. Οὗτοι πορευόντες

"vos pugnam conſeretis, exiſtimate & me hoc ipſo die, & vos
"non multò pòſt, ad internecionem cæſum iri: nam ſi res no-
"ſtræ malè ſe habeant, hi omnes, quos videtis, barbari nobis
"infeſtiores erunt, quàm ii qui à rege *ſtant*." Hæc cùm audîſ-
ſet Clearchus, ad ſe rediit; & ambo, facto iraſcendi fine, arma
ſuo loco poſuerunt.

Indè cùm procederent, equorum veſtigia ſtercúſque compa-
rebant: *ex quibus* conjecturam facientibus iter equorum pedi-
bus circiter bis mille tritum eſſe viſum eſt. Hi dum præibant, &

1 Ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο.] Jam utique reſederat effrenus ille animi impetus, quo in prælium ruerat & ultionem. Eam quoque lætitiæ, ex inopinatâ liberatione perceptæ, ſuiſſe vim, ut Apoſtolum mente ferè alienatum reddiderit, Hiſtoria nos ſacra docet, Act. XII. 11. ubi Petrus tandem dicitur γενόμενος ἐν ἑαυτῷ.

2 Καὶ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα.] Hoc quidem loco haud ità malè ſe habet verſio Leunclaviana phraſeos ſuprà modò excuſſæ: ideò tamen notanda venit, quòd καὶ χώραν prorſùs omiſerit: nam pro Græcis adlatis tantùm exhibet, *arma deponebant*. Pluribus ſanè, at ineptis, vertit *Amaſæus*: *utraque pars armis poſitis ad ſuas ſe cohortes recepit*. Illi, verborum utpote tenuitate laboranti, ſupplemento opus eſſe, hujus ornamenta ambitioſa cenſui recidenda. Καὶ χώραν hìc, opinor, valet καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν, i. e. *proprio* ſive *ſuo ordine*, & loco, ubi arma iter facientium, nec jam hoſtium impetum expectantium, diſponi par eſt: ὅτε ἐν χώρᾳ γε, ἐν ᾗ ἔτυχεν, (utì Noſter in Οἰκονομ. loqui ſolet) ἀλλ' ἔνθα περισπάσει, nullo *ſcil.* ab hoſtibus imminente periculo, Διαπεπαγμένα. Notandum verò illud παυσάμενοι dici ἐλλειπτικῶς pro παυσαμένους τῆς ὀργῆς. Plenè *Herodian.* l. 7. c. 27. — τῆς τε ὀργῆς ὁ δῆμος ἐπαύσατο, &c. cujus vice nominis participio uſus eſt Noſter K.Π. p. 494. — οἱ Χαλδαῖοι ἔδεισάν τε ἐκ τοῦ παραυτίκα καὶ ὀργιζόμενον.

3 Ο σίδος] *Amaſæo* eſt *globus*: legit itaque, opinor, σίφος. *Leunclavius* leviter adeò locum attigit, ut vocis σίδος vix & nè vix quidem ullum reliquerit veſtigium. *Heſych.* Σπίδος, πίδος, ὁδός, καὶ ἡ τοῦ ἴχνους ζήτησις. *Etymol. M.* auctori itidem eſt ὁδός· origine ductâ tam apud eum quàm *Phavorinum* ἀπὸ τοῦ σείδω, vel σίδω, τὸ πατῶ. Hoc loco denotat ὁδὸν, utì Noſter paulò infrà, σειόμενον, *iter pedum ſignis impreſſum* &c.

ἔκαμον ⸀ χιλὸν, ⸂καὶ⸃ εἴ τι ἄλλο χρήσιμον ἦν. Ὀρόντας δὲ [1]Πέρσης ἀνὴρ, γένει τε τοῦ τῶν βασιλέων, καὶ [2]τὰ πολεμικὰ λεγόμενος ⸀ ἐν τοῖς ἀρίστοις Περσῶν, ἐπιβουλεύει Κύρῳ, ⸀ πρόσθεν πολεμήσας. Καταλλαγεὶς δὲ οὗτος Κύρῳ, εἶπεν, εἰ αὐτῷ δοίη ἱππέας χιλίους, ὅτι τοὺς προκαταλαμβανόντας ἵππους ἢ καταλαμβάνοι ἂν ἐνεδρεύσας, ἢ ζῶντας πολλοὺς αὐτῷ ἕλοι, καὶ κωλύσειε τοὺς καίειν ἐπιόντας, καὶ ποιήσειεν ὥσε μή ποτε δύνασθαι αὐτοὺς, ἰδόντας τὸ Κύρου στράτευμα, βασιλεῖ ἀγγεῖλαι. Τῷ δὲ Κύρῳ ἀκούσαντι ταῦτα ἐδόκει ὠφέλιμα εἶναι· καὶ ἐκέλευεν αὐτὸν λαμβάνειν μέρος παρ' ἑκάστου τῶν ἡγεμόνων.

Ὁ δὲ Ὀρόντας, νομίσας ἑτοίμους αὐτῷ εἶναι τοὺς ἱππέας, γρά-

pabulum, & ſi quid aliud erat, uſui quod foret, exurebant. Orontas autem Perſa, qui genere regem adtingebat, & ad res bellicas quod attinet in principibus Perſarum ferebatur, Cyro parat inſidias, *ei* etiam anteà bellum molitus. Verùm is Cyro reconciliatus, aiebat, ſi mille ſibi traderet equites, aut ſtructis inſidiis equites *illos* incendiis præoccupata *omnia* pervaſtantes ſe interemturum, aut multos ex iis vivos capturum, ac prohibiturum nè invadendo *reliqua* incenderent, facturúmque *adeò* nè ii unquam, Cyri ubi exercitum conſpexiſſent, regi *id* renuntiare poſſent. Hæc cùm audîſſet Cyrus, viſa *ei* ſunt è re ſuâ futura: atque *adeò* juſſit eum à ſingulis ducibus *copiarum* partem accipere.

Orontas autem, ratus equites ſibi paratos eſſe, ad regem ſcri-

1 Πέρσης ἀνὴρ,] Similiter proprium nomen cum voce ἀνὴρ conjungitur Act. VIII. 27. ἀνὴρ Αἰθίοψ. ad quem locum Interpretes quidam lectores ſedulò monent de Hebræâ phraſeos origine; quam tamen Græcis uſitatam eſſe, æquè atque Noſter, docet *Herodot.* l. 9. c. 114. Οἰόδαζος ἀνὴρ Πέρσης, ὃς &c. Quin & eandem agnoſcunt Latini: *Cæſar* l. 1. B. G. c. 31. *Harudum millia hominum* &c. Similiter *A. Gellius* in argum. l. 8. c. 13. *homines Afri* &c.

2 Καὶ τὰ πολεμικὰ] Sic legendum olim viderunt *Stephanus* & *Muretus*, non πολέμια, quod hactenus locum hunc, repugnante ſententiâ, occupaverat. Natum eſſe errorem ex πολεμιώτερος, parvo quod intervallo præcedit, cum *Stephano* exiſtimaverim. Eandem verò vocem reſtituimus ex MS. Bodl. K. Π. p. 219.

φει ὑπολιὼ πρὸς βασιλέα, ὅπι ἥξοι ἔχων ἱππέας ὡς ἂν δύνηϳ πλείσυς. [1]ἀλλὰ φεράσαι τοῖς ἑαυτῦ ἱππεῦσιν ἐκέλδυεν, ὡς φίλιον αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. Εἰῆν δ' ἐν τῇ ὑπολῇ ϗ τῆς πρόσθεν φιλίας ὑπομνήματα καὶ πίσεως. Ταύτιν τὴν ὑπολιὼ δίδωσι πισῷ ἀνδρὶ, ὡς ᾠέτο· ὁ δὲ λαβὼν, Κύρῳ δείκνυσιν. Ἀναγνοὺς δὲ αὐτὴν Κῦρος, συλλαμβάνϛ [2]Ορόντιν, καὶ συγκαλῖ εἰς τὴν αὐτοῦ σκηνὴν Περσῶν τοὺς ἀρίσους τῶν πρὶ αὐτὸν ἑπτά· καὶ τὰς τῶν Ἑλλήνων σρατηγὰς ἐκέλδυεν ὁπλίτας ἀγαγεῖν, τύτοις δὲ [3]θέσθαι τὰ ὅπλα πρὶ τὴν αὐτοῦ σκηνήν. Οἱ δὲ ταῦτα ἐποίησαν, ἀγαγόντες ὡς τετρακισχιλίους ὁπλίτας. Κλέαρχον δὲ καὶ ἔσω παρεκάλεσε σύμβολον, ὅς γε καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκει

bit epiſtolam, venturum ſe cum equitibus quàm poſſet plurimis: at ſuis dici curaret equitibus hortatus eſt, ut ſe tanquam amicum exciperent. *Eâdem* in epiſtolâ *quædam* inerant, quæ priſtinæ amicitiæ fideſque memoriam renovarent. Hanc homini, quemadmodùm *ipſe* exiſtimabat, fideli tradit epiſtolam: *quam* ut acceperat is, Cyro oſtendit. Cyrus autem eam cùm legiſſet, comprehendit Orontam, & ad tabernaculum ſuum Perſarum circa ſe principes ſeptem convocat; juſſítque, Græcorum duces gravis armaturæ milites adducerent, híque ſuum ut circa tabernaculum armati conſiſterent. Hæc illi faciebant, adductis tribus circiter militum gravis armaturæ millibus. Clearchum etiam intrò vocatum in conſilium adhibebat, *quippe* qui tum ipſi tum cæ-

1 Ἀλλὰ] Hoc loco οὐκ ἀντίκειταί τινι, Scholiaſta utì *Thucyd.* ad l. 8. prope finem loquitur, iſta particula, ſed παραχειλδυσικὸν eſt. Cujus eadem eſt poteſtas apud *Ariſtoph.* νεφ. v. 367.

Ἔπειτα δ' ἐκέλδυσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυρίην λαβόντα,

Τῶν &c.

Levia ſunt hæc: neque tamen abs re fuerit eò nonnunquam devenire, ut vocularum hujuſmodi vires indicemus. Eodem ferè modo accipitur ἀλλὰ Marc. IX. 22. & *tamen* apud *Terent. Andr.* act. 5. ſc. 3. v. 23.

2 Ορόντην,] De nominis hujus terminatione variant ſubinde Xenophontis exempla typis impreſſa. Eandem diſcrepantiam in nominibus *Hyſtaſpas* & *Araſpas* apud K. Π. animadvertere eſt. MS. Eton. dat ubique Ορόντης. quod notâſſe ſat eſt.

3 Θέσθαι τὰ ὅπλα] Conf. dicta p. 56. n. 3.

τοῦ πιμπλῆναι μάλιστα τῶν Ἑλλήνων. Ἐπεὶ δ' ἐξῆλθεν, ἐξήγγειλε τοῖς φίλοις τὴν κρίσιν ὃν Ὀρόντης, ὡς ἐγίγνετο· ἦν γὰρ ἀπόρρητον ἦν. Ἔφη δὲ Κῦρον ἄρχειν ὧδε λόγου·

"Παρεκάλεσα ὑμᾶς, ἄνδρες φίλοι, ὅπως σὺν ὑμῖν βου-
"λευόμενος ὅ, τι δικαιότατον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀν-
"θρώπων, τοῦτο πρᾶξω περὶ Ὀρόντου [1] τουτί. Τοῦτον [2] γὰρ
"πρῶτον μὲν ὁ ἐμὸς πατὴρ ἔδωκεν ὑπήκοον ἐμοὶ εἶναι· ἐπεὶ
"δὲ ταχθεὶς, ὡς ἔφη αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ ἔτρε-
"πολέμησεν ἐμοὶ, ἔχων τὴν ἐν Σάρδεσιν ἀκρόπολιν, καὶ
"ἐγὼ αὐτὸν πρόσπολεμῶν ἐποίησα, ὥστε δόξαι τούτῳ τοῦ πρὸς
"ἐμὲ πολέμου παύσασθαι, [3] καὶ δεξιὰν ἔλαβον καὶ ἔδω-
"κα." Μετὰ ταῦτα, ἔφη, Ω Ὀρόντα, ἔστιν ὅ, τι σε ἠδίκηκα; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔ. Πάλιν ὁ Κῦρος ἠρώτα· Οὐκοῦν ὕστερον, ὡς αὐτὸς σὺ ὁμολογεῖς, οὐδὲν ὑπ' ἐμοῦ ἀδικού-

teris Græcos longè dignitate videretur antecellere. Cúmque ille de tabernaculo exiiſſet, quo pacto de Orontâ judicium factum fuiſſet, amicis narrabat; neque enim referre non licebat. Aiebat autem Cyrum in hunc modum dicere orſum eſſe:

"Advocavi *huc* vos, amici, ut conſilia vobiſcum conferendo,
"quod & ad deos & ad homines fuerit æquiſſimum, id de hoc
"Orontâ faciam. Hunc primùm pater meus meo ſub imperio
"eſſe voluit: poſteaquam verò fratris mei juſſu, quemadmo-
"dùm ipſe ait, bellum hic mihi fecerat, apud Sardes cùm tene-
"ret arcem, atque ego bello eum perſequendo effeceram, ut
"ſibi à bello in me *intento* deſiſtendum putaret, *tum denique* dex-
"tram & dedi & accepi." Poſt hæc, ait, Num quid eſt, iniquè quod in te, Oronta, feci? Non eſt, reſpondit is. Rurſùs interrogabat Cyrus; Ergo deinceps, utì tute ipſe fateris, nec à me læ-

1 Τουτί.] *Phavorinus*: Οὕτω, αὖτη, τοῦτο, — δείκνυται τὸν προσχηματισμὸν τοῦ ι, διὰ πλείονα δῆξιν.

2 Τοῦτον γάρ] Vide notata Κ. Π. p. 222.

3 Καὶ δεξιὰν ἔλαβον &c.] Lege ſcripta Κ. Π. p. 252. n. 2.

μθμ@, ἅπασὰς εἰς Μυσοὺς, κακῶς ἐποίεις τὴν ἐμὴν χώραν ὅ, τι ἐδυνάω; Εφη ὁ Οροντης. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρ@, ὁπότ' αὖ ἔγνως τὴν σεαυτῦ δυνάμιν, ἐλθὼν [1] ἐπὶ τ τῆς Αρτέμιδος βωμὸν, [2] μεταμεμελῆσθαί σοι ἔφησθα, καὶ πείσας ἐμὲ, πιστὰ πάλιν ἔδωκάς μοι, καὶ ἔλαβες πρ' ἐμῦ; Καὶ ταῦτ' ὡμολόγει ὁ Οροντης. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀδικηθεὶς ὑπ'

sus, *nonne* factâ ad Myſos defectione, agrum meum, quacunque ratione poteras, infeſtâſti? Aiebat Orontes. Ergo, Cyrus inquit, cùm rurſùs vires tuas agnoſceres, *nonne* ad Dianæ aram profectus, *tui* te *facinoris* pœnituiſſe dixiſti, mihíque ut crederem adducto fidem, *quam* & à me accepiſti, dediſti rurſus? Hæc quoque faſſus eſt Orontes. Quânam igitur, ait Cyrus, à me ad-

1 Επὶ τ τ &c.] Opinor, *Epheſiorum*: cujus & templi & cultûs apud τὰς ἔξω paſſim decantata eſt celebritas. Ad aras & tutelæ & fidei firmandæ cauſâ, concurſum olim erat. Tradit quidem *Thucydides* l. 4. haud ità longè à fine, τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴν εἶναι τὰς βωμάς. At non hujuſmodi tantùm peccatorum reis perfugium præbebant. Tiberio certè imperante, *Crebreſcebat* (inquit *Tacitus* annal. l. 3. c. 60.) *Græcas per urbes licentia atque impunitas aſyla ſtatuendi: complebantur templa peſſimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adverſùm creditores; ſuſpectíque capitalium criminum receptabantur.* ubi vide ſis quæ notavit *Lipſius*, ejuſdemque notas ad *Nep.* in vitâ *Pauſaniæ* c. 4. necnon quæ collegit *Dempſterus* ad *Roſini* antiq. Rom. c. 13. l. 1. De aſylis in Republ. Hebræâ ſapientiſſimè inſtitutis adeundi ſunt Interpretes ad Num. XXXV. 6. Moris autem fuiſſe eorum, qui daturi fidem eſſent atque accepturi, ſeſe ad aras conferre, paſſim docent auctores. *Nepos* in vitâ *Hannib.* c. 2. *Faciam* (inquit Hamilcar, filium adlocutus) *ſi fidem mihi, quam poſtulo, dederis, ſimúlque ad aram adduxit, apud quam ſacrificare inſtituerat, eámque, cæteris remotis, tenentem, jurare juſſit, nunquam* &c. Conf. *Liv.* l. 35. c. 19. & *Val. Maxim.* l. 9. c. 3. Perſas ſanè veteres diis ſuis nullas poſuiſſe aras teſtatur *Herodotus* l. 1. c. 131. Idem etiam l. 8. c. 109. & *Diodor. Sic.* l. 11. p. 13. Deûm templa ruinis & ignibus à Dario priùs, deinde à Xerxe deleta fuiſſe tradunt. His accedit ferè *Strabo* l. 14. p. 941. qui omnia à Xerxe incenſa eſſe templa, πλὴν τοῦ ἐν Εφέσῳ, ait. Huic Deliam etiam addit Scholiaſta *Ariſtoph.* ad ἐκ. v. 409. cauſâ, quamobrem utrique pepercêre barbari, expoſitâ, — τῷ Δήλῳ καὶ τὴν Εφεσον ὁ διελυμήνατο· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος Απόλλων ἐνενόμιστο· ἡ δὲ Αρτεμις σελήνη. Perſis autem & Solem & Lunam numina fuiſſe, narrat *Herodotus* l. 1. c. 131. Cùm verò τοὺς κάτω τ Ασίας, ſive occidentales ejus maritimæque partes, Cyro fuiſſent a patre adtributa, ipſéque adeò Orontas hujus imperio ſubjiceretur; haud mirum, ſi Dianæ Epheſiæ, cujus maximè inclitum erat fanum, honorem uterque habuerit.

2 Μεταμεμελῆσθαί σοι] Ità reſcribendum curavi, ex conjecturis *Stephani*, *Leunclavii* & *Mureti*. Priùs legebatur μεταμεμέληταί σοι quod ferri non poteſt, niſi vel poſueris, ἐν ante verbum, vel σοὶ mutaveris in μοι.

ἐμοῦ, νυνὶ [1] τοτεῖτον ὑπεβουλεύων μοι φανερὸς γέγονας; Εἰπόντος δὲ τοῦ Ὀρόντου ὅτι οὐδὲν ἀδικηθεὶς, ἠρώτησεν ὁ Κῦρος αὐτὸν, Ὁμολογεῖς οὖν σοὶ ἐμὲ ἄδικος εἶναι; Ἡ γὰρ ἀνάγκη, ἔφη ὁ Ὀρόντης. Ἐκ τούτου πάλιν ἠρώτησεν ὁ Κῦρος, Ἐπ' ὄν ἂν γένοιο τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ πολέμιος, ἐμοὶ δὲ καὶ φίλος καὶ πιστός; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι σοὶ εἰ γενοίμην, ὦ Κῦρε, σοί γ' ἂν ἔτι ποτὲ δόξαιμι.

Πρὸς ταῦτα ὁ Κῦρος εἶπε τοῖς παροῦσιν· Ὁ μὲν ἀνὴρ τοιαῦτα μὲν πεποίηκε, τοιαῦτα δὲ λέγει· ὑμῖν δὲ σὺ πρῶτος, ὦ Κλέαρχε, ἀπόφηναι γνώμην ὅ, τι σοὶ δοκεῖ. Κλέαρχος εἶπε τάδε· Συμβουλεύω ἔγωγε τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι ὡς τάχιστα· ὡς μηκέτι δέοι τοῦτον φυλάττεσθαι, ἀλλὰ σχολὴ ἡμῖν, [2] τὸ καταὶ τοῦτον εἶναι, τοὺς ἐθέλοντας φίλους τοῦ-

fectus injuriâ, tertiùm modò insidias mihi struere manifestò deprehensus es? Cùm nullâ se adfectum injuriâ diceret Orontes, Cyrus eum interrogavit, Ergóne te fateris in me injurium esse? *Id* quidem certè necesse est, ait Orontas. Deinde Cyrus rursùm interrogavit, Etiámne ergo fratri meo fueris hostis, mihi verò amicus & fidus? Tametsi *maximè* fuerim, respondit is, tibi tamen, Cyre, non ampliùs unquam videbor *fidus*.

Ad hæc *verba*, Cyrus iis, qui aderant, dicit; Iste talia fecit, talia profert: vestrûm verò tu primus, Clearche, *tuam* sententiam, tibi quidquid videtur, exponito. Et Clearchus hæc dixit; Equidem auctor sum, ut vir hic quamprimùm è medio tollatur; nè posthac necesse sit ab eo *nobis* cavere; sed otium nobis *sit*, quod ad hunc attinet, in eos, qui amici nobis esse volunt, bene-

1 Τοτεῖτον] Hoc ex genere τῶν διπλογυμμένων est; quibus adnumeres licet καταυλοπέρας suprà p. 5. De vocibus istiusmodi, vide, si libet, K. Π. p. 474. n. 2. Similiter ἐκποδὼν paulò post adverbiali formâ scribitur.

2 Τὸ καὶ τοῦτον εἶναι, &c.] Abundat hìc εἶναι, *Thucyd.* l. 2. prope finem, τὸ δὲ ἀγῶνα ἐν οὐ κόλπῳ ἐκὼν εἶναι ποιήσομαι, &c. ubi *Schol.* τὸ εἶναι παρέλκει, Ἁπλῶς. Idem ad τὸ ἐπὶ σφᾶς εἶναι, l. 4. haud longè ab init. eadem repetit. Similiter Noster K. Π. p. 127. ἐδὲ μιλῶ φίλοις γε, ἐδὲ ξένοις ἐκὼν εἶναι γέλωτα παρέχειν. Cæterùm, post ἐθέλοντας, εἶναι repeti debere putat *Leunclavius*: cui quidem haud invitus acce-

τες εὖ ποιεῖν. Ταύτῃ δὲ τῇ γνώμῃ ἔφη ⸌ τὰς ἄλλας [1]ψηφίσθαι. Μετὰ ταῦτα κελεύοντος Κύρου ἐλαύνοντο [2]τ ζώνης τ Ορόντιν, ὅτι θανάτῳ, ἅπαντες ἀνασάντες, καὶ οἱ συγγενεῖς· ἔπειτα ὃ ἄξων αὐτὸν οἷς προσετάχθη. Επεὶ δ' εἶδον αὐτὸν [3]οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν, καὶ τότε προσεκύνουν, καίπερ εἰδότες ὅτι [4]ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο. Επεὶ δὲ εἰς τὴν Αρταπάτα σκηνὴν εἰσήχθη, τῷ πιστοτάτῳ τοῦ Κύρου [5]σκηπτόχων, μετὰ

ficia conferendi. Huic autem ſententiæ *Clearchus* aiebat & cæteteros *calculum* adjeciſſe. Poſt hæc ſurgentes univerſi, *in his* etiam *iſtius* propinqui, Cyro jubente, zonâ Orontam, in necis *ei mox inferendæ* indicium, prehenderunt: deinde quibus id negotii datum erat, eum educebant. Quem cùm viderent *ii*, qui priùs *eum* venerabantur, etiam tunc venerati ſunt, tametſi *eum* ad mortem duci intelligerent. Cùm autem introductus in Artapatæ, de Cyri ſceptuchis fideliſſimi, tabernaculum fuiſſet, nemo

accederem, ni verbum illud ſæpiſſimè per ellipſin omitti vidiſſem. Lege ſcripta p. 27. n. 3. Notandum etiam eſt MS. Eton. poſt χολὴ habere ᾖν, quod, ſi in ᾖ vel εἴη mutaveris, ferri poſſit: pro τὰς ἐθελοντὰς *Muretus* legit τὰς ἐθελοντάς: cui accedit *Steph.* qui & ᾖ poſt χολὴ addendum putat, & δέῃ pro δέοι reponendum.

1 Ταύτῃ τῇ γνώμῃ —— ψηφίσθαι.] *Scil.* τὴν ψῆφον. quæ deſunt itidem in *Sophocl.* Philoct. ſub fin. Κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ πίθεμαι. *Lucian.* in *bis accuſ.* p. 753. Παράδοξον ἐδόκει εἶναί τινα καὶ τῇ Μήδῃ τιθέμενον. Idem in *Piſcat.* p. 208. σὺ ψηφιεῖσαι τὴν σαυτῆς — ſcil. ψῆφον. Eadem occurrit ellipſis *Lucæ* XXIII. 51. Οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν. Reſpicit autem ſententiam ferendi rationem, uſu quæ vigebat in primis apud Athenienſes; quibus

*Mos erat antiquus, niveis atríſque lapillis,*
*His damnare reos, illis abſolvere culpâ.*
Ovid. *Met.* l. 15. v. 41, 42.

2 Ελαύνοντο τ ζώνης &c.] Moris fuiſſe Perſarum, ut qui capite damnati eſſent, zonâ prehenſi ad ſupplicium traderentur, teſtatur apertè *Diodor.* etiam *Sic.* l. 17. p. 510. Τῷ ᾗ θυμῷ τὸ συμφέρον ἀφαιρεμένῳ, ὁ μὲν Δαρεῖος, ἐπιλαβόμενος τ τῆς Χαλδήμου ζώνης, καὶ τ τῶν Περσῶν νόμων, παρέδωκε τοῖς ὑπηρέταις, καὶ πρόσταξεν ἀποκτεῖναι. Cæterùm, ἐπὶ θανάτῳ, elliptica videtur eſſe locutio, in hunc ferè modum ſupplenda, ἁλισκομένῳδίκῃ ἐπὶ θανάτῳ δικασθῆναι: niſi forſan ſubintelligendum fuerit tantùm ἁπτιχθησόμενον vel ἀχθησόμενον. quæ cum ἐπὶ θανάτῳ conjungi ſolent.

3 Οἵπερ πρόσθεν προσεκύνουν,] Conſule, ſi libet, K. Π. p. 284. n. 2. & p. 596. n. 4.

4 Επὶ θανάτῳ &c.] Intelliguntur hæ ſæpè voces in verbis ἄγεσθαι & ἀπάγειν. Act. XII. 19. Ηρώδης ᾗ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, ſcil. εἰς θάνατον, vel ἐπὶ θανάτῳ. Sic ἀπηγμένον abſolutè dicitur, pro ἀπηγμένον εἰς φυλακὴν, apud *Laërt.* l. 8. *ſegm* 85. Latinos etiam *ducere* eodem adhibere ſenſu diligenter docuit *Buchnerus* ad *Plin.* epiſt. de Chriſtianis l. 10. Plenè, utì Noſter, loquitur *Ælian.* H. V. l. 1. c. 30. ἰδὼν ᾗ πόρρωθεν ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ, —

5 Σκηπτόχων,] Vide ſis K. Π. p. 509. n. 3.

ταῦτα οὔτε ζῶντα Οξόντιῳ, ὅτε τεθνεῶτα οὐδεὶς πώποτε εἶδεν, οὐδ' ὅπως ἀπέθανεν οὐδεὶς εἰδὼς ἔλεγεν· εἰκάζον δ' ἄλλοι ἄλλως· τάφου δ' οὐδεὶς πώποτε ἀμφὶ ἐφάνη.

Ἐντεῦθεν ξὺν ἀναβάσει διὰ τῆς Βαβυλωνίας σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγας δώδεκα. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ σταθμῷ Κύρου ξύλλογον ποιεῖται τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων [1] ἐν τῷ πεδίῳ, περὶ μέσας νύκτας· (ἐδόκει γὰρ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἥξειν βασιλέα σὺν τῷ στρατεύματι μαχούμενον) καὶ ἐκέλευε Κλέαρχον μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως ἡγεῖσθαι, Μένωνα δὲ τὸν Θετταλὸν, τοῦ εὐωνύμου· αὐτὸς δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διέταττε. Μετὰ δὲ τὴν ξύλεξιν, ἅμα τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ αὐτόμολοι παρὰ μεγάλου βασιλέως ἦκον τες ἀπήγγελλον Κύρῳ περὶ τῆς βασιλέως στρατιᾶς. Κῦρος δὲ συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς τῶν Ἑλλήνων, συνεβούλευε τότε, πῶς ἂν τὴν μάχην ποιοῖτο· [2] καὶ αὐτὸς

qui *id* cognôrat, quo pacto interiiſſet referebat; alii aliter ſuſpicabantur: at ſepulcrum ejus nullum unquam adparuit.

Indè per Babyloniam caſtris tribus, paraſangas duodecim progreditur. Cúmque tertia metatus eſſet caſtra, Græcorum & barbarorum in planitie recenſum agit, ſub noctem mediam; (exiſtimabat enim regem mane inſequente prælii ineundi cauſâ cum copiis adfuturum) & Clearchum quidem cornu dextrum ducere jubebat; Menonem Theſſalum, ſiniſtrum: ſuos ſtruebat ipſe. Recenſu peracto, ut primùm dies inſequens illuxit, aderant magno à rege transfugæ, qui de exercitu regis Cyro nuntium adferebant. Cyrus convocatis Græcorum ducibus cohortiúmque præfectis, quo pacto pugnam faceret, ibi tum conſultabat; atque ipſe, quo *ea-*

1 Ἐν τῷ πεδίῳ,] *Babylonii*, nimirum, *in camporum patentium æquoribus habitabant*, auctore *Cicer.* Divin. l. 1. c. 42. Conf. ſcripta p. 45. n. 3.

2 Καὶ αὐτὸς παρήσει &c.] Ità MS. *Eton.* & edit. *Ald.* In aliis legitur ὁ αὐτὸς παρήσει &c. *Stephanus* exhibet ᾧ ἂν παρῇσι &c. margini tamen αὐτὸς adſcribendum curavit: à quâ ſcripturâ ſi diſcedendum fuerit, αὐτοῖς potiùs quàm αὐτὸς repoſuerim. Solet enim παραινεῖν cum dativo perſonæ conſtrui: K. Π. p. 221. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν μὲν παραινῶν ὁπλίτας &c.

παρήνεϲ ϑαῤῥύνων τοιάδε· "Ω ἄνδρες Ελληνες, ὐκ ἀνθρώπων
"ἀπορῶν βαρβάρων συμμάχους ὑμᾶς ἄγω, ἀλλὰ νομίζων
"[1] ἀμείνονας ϲ κρείττους πολλῶν βαρβάρων ὑμᾶς εἶναι, διὰ
"τοῦτο ϖροσελαβόμην. [2] Οπως οὖν ἔσεϑε ἄνδρες ἄξιοι τ῀ ἐλευθε-
"ρίας ἧς κέκτηϑε, καὶ ὑϖὲρ ἧς ὑμᾶς ἐγὼ εὐδαιμονίζω. Εὖ
"γὰρ ἴϲϑε, [3] ὅτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην ἂν ἀντὶ ὧν ἔχω ϖάντων
"καὶ ἄλλων ϖολλαϖλασίων. Οπως δὲ εἰδῆτε εἰς οἷον ἔρ-
"γεϑε ἀγῶνα, ἐγὼ ὑμᾶς διδάξω. Τὸ μὲν ϖλῆϑος, ϖολὺ, καὶ
"ϖολλὴ ϖραυγὴ βάϖασιν· -ἂν δ' ὑμεῖς ταῦτα ἀνάσχησϑε, τἄλλα ϲ αὐ-

*rum* confirmaret animos, hujuſmodi adhortatione uſus eſt: "*Ego*
"vos, Græci, non quòd barbarorum mihi deeſſet copia, ſocios
"belli duco, ſed quòd potiores præſtantioréſque multis vos bar-
"baris exiſtimarem, idcirco adſumpſi. Quamobrem *date, quæſo,*
"*operam*, ut vos eos præſtetis, qui libertate, quam obtinetis, &
"cujus gratiâ vos *equidem* beatos arbitror, digni ſitis. Certò
"enim ſciatis *velim*, me libertatem rebus, quas poſſideo, univer-
"ſis multóque etiam majoribus aliis anteferre. Verùm ut intelli-
"gatis quale vobis in certamen ſit veniendum, *eâ de re* vos ego do-
"cebo. Multitudo quidem *hoſtium* magna *eſt*, magnóque cum cla-
"more *adverſarios* invadunt: ea ſi ſuſtinueritis, quod ad cætera

cum accuſ. rei: *Thucyd.* lib. 1. de Pericle orationem habituro, — λέγειν τε τὰ ϖροήκοντα δυνατώτατος, ϖαρῄνει τοιάδε — cum utroque ſimul, iſtâ finitâ jam oratione, Οἱ δ' Αθηναῖοι νομίσαντες ἄριστα σφίσι ϖαραινεῖν αὐτὸν, —

1 Αμείνονας ϲ κρείττους &c.] *Scholiaſta* ad Ariſtoph. *Plut.* v. 25. σιώπησε, inquit, Αττικῶς ϖαράλληλα τεθέντα τὰ ἰσοδυναμοῦντα. Noſter duas iſtas voces ὐκ ϖαραλλήλως compoſitas adhibuiſſe videtur, ut ex geminatis verbis Græci ſe ſummum apud Cyrum obtinere locum omninò planè intelligerent.

2 Οπως ἂν ἔσεϑε &c.] Attica eſt ellipſis, νουμηνίᾳ ἔξωϑεν (utì loquitur Scholi. in *Ariſtoph.* Plut. v. 469) τῇ σκοπεῖτε, ἐπιμελεῖσθε, vel alio quodam his adfini verbo. Vide K. Π. p. 32, 245, 337, 374.

3 Οτι τὴν ἐλευθερίαν ἑλοίμην &c.] Hunc nempe ipſum, frater licèt fuerit Perſarum regis, mox poſteà δοῦλον vocatum invenies. Tale autem illud Ageſilaï dictum, *Hiſtor. Gr.* l. 4. haud longè ab init. Καί τοι ἐλευθέρου εἶναι, ἐγὼ οἶμαι ἀνταξιον τῶν ϖάντων χρημάτων. Pro ϖολλαϖλασίων, quod ſtatim ſequitur, in MSto Eton. necnon edit. *Ald.* & *Flor.* legitur ϖαραϖλησίων: quâ quidem lectione vulgatam eſſe aptiorem *Stephanus* rectè cenſuit. Noſter K. Π. p. 72. — ἀνθ' ὧν, εὖ οἶδ' ὅτι, ϖολλαϖλασίαν ἄλλην ἂν οὐκ ἂν δίζαιο *Amaſæum* etiam lectionem receptam in codicibus veteribus inveniſſe conſtat; nam locum vertit, — *omnia, ac ſi ea longè eſſent ampliora* —

"αἰσχύνομαι μοι δοκῶ οἵοις ἡμῶν γνώσεσθε τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ ὄν-
"τας [1] ἀνθρώπους. Ὑμῶν δ' ἀνδρῶν ὄντων, καὶ εὐτόλμων γε-
"νομένων, ἐγὼ ὑμῶν τ' μὲν οἴκαδε βελόμενον ἀπέναι τοῖς
"οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν· πολλοὺς δ' οἶμαι ποιήσειν
"τὰ παρ' ἐμοὶ αἱρήσεσθαι ἀντὶ τῶν οἴκοι."

Ενταῦθα Γαυλίτης παρὼν, Φυγὰς Σάμιος, πιστὸς δὲ Κύρῳ, εἶπε· "Καί μοι, ὦ Κῦρε, λέγουσι πινὲς ὅτι πολ-
"λὰ ὑποιχνῇ νεῦ, διὰ τὸ ἐν τοιούτῳ εἶναι τοῦ κινδύνου τοῦ
"παρόντος· ἂν δ' εὖ γένηταί τι, οὐ μεμνῆσθαί σε· ἔνιοι
"δὲ, οὐδ' εἰ [2] μέμνοιό τε καὶ βούλοιο, δώσεσθαι ἂν ἀπο-
"δοῦναι, ὅσα ὑποιχνῇ." Ακούσας ταῦτα ἔλεξεν ὁ Κῦ-
ρος· "Αλλ' ἔστι μὲν ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, [3] ἡ ἀρχὴ ἡ πα-

"me pudet etiam *dicere*, quales noſtros *hâc* in terrâ homines cogni-
"turi eſtis. Vos verò qui viri eſtis, ſi animoſos etiam voſmet præ-
"bueritis, faciam ego ut veſtrûm quicunque domum abire volue-
"rit, iis qui domi ſint ſuſpiciendus diſcedat; ut verò multi re-
"bus domeſticis apud me *capienda* antepoſituri ſint, effecturum
"me arbitror."

Hìc cùm adeſſet Gaulites, Samius exul, Cyro fidus; "Atqui,
"Cyre, ait, quidam te multa dicunt hoc tempore polliceri, quòd
"tali ſis in periculo *jam* imminente: ſed ſi res feliciter evene-
"rit, *promiſſorum* te non fore memorem. Nonnulli etiam *aiunt*,
"nec ſi & memineris & velis, poſſe te tribuere, quæ pollicearis."
Hæc Cyrus cùm audîſſet; "At certè nobis eſt, inquit, paternum

1 Ἀνθρώπους. Ὑμῶν δὲ ἀνδρῶν &c.] Ultima vox primæ illi opponitur apud *Philoſtr.* l. 1. c. 16. — φήσας, οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν, ἀλλὰ ἀνδρῶν, i. e. *non multitudine, ſed viris ſibi opus eſſe.* Sed ἀνὴρ paſſim eſſe ἀνδρεῖος, παιδνμος, ſeu ἀνδρικὸν ἔχων φρόνημα, eandemque *vir* apud Latinos poteſtatem habere, notiſſimum eſt.

2 Μεμνοιο] Vel deducendus hic optativus à verbo parum uſitato μέμνομαι, vel reponendum μεμνῆο. Noſter Κ. Π. p. 67. adhibet μεμνῆτο, tanquam à μεμνάομαι-ῶμαι. *Euſtathius* ad *Hom.* Il. ψ'. p. 1305. verbum μεμνέωτο ait ἢ ἀπὸ τοῦ μεμνέοιτο γίνεται κατ' ἔκθλιψιν τοῦ ο — ἢ ἀπὸ τοῦ μεμνῆτο ἐπιτηδευτοῦ τοῦ ε.

3 Η ἀρχὴ ἡ πατρῴα, &c.] Pro conſuetudine principum Orientalium, qui de ditione ſuâ magni-

"τερὰ, πρὸς μὲν τὴν μεσημβρίαν, μέχρις οὗ καῦμα
"ὐ δυνατὸν οἰκεῖν οἱ ἄνθρωποι· πρὸς δὲ ἄρκτον, μέχρις ὅτου
"καὶ χειμῶνα· τὰ δ' ἐν μέσῳ τούτων ἅπαντα [1] σατρα-
"πεύουσιν οἱ ἐμοῖ ἀδελφοῖ φίλοι. Ην δ' ἡμεῖς νικήσωμεν,
"ὑμᾶς δεῖ σοὶ ἡμετέρους φίλους τούτων ἐγκρατεῖς ποιῆσαι.
"Ωστε οὐ τοῦτο δέδοικα, μὴ οὐκ ἔχω ὅ, τι δῶ ἑκάστῳ τῶν φί-
"λων, ἂν εὖ γένηται, ἀλλὰ μὴ οὐκ ἔχω ἱκανὰς, οἷς δῶ.
"[2] Ὑμῶν δὲ τῶν Ελλήνων καὶ στέφανον ἑκάστῳ χρυσοῦν δώσω." Οἱ
δὲ ταῦτα ἀκούσαντες, αὐτοί τε ἦσαν πολὺ προθυμότεροι,
καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήγγελλον. Εἰσῆσαν δὲ πρὸς αὐτὸν οἵ τε
στρατηγοὶ καὶ τῶν ἄλλων Ελλήνων τινὲς, ἀξιοῦντες εἰδέναι τί
σφίσιν ἔσται, ἐὰν κρατήσωσιν. Ο δὲ, ἐμπιπλὰς ἁπάντων τὴν
γνώμην, ἀπέπεμπε. [3] Παρεκελεύοντο δ' αὐτῷ πάντες, ὅσοι-

"regnum, viri, in meridiem quà *ſpectat*, ad ea *pertinens* loca, in
"quibus propter calorem homines habitare nequeunt; quà in
"ſeptentriones, ad ea, in quibus propter hyemem *nemo habitat*:
"quæ in medio horum *jacent* omnia fratris mei amici ſatrapa-
"rum cum titulo & poteſtate obtinent. Quòd ſi nos vicerimus,
"ut vos amici noſtri his potiamini, efficiam æquum eſt. Itaque
"non id metuo, nè non quod ſingulis dem amicis, ſi *quidem* res be-
"nè geſta fuerit, habeam; ſed nè non ſatìs multos habiturus ſim,
"quibus dem. Vobis certè Græcis coronam etiam ſingulis au-
"ream dabo." Hoc cùm audîſſent *præfecti*, & ipſi multò alacrio-
res erant, & aliis *eadem* renuntiant. Porrò ingreſſi ſunt ad ip-
ſum tam duces quàm de Græcis cæteris quidam, qui ſcire cupe-
rent quid habituri eſſent, ſi vincerent. *Hos* ille, expletis om-
nium animis, dimittebat. Hortabantur autem eum omnes, qui-

magnificè loqui ſolebant, dicit hæc Cyrus. Conf. 2 Ephem. c. XXXVI. v. 23. & Dan. IV. 1. & Diſſertat. I. quam K. Π. præmiſimus, p. 36. extremam.

1 Σατραπεύουσιν οἱ] Vide ſis p. 2. n. 2.

2 Ὑμῶν δὲ τῶν &c.] Adi K. Π. p. 204. n. 2. Confer *Diodor. Sic.* l. 14. p. 252.

3 Παρεκελεύοντο δ' αὐτῷ &c.] Onoſander Στρατηγ. c. 33. Μαχέσθω δὲ, inquit, ὁ στρατηγὸς αὐτὸς σωφρονέστερον, ἢ μὴ τολμηρότερον, ἢ τὸ

τ

ὥσερ διελέγοντο, μὴ μάχεσθαι, ἀλλ' ὅπισθεν ἑαυτῶν τάττεσθαι. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ Κλέαρχος ὧδέ πως ἤρετο Κῦρον. [1] Οἴει γάρ σοι, ὦ Κῦρε, μαχεῖσθαι τὸν ἀδελφόν; Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, εἴπερ γε Δαρείου καὶ Παρυσάτιδός ἐστι [2] παῖς, καὶ ἐμὸς ἀδελφὸς, οὐκ ἀμαχεὶ ταῦτα ἐγὼ λήψομαι.

Ἐνταῦθα δὴ ἐν τῇ ὁπλίσει ἀριθμὸς ἐγίνετο τῶν μὲν Ἑλλήνων [3] ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακόσια· πελτασταὶ δὲ δισχίλιοι

cunque *cum ipso* colloquerentur, nè præliaretur *ipse*, ſed à tergo ſuorum ſubſiſteret. Atque hoc ipſo tempore Clearchus ità ferè Cyrum interrogabat: Exiſtimáſne, Cyre, fratrem *tuum* prælio tecum decertaturum? *Ità* profectò, inquit Cyrus, ſiquidem Darii & Paryſatidis filius eſt, & frater meus, non ſine prælio hæc ego conſequar.

Ibi verò cùm armis inſtruerentur, cenſebantur Græcorum, qui ſcutati erant, decem millia quadringenti; peltaſtæ bis mille

τὸ παράπαν ἀπιέναι ἢ τοῖς πολεμίοις εἰς χεῖρας ἰέναι. Καὶ γὰρ εἰ καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς ὑπέρθεντο ἀνδρίαν εἰσπέμψασθαι, τοσοῦτον ἐδέησαν ὠφελῆσαι δύναμιν στράτευμα μαχόμενος, ὅσον ἀπορίαν βλάψαι. Στρατηγὸν γὰρ γνώμη πλέον ἰσχύει. κ. τ. λ. *Polyænus* l. 2. c. 2. Κλέαρχος Κύρῳ μὲ συνεβούλευεν αὐτὸν μὲν μὴ κινδυνεύειν, ἀλλ' ἐφορᾶν τὴν μάχην· μαχόμενον γὰρ μηδὲν μέγα συμπράξαι τῷ σώματι παθόντα γ', πάντας ἀπολέσαι τοὺς μετ' αὐτοῦ. Et duci quidem capitis diſcrimen temerè neutiquam adeundum eſſe, paſſim docent Auctores: haud quiſquam enim eſt *omnium tam ignarus rerum, tam rudis in republicâ, tam nihil unquam nec de ſuâ, nec de communi ſalute cogitans, qui non intelligat*, imperatoris *ſalute* contineri *ſuam, & ex unius* ejus *vitâ pendere omnium*; utì *Cicero* ferè pro *Marcello* c. 7. Vidit id ſanè *Perdicca* apud *Curt.* l. 10. c. 6. *Illud ſcire debetis*, ait, *militarem ſine duce turbam corpus eſſe ſine ſpiritu.* Vide ſis quæ Craterus apud eundem dicit l. 9. c. 6. & de Cæſare *Lucan.* l. 5. v. 685 & ſeq.

1 Οἴει γάρ &c.] De poteſtate hujus particulæ vide K. Π. p. 74.

2 Παῖς,] *Moſchopulus*: λέγεται παῖς καὶ ὁ υἱός. Vide K. Π. p. 19. n. 1. *Heſych.* Παῖς, πᾶς ὁ φύσει υἱὸς ὢν πινός.

3 Ἀσπὶς] Pro ἀσπιδοφόροι &c. ut ἵππος apud *Herodot.* l. 7. c. 100. & alibi paſſim pro ἱππεῖς. *Pauſan.* l. 8. c. 51. ἱππέας δὲ καὶ πέλτας ἦγεν &c. pro πελταστάς. Noſter *Hiſtor. Gr.* l. 2. prope fin. Ἐγένοντο βάθος οὐκ ἔλαττον ἢ ἐπὶ πυτήκοντα ἀσπίδων. Similiter *abſtractum* pro *concreto* etiam Latinos apud auctores ſæpiſſimè legitur. Adi *Salluſt.* Catil. c. 14. *Cæſar.* de B. G. l. 7. c. 78. & quæ ibi notârunt viri eruditi. Eidem Græcanicæ generi elegantiæ adſcribenda ſunt θεραπεία pro οἱ θεράποντες Matt. XXIV. 45. Φῶς pro πεφωτισμένοι Eph. V. 8. & φείτομαι pro φειδόμενοι Gal. II. 9. Eph. II. 11. Phil. III. 3. & alibi ſæpè.

καὶ τετρακόσιοι· τῶν δὲ μετὰ Κύρου βαρβάρων δέκα μυριάδες, καὶ [1] ἅρματα δρεπανηφόρα ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. Τῶν δὲ πολεμίων ἐλέγοντο (εἶναι) ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα διακόσια. [2] Ἄλλοι δὲ ἦσαν ἑξακισχίλιοι ἱππεῖς, ὧν Ἀρταγέρσης ἦρχεν· οὗτοι δὲ αὐτοὶ περὶ αὐτὸν βασιλέως τεταγμένοι ἦσαν. Τοῦ δὲ βασιλέως στρατεύματος ἦρχον [c] ἄρχοντες, καὶ στρατηγοὶ, καὶ ἡγεμόνες τέτταρες, τριάκοντα μυριάδων ἕκαστος, Ἀβροκόμας, Τισσαφέρνης, Γωβρύας, Ἀρβάκης. Τούτων δὲ παρεγένοντο [3] ἐν τῇ μάχῃ ἐνενήκοντα μυριάδες, καὶ ἅρματα δρεπανηφόρα ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα· Ἀβροκόμας γὰρ ὑστέρησε τὴν μάχην ἡμέρας πέντε, [4] ἐκ Φοινίκης ἐλαύνων. Ταῦτα δὴ ἤγγελλον [5] πρὸς Κῦρον οἱ αὐτομολήσαντες ἐκ τῶν πολεμίων παρὰ μεγάλου βα-

quadringenti: barbarorum qui Cyro aderant centena millia, atque currus falcati circiter viginti. Hoſtium ferebantur eſſe duodecies centena millia, & currus falcati ducenti. Erant præterea equitum millia ſex, quibus Artagerſes præerat: hi verò ante regem ipſum erant diſpoſiti. Regii exercitûs imperatores & præfecti & duces quatuor erant, *quorum* unuſquiſque trecenta millia *ducebat*, Abrocomas, Tiſſaphernes, Gobryas, Arbaces. Verùm ex his *tantùm* noningenta millia, & currus falcati centum quinquaginta, prælio interfuerunt: nam Abrocomas poſt quintum diem quàm pugna commiſſa fuerat, ex Phœniciâ demum venit. Hæc Cyro nuntiabant ex hoſtibus ii, qui à rege magno ante

1 *Ἅρματα δρεπανηφόρα*] Adi K. Π. p. 419, & 492.

2 *Ἄλλοι δὲ ἦσαν* &c.] Utitur voce *ἄλλοι*, licèt equitum hoc loco non anteà meminiſſet: quâ de loquendi ratione vide p. 49. n. 3. Sic voce *cæteras* uſus eſt *Cæſ.* de B. C. l. 3. c. 32.

3 *Ἐν τῇ μάχῃ συνιόντα* &c.] Deeſt hìc μέρον: cujus de ellipſi vide ſis p. 44. n. 3. De numero copiarum conveniunt Noſtri & *Plutarchi* verba, p. 1014. non item *Diodori Sic.* l. 14. p 252. qui Ephorum ſecutus auctorem, Artaxerxem habuiſſe tradit, *τραπώτες σὺν ἱππεῦσιν ἐκ ἐλάττες τετρακόσιοι μυριάδων.*

4 *Ἐκ Φοινίκης ἐλαύνων*] Vide ſis p. 36.

5 *Πρὸς Κῦρον*] Rectiùs hæc, opinor, conſtruuntur cum *οἱ αὐτομολήσαντες*, quàm cum *ἤγγελλον*, quod cum ſuis compoſitis caſui perſonæ dativo ſæpiùs jungi ſolet. Sic in *Oeconom.* *παρὰ μὲν Κύρου ἀδεὶς λέγεται αὐτομολῆσαι πρὸς τὰ βασιλέα, παρὰ δὲ τοῦ βασιλέως, πολλοὶ μυριάδες πρὸς Κῦρον.* Lege & p. 65. lin. 11. Dicitur

σπλέως περὶ τῆς μάχης· καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ὕστερον ἐληφθησαν τῶν πολεμίων, ταῦτα ἤγγελλον. Ἐντεῦθεν ὁ Κῦρος ἐξελαύνει σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας τρεῖς, [1] συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι παντὶ, καὶ τῷ Ἑλληνικῷ καὶ τῷ βαρβαρικῷ· ἦν γὰρ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ μαχεῖσθαι βασιλέα· κατὰ μέσον τὸν σταθμὸν τοῦτον τάφρος ἦν ὀρυκτὴ, βαθεῖα, [2] τὸ μὲν εὖρος ὀργυιαὶ πέντε, τὸ δὲ βάθος ὀργυιαὶ τρεῖς. Παρετέταλτο δὲ ἡ τάφρος ἄνω ἀπὸ τοῦ πεδίου ὅτι δώδεκα παρασάγγας, μέχρι τοῦ [3] Μηδίας τείχους. [4] Ἐνθα δὴ εἰσὶν αἱ διώρυχες ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ ῥέουσαι· εἰσὶ δὲ τέτταρες, τὸ μὲν εὖρος πλε-

prælium transfugerant: & poſt prælium qui de hoſtium numero deinceps capti fuerunt, eadem nuntiabant. Hinc Cyrus caſtris unis, paraſangas tres progreditur, copiis univerſis, tum Græcis tum barbaris, inſtructis: nam hoc die regem prælium commiſſurum exiſtimabat; medio enim hoc diei itinere foſſa ducta erat, alta, latitudine quinque orgyarum, altitudine trium. Hæc autem per planitiem ſurſum verſùs ad paraſangas duodecim, uſque ad Mediæ murum, foſſa erat porrecta. Hoc loco ſunt alvei à Tigri fluvio fluentes; ſunt autem *numero* quatuor, latitudine plethri,

citur autem plenè οἱ αὐτομολήσαντες σὺν τῶν πολεμίων, pro caſu genitivo ſine præpoſitione; utì mox poſteà ellipticè ſcribitur, οἱ — τῶν πολεμίων; ſuprà p. 57. σὺν τοῖς παισὶ τῶν Περσῶν: & in *Ageſil.* haud longè ab init. Λακεδαιμονίων οἱ παρόντες. Cæterùm, pro παῦται illo ſtatim ſecuturo *Muretus* legit ταυταὶ.

1 Συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι] In his intelligè præpoſitionem σὺν, ſicutì in illis etiam *Hiſt. Gr.* l. 3. p. 287. ferè extr. Περιόντα δὲ τοῦ σὺν αὐτοῦ —— Confer Matt. VIII. 1. Marc. V. 2. Hæc autem omnia tibi exempla ſiſtunt caſûs, ut vulgò vocant, ablativi abſolutè poſiti. Plura qui deſiderat, adeat *Budæi* Comment L. G. p. 989.

2 Τὸ μὲν εὖρος ὀργυιαὶ &c.] Vide ſis p. 35. n. 2. *Plutarch.* aliter: ἦν γὰρ τάφρον εὖρος ὀργυιῶν δέκα, καὶ βάθος ἴσον, &c. pag. 1014.

3 Μηδίας τείχους.] Quo de muro Noſter infrà l. 2. ubi in quibuſdam libris legitur Μηδείας. Ità *Plutarchus*: *Diodorus Sic.* aliíque Μηδίας. Sed in nominum propriorum ſcripturâ paſſim variare ſolent exempla.

4 Ἐνθα δὴ εἰσὶν αἱ διώρυχες &c.] Ità MS. Eton. *Stephan.* & *Ald* editiones; in quibus tamen omnibus perperam legitur Πίχητος pro Τίγρητος. *Leunclav.* autem aliíque articulum ante διώρυχες malè omiſerunt. Hujuſmodi quidem διώρυχας poſtulabat ὁ ῥέων (*Strabonis* verba ſunt) ἔμπυρος ὅστε ἡ χώρα καὶ καυματηρά. Vide ſis *Strabon.* l. 16. pag. 1075.

ἁριᾶιαι, βαθεῖαι δὲ ἰσχυρῶς, & [1] πλοῖα πλεῖ ἐν αὐταῖς σταγωγά· ἐισβάλλουσι δὲ εἰς τὸν Εὐφράτην, ἀφαλείπουσι δὲ ἑκάστη παρασάγγην, γέφυραι δὲ ἔπεισιν.

Ην δὲ πρὸ αὐτὸν τὸν Εὐφράτην πάροδος στενὴ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς τάφρου, [2] ὡς εἴκοσι ποδῶν τὸ εὖρος. [3] Ταύτην δὲ τὴν τάφρον βασιλεὺς μέγας ποιεῖ ἀντὶ ἐρύματος, ἐπειδὴ [4] πυνθάνεται Κῦρον παραγελάυνοντα. Ταύτην δὴ τὴν πάροδον Κῦρός τε καὶ ἡ στρατιὰ πρῆλθε, [5] καὶ ἐγένοντο εἴσω τῆς τάφρου. Ταύτῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐμαχέσατο

profundi admodùm, atque navigia in eis frumentaria ferri solent: *iidem* in Euphratem influunt, & inter se parasangæ intervallo distant, pontésque sunt iis inditi.

Propter ipsum autem Euphratem transitus erat angustus inter fluvium ac fossam, latitudine ferè viginti pedum. Hanc fossam rex magnus pro munimento facit, posteaquam adventare Cyrum inaudîsset. Hunc verò transitum Cyrus cum exercitu superavit, atque intra fossam venerunt. Ac rex quidem eo die prælium non

1 Καὶ πλοῖα πλεῖ &c.] *Ammonius* Νῆες Πλοῖον διαφέρει —— τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγύλα, αἱ δὲ κωπήρεις & στρατιώτιδες. Scholiastæ *Thucyd.* lib. 2. haud longè à fine, ναῦς στρογγύλη est ἐμπορική, διὸ καὶ πολεμικῶν μακρότερα ὄντα. *Herodotus* etiam inter ναῦς & πλοῖα discrimen ejusmodi ponere videtur, l. 6. c. 48. —— χιλιόων νέας τε μακρὰς καὶ ἱππαγωγοὺς πλοῖα ποιεύντων. & l. 7. c. 1. πολλῷ τε πλείων ἐπιτάσσων ἐκάστοισι ἢ πρότερον παρέχειν & νέας τε καὶ ἵππους, καὶ σῖτα, καὶ πλοῖα. Exempla huc facientia ex *Thucydide* adferunt Lexicographi. Cæterùm, pro vulgatâ lectione *Muretus* reponit —— ἰσχυρῶς, ὡς καὶ πλοῖα πλεῖν &c. In istis verò διώρυξι navigia ferri posse ex *Strabone*, loco modò cit. colligere est: sed de his plura in *Dissertatione* operi præmissâ.

2 Ὡς εἴκοσι ποδῶν τὸ &c.] Confer suprà dicta p. 35. n. 2. & p. præced.

3 Ταύτην τὴν τάφρον &c.] K. Π. p. 217. Οἱ μὲν δὴ Ασύριοι —— τάφρον προεβάλλοντο· ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ βάρβαροι βασιλεῖς, ὁπόταν στρατοπεδεύωνται. Aliter fossæ hujus mensuram iniit *Diodor. Sic.* p. 252. atque *Xenophon* & *Plutarchus*, quorum inter se discrepantiam jam suprà indicavimus p. 70. n. 3. Ità verò *Diodorus*: ὀρύξας ἓν τάφρον, τὸ μὲν πλάτος πηχῶν ἑξήκοντα, τὸ δὲ βάθος ποδῶν δέκα, &c. Sed cùm alio atque alio modo ὀργυιῶν spatium sumi soleat, haud ità forsan inter se distant auctores isti, ut conditiones propiùs aliquantò ad se invicem accedendi respuant. Adi *Indicem* vocum ad mensuras &c. spectantium.

4 Πυνθάνεται] Præsenti hìc, opinor, & in verbo ποιεῖ, tempore usus est Noster, ut ob oculos ferè lectori celeritatem poneret, quam in ducendâ fossâ rex adhibendam curavit, ut primùm de Cyri adventu certior factus est. *Longinus* περὶ ὕψους sect. 25. Ὅταν γεμίσῃ τὰ παρειλημμένα τοῖς χρόνοις εἰσάγῃς εἰς γινόμενα & παρόντα, ἃ διήγησιν ἔτι τὸ λόγῳ, ἀλλ' ἐναγώνιον πρᾶγμα ποιήσεις.

5 Καὶ ἐγένοντο &c.] Adi p. 8. n. 3.

βασιλῆς, ἀλλ' ὑποχωρούντων φανερὰ ἦσαν ἔκ τε ἵππων καὶ ἀνθρώπων ἴχνη πολλά. Ἐνταῦθα [1] Κῦρος Σιλανὸν καλέσας τὸν Ἀμβρακιώτην μάντιν, ἔδωκεν αὐτῷ δαρεικοὺς τρισχιλίους, ὅτι τῇ ἑνδεκάτῃ ἀπ' ἐκείνης τὰς ἡμέρας πρότερον [2] θυόμενος, εἶπεν αὐτῷ, ὅτι βασιλεὺς [3] ὁ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν. Κῦρος δ' εἶπεν, Οὐκ ἄρα ἔτι μαχεῖται, εἰ μὴ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις μαχεῖται· ἐὰν δ' ἀληθεύσῃς ὑπισχνοῦμαί σοι δέκα τάλαντα. Τοῦτο τὸ χρυσίον τότε [4] ἀπέδωκεν, ἐπεὶ πρῆλθον αἱ

commiſit, ſed tum equorum tum hominum retrocedentium multa manifestò adparebant veſtigia. Hìc Cyrus, arceſſito Silano vate Ambraciotâ, daricos ei ter mille donavit, quòd *die* ante diem illum undecimo, conſultis priùs extis, dixiſſet ipſi, regem diebus decem *proximis* prælium non commiſſurum: *cui* reſponderat Cyrus, Non certè poſthac prælium commiſſurus eſt, iſtis ſi diebus non præliabitur: quòd ſi verum dixeris, decem tibi talenta polliceor. Aurum hoc ei tunc tradidit, cùm dies illi de-

1 Κῦρος Σιλανὸν &c.] *Philoſtrat.* de vitâ *Apollon.* l. 8. p. 349. edit. *Olear.* Ἐγένοντο μὲν γὰρ καὶ πρότερον σφαγίων μάντεις, ἀγαθοὶ τὴν τέχνην, καὶ οἷοι ὀνομάσαι, Μεγιστίας ἐξ Ἀκαρνανίας, Ἀρίστανδρος ἐκ Λυκίας, Ἀμπρακίαν ὁ Σιλανὸν ἤνεγκε. Καὶ ἐθύοντο, ὁ μὲν Ἀκαρνὰν Λεωνίδᾳ βασιλεῖ Σπάρτης· ὁ δὲ Λύκιος, Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· Σιλανὸς δὲ Κύρῳ, βασιλείας ἐρῶντι. Hujus Xenophon iterum meminit l. 5. operis hujus; ubi eum perfidiæ arguit.

2 Θυόμενος,] In editis pleriſque libris & MSto Eton. legitur πυθόμενος· ſed verbi πυνθάνομαι poſiti παθητικῶς deſunt exempla. Quod cùm animadvertit *Muretus*, legendum putabat πυθομένῳ: cui cum *Leunclavio* prætuli θυόμενος. Emendationem hanc nonnihil confirmant *Philoſtr.* verba in notâ præcedente citata; egregiè verò locus ille Xenophonteus, hujus Hiſt. l. 5. ubi in ejuſdem rei narratione, de ipſo Xenophonte dicitur: Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐθύετο, περὶ τινι εἰπεῖν τὸν στρατιωτῶν, Σιλανὸν παρακαλέσας ὁ Κύρου μάντιν γενόμενον, ὁ Ἀμβρακιώτην. Ὁ δὲ Σιλανὸς — ἐσκόπει ὁτιπάχιστα εἰς τὴν Ἑλλάδα ἀφικέσθαι· ὡς δὲ παρὰ Κύρου ἔλαβε τρισχιλίους δαρεικοὺς, ὅτε τὰς δέκα ἡμέρας πλήθουσι θυόμενος Κύρῳ διεσήμαινε. Imperatoris autem eſſe hoſtiarum exta inſpicere, tradit *Onoſander*: Μήτε δὲ εἰς πορείαν ἐξαγέτω τὸ στράτευμα — μὴ πρότερον θυσάμενος. Cæterùm, ex his locis conſtat, tria daricorum millia, & decem talenta inter ſe paria eſſe: quâ de re conſule Indic. vocibus *menſ.* & *pond.* explicandis deſtinatum.

3 Οὐ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν·] Elliptìcè dicitur pro Μετὰ δέκα &c.

4 Ἀπέδωκεν,] *Moſchopulus*: Λέγε (*ſcil.* præpoſ. ἀπὸ in compoſitione) ἐπὶ τῷ δίδοναι χρείας — οἷον, Ἀποδίδωμι, i. e. *tanquam debitum reddo, perſolvo.* Præmium autem hoc reddere, promiſſo tenebatur Cyrus. Plenè dixit, nec minùs eleganter, *Æſchines Socrat.* Κἂν μή τις θᾶττον ὡς χρέος ἀποδιδῷ τὸ ζῆν, ὡς ὀφειλόμενον ἡ φύσις ἐπισᾶσα σπουδάζει τῷ μὲν ὄψιν, τῷ δὲ ἀκοὴν, πολλάκις δὲ ἄμφω. *Dialog.* 3. *ſect.* 9.

δέκα ἡμέραι. [1] Ἐπεὶ δ' ὅπ τῇ τάφρῳ ὃν ἐκώλυε βασιλεὺς τὸ Κύρου στράτευμα διαβαίνειν, ἔδοξε ⸌ Κύρῳ ⸌ τοῖς ἄλλοις ἀπεγνωκέναι ⸌ μαχεῖσθ· ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ Κῦρος ἐπορεύετο ἠμελημμένως μᾶλλον. Τῇ ⸌ τρίτῃ ὅπ τε ⸌ ἅρματος καθήμενος ⸌ πορείαν ἐποιεῖτο, ⸌ ὀλίγοις ἐν τάξει ἔχων πρὸ αὐτοῦ· [2] τὸ ⸌ πολὺ ἀμφ' ἀνατεταραγμένον ἐπορεύετο, ⸌ τῷ ὁπλῶν τοῖς στρατιώταις πολλὰ ὅπ ἁμαξῶν ⸌ ὑποζυγίων ἦγετο.

Καὶ ἤδη τε ἦν [3] ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, καὶ πλησίον ἦν [4] ὁ σταθμὸς, ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας ἀνὴρ Πέρσης, τῷ ἀμφὶ Κῦρον [5] πιστῶν, ⸌ φαίνε-

cem præteriiſſent. Ubi verò juxta foſſam rex Cyri copias tranſitu non prohiberet, viſum eſt Cyro cæteríſque *eum* pugnandi conſilium abjeciſſe: itaque poſtero die Cyrus negligentiùs proficiſcebatur. Die tertio & in curru ſedens iter faciebat, & paucos *tantùm* ante ſe inſtructos habebat; pleruſque verò *exercitus* ejus acie perturbatâ procedebat, ac militum arma magnâ ex parte in plauſtris & jumentis vehebantur.

Jámque *adeò* id temporis erat, quo frequens *hominibus* forum eſſe ſolet, & in propinquo erat manſio, ubi *caſtris metatis* ſubſiſtere volebat, cùm Patagyas Perſa, *unus* ex fidis Cyri familiari-

1 Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τῇ &c.] Ità MS. Eton. edit. *Ald.* & *Steph.* cùm in *Leunclaviană* atque aliâ, ad ejus exemplar expreſſâ, legitur tantùm, Ἐπεὶ τῇ πάφρᾳ &c. & perperam vertitur: *Rex ubi Cyri copias foſſam trajicere non &c.* At neque ille foſſam trajecit, ſed τὴν παρόδον, μεταξὺ τῆς ποταμοῦ ⸌ τῆς πάφρας, & Græca ἐπὶ τῇ πάφρᾳ iſtam verſionem planè reſpuunt.

2 Τὸ ⸌ πολὺ &c.] Vide p. 42. n. 4. & *Onoſandr.* στρατηγ. c. 6.

3 Ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν,] Tempore *ſcil.* medio ferè inter mane & meridiem. Facto quodam, dum arma capiunt, intervallo, legimus, Καὶ ἤδη τε ἦν μέσον ἡμέρας. *Dio Chryſoſt.* orat. ſec. *de Gloriâ*, p. 614. edit. Morel. diviſo in quinque partes diei ſpatio, τὸν πλήθουσαν ἀγορὰν ponit inter τὸν & τὰς μεσημβρίας. Vide ſis quæ Cl. *Suidæ* editor notavit ad Ἀγορᾶς ὥραν. Tempus autem illud *Herodoto* eſt ἀγορῆς πληθώρη, l. 7. c. 223.

4 Ὁ σταθμὸς, ἔνθα &c.] Nomen illud hìc propriè ſonat, *Manſio, Statìva*: de quo pluribus agitur in *Indice* ſæpiùs adpellato. *Ælian.* H. V. l. 1. c. 32. Καὶ σὺ δὲ μοι (ſcil. Ἀρταξέρξῃ τῷ ἐπικαλεμένῳ Μνήμονι, Cyrique adeò hujuſce fratri) καταλύοντι ἐν τῷ σταθμῷ, è *regiorum*, opinor, iſtorum numero, de quibus copioſè *Herodotus* l. 5. c. 52 & ſeq.

5 Τῶν ἀμφὶ Κῦρον πιστῶν,] Ità MS. Eton. atque libri editi melioris notæ omnes. Sed cùm

Suidas. Ἀνά. σημαίνει καὶ τὸ καλά. Ξενοφῶν. Ἐλαύνων ἀνὰ κρατος ἱππου τὰ ἱππα. Hunc usurpasse etiam Suidas: Ἀγκράλος ἀνὰ κράτος. Ξενοφῶν, ἀντὶ τοῦ πάνυ ἐλαύνοντα.



ται ἐλαιώων κἀπὰ κράτος ἱδρωῶπι τῷ ἵππῳ· καὶ εὐθὺς πᾶσιν, οἷς ἐνετύγχανεν, ἐβόα καὶ βαρβαρικῶς καὶ Ἑλληνικῶς, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι πολλῷ παρέρχεται, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένος. [1] Ἐνθα δὴ πολὺς τάραχος ἐγίγνετο· αὐτίκα γὰρ ἐδόκουν οἱ Ἕλληνες, [2] καὶ πάντες δὲ, ἀπάντοις σφίσιν ὕπεσεῖσθαι. Καὶ Κῦρος τε καταπηδήσας ἐκ τοῦ ἅρματος τὸν θώρακα ἐνέδυ, καὶ ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον, τὰ παλτὰ εἰς χεῖρας ἔλαβε, τοῖς τε ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλεν ἐξοπλίζεσθαι, καὶ καθίσασθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἕκαστον. Ἐνθα δὴ σὺν πολλῇ σπουδῇ καθίσαντο, Κλέαρχος μὲν [3] τὰ δεξιὰ τοῦ κέρατος ἔχων, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ, Πρόξενος δὲ ἐχόμενος· οἱ δ' ἄλλοι

Suid. V. παλτά.

bus, advehi totis viribus equo ſudante proſpicitur; ſtatímque omnibus, in quos incideret, clamabat tum barbaricis tum Græcis vocibus, regem magno cum exercitu adventare, tanquam ad prælium committendum paratum. Ibi tum magnus factus eſt tumultus: exiſtimabant enim Græci, *cæteríque adeò* omnes, fore *ſtatim*, ut in ipſos inordinatos irrueret. Atque Cyrus etiam è curru cùm deſiliiſſet, loricam induit, equóque conſcenſo in manus palta ſumpſit, cæteríſque denuntiabat omnibus, ut armis ſeſe inſtruerent, & ſuo quiſque in acie loco conſiſteret. Ibi tum magno ſtudio conſtiterunt, Clearcho quidem, cui Proxenus erat proximus, cornu dextrum obtinente, propter Euphratem fluvium; ac

cùm *Stephanianæ* & *Leunclav.* editionum margines pro πιστῶν exhiberent πιστὶς, tandem inventus eſt, qui hanc ſcripturam, alteri immeritò prælatam, in textum recepit. Vulgata certè lectio ellipſcos ſeſe ope uſitatiſſimæ tuetur. Deficit enim hic vocula τὶς, ut ſæpè. Vide ſcripta p. 50. n. 5.

1 Ἐνθα δὴ πολὺς τάραχος &c.] *Plutarch.* in vitâ *Artax.* pag. 1014. τῶν πολεμίων, (Cyrum cum ſuis) ἀσυντάκτων καὶ ἀνόπλων (utì Noſter ſuprà paulò, τῶν ὅπλων τοῖς θραλλώτατς &c.) ἀφὼ τὸ θαῤῥεῖν καὶ καταφρονεῖν, ὀλιγωρήσαντας ἐξέπληξε καὶ συνετάραξεν (Artaxerxes,) ὥστε σὺν θορύβῳ καὶ βοῇ πολλῇ μόλις εἰς τάξιν καθίσαι τὸν Κῦρον.

2 Καὶ πάντες δὴ,] Vide notata K. Π. p. 82.

3 Τὰ δεξιὰ τοῦ κέρατος] Paulò infrà eſt τὸ δεξιὸν κέρας.

μῦ τῶτον· [1] Μένων δὲ, καὶ τὸ στράτευμα, τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχε τῶ Ελληνικῶ. [2] Τῶ δὲ βαρβαρικῶ, ἱππεῖς μὲ Παφλαγόνες εἰς χιλίους ἐσταν πρὸς Κλέαρχον ἐν τῷ δεξιῷ, καὶ τὸ Ελληνικὸν πελτασικόν· ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ, Ἀριαῖός τε ὁ Κύρου ὕπαρχος, καὶ τὸ ἄλλο βαρβαρικόν. Κῦρος δὲ, καὶ ἱππεῖς [3] μετ' αὐτὸν ἑξακόσιοι, κατὰ τὸ μέσον, ὡπλισμένοι θώραξι μεγάλοις, καὶ

post hunc *ſtabant* cæteri: Menon, *ſuo* cum agmine, lævum Græcarum copiarum cornu tenebat. De barbaricis, equites ad mille Paphlagones juxta Clearchum in *cornu* dextro ſteterunt, & Græci qui peltis uti conſueverunt: in *cornu* ſiniſtro tum Ariæus Cyri præfectus, tum reliquæ barbarorum copiæ. Cyrus ac ſexcenti cum eo equites medium *tenebant*, magnis muniti loricis, & femo-

1 *Μένων μέν, καὶ τὸ &c.*] Ità editiones *Stephan.* & *Leunclav.* quibus adſtipulatur verſio Gallica, de quâ poſteá. In *Ald.* quidem edit. legitur *Μένων δὲ τὸ* &c. omiſſâ conjunctionis particulâ: unde Cl. *Arnaud* conquerendi occaſionem adripuit, *nullum his bonum ineſſe ſenſum, neque ea inter ſe cohærere.* Meritò quidem, ſublatâ copulâ; quam tamen in editione, quâ ipſe uſus eſt, inventam immeritò diſſimulat: quâque in locum ſibi debitum admiſſâ, ſic ſatìs conſtabit ſenſus, cohærebit oratio. Illi verò *dubium non eſt, quin Xenoph. ſcripſerit, Μένων δὲ τὸ στρατεύματος εὐώνυμον κέρας εἶχε τῶ Ελληνικῶ.* credat, qui velit, non ego. Noſter de eodem præfecto ſuprà p. 15. *Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ* — p. 17. *καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας, ὃς Μένων εἶχε, καὶ αὐτὸν Μένωνα* — quos poſteà vocat ejuſdem *στράτευμα*, p 18. *ἐπεὶ ἤκουσε τὸ, τε Μένωνος στρατεύματος* — p 20. *δύο λόχοι τῶ Μένωνος στρατεύματος* ———

2 *Τῶ μὲν βαρβαρικῶ,*] Supple, *τὸ δὲ τῶ βαρβαρικῶ στρατεύματος*. Vide pag. 8. n. 1. & p. 70. n. 5.

3 *Μετ' αὐτῶ ἑξακόσιοι, καὶ τὸ μέσον, ὡπλισμένοι*] Ità locum ſupplendum cenſui: cùm priùs legeretur —— *ἑξακόσιοι ὡπλισμένοι* &c. omiſſis prorſus *κατὰ τὸ μέσον*: quæ quidem huic inſerenda loco putavit olim *Leunclavius*; nullâ tamen conjecturæ ſuæ muniendæ idoneâ ſatìs ratione adlatâ. At vetuſta Verſio Gallica, quæ præfert nomen *Pyrami de Candole*, cujuſque mira eſt Græcum erga exemplar fidelitas, voces, quas recepimus, exprimit: eaſdem quoque recipiendi conſilio favet omnino *Diodor. Sic.* quippe qui de re eâdem ſcripſerit hæc: *Αὐτὸς δὲ Κῦρος ἐπέταττε κατὰ μέσην τὴν φάλαγγα, τὲς* &c. Idem paulò infrà de *Artaxerxe* verba faciens, *καὶ δὲ τὸ μέσον*, ait, *αὐτὸς ἐτάχθη* — & mox de utroque duce — *Κατὰ μέσην τὴν τάξιν ἔτυχε μὲν ἀμφοτέρως τὲς περὶ βασιλείας ἀγωνιζομένες ταχθῆναι*. Porrò, cum vocibus, *κατὰ τὸ μέσον*, intelligendum eſt *ἐτάχθησαν*, vel *ἔστασαν* ex præcedentibus ἀπὸ τῶ κοινῶ repetendum: niſi quis pro *καὶ μέσον*, reponere malit *τὸ μέσον εἶχον*. Sic loqui amat Noſter. Infrà paulò: *συνεστρατευμένην ἔχων* (Cyrus) *τῷ περὶ σὺν ἑαυτῷ ἑξακοσίων ἱππέων τάξει, ἐπεμελεῖτο ὅ, τι ποιοῖ βασιλεύς· καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅτι μέσον ἔχοι τῶ Περσικῶ στρατεύματος. Καὶ πάντες δὲ οἱ περὶ βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν* &c. Similiter K.Π. p. 261. *αὐτὸς* (Cyrus maj.) *δὲ τὸ μέσον σὺν τοῖς Περσαῖς* &c. ubi vide quæ notavimus.

πλαμηδίοις, & κεφάλαις πάντες, πλὴν Κύρου. [1] Κῦρος δὲ, ψιλὴν ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς τὴν μάχην καθίστατο. Λέγεται δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πέρσας ψιλαῖς ταῖς κεφαλαῖς ἐν τῷ πολέμῳ διακινδυνεύειν. [2] Οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες, οἱ μὲν Κύρου, εἶχον καὶ προμετωπίδια καὶ προστερνίδια· εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς Ἑλληνικάς.

Καὶ ἤδη τε ἦν μέσον ἡμέρας, καὶ ὔπω καταφανεῖς ἦσαν οἱ πολέμιοι· ἡνίκα δὲ [3] δείλη ἐγίγνετο, ἐφάνη κονιορτὸς ὥσ-

rum tegumentis, & galeis omnes, præter Cyrum: at Cyrus nudo capite pugnam expectans conſtitit. Fertur etiam alios Perſas capitibus nudis aleam prælii ſubire. Habebant autem equi omnes, Cyro qui aderant, frontium pectorúmque munimenta; gladios etiam Græcos habebant equites.

Et jam meridies erat, nec hoſtes adhuc conſpiciebantur: verùm ubi poſtmeridianum tempus adpetiiſſet, pulvis viſus eſt, tan-

1 Κῦρος δὲ ψιλὴν &c.] Adjectivum hoc non capitis ornamentum omne, ſed κράνη tantùm, ſive bellica ejus tegumenta, Cyro Perſiſque denegat: indicátque adeò domi militiæque capita ipſorum pileis pariter, ſeu tiaris, non item galeis, fuiſſe obtecta. *Herodot.* l. 5. c. 49. ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντες (Perſæ) ἐχόντων ἐς τὰς μάχας, & κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι. *Strabo* quoque l. 15. p. 1067. eorum armaturam deſcribens, περὶ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτὸν eos habuiſſe tradit. Ex *Plutarcho* etiam, in vitâ *Artox.* p. 1016. Cyrum hunc, tiarâ capiti priùs impoſitâ, pugnam iniiſſe conſtat: nam, ἀποπίπτει δὲ τ κεφαλῆς, inquit, ἡ πάρα τοῦ Κύρου — Aliàs autem de κράνεσι eorum χαλκοῖς legimus apud *Herodot.* l. 7. c. 84. & *Xenoph.* K. Π. p. 471.

2 Οἱ δ' ἵπποι ἅπαντες &c.] Vide K. Π. p. 472. 462. atque ibi notata.

3 Δείλη] *Thomas Magiſter*: Δείλης ἑῴας, & δείλης μεσημβρίας, καὶ δείλης ὀψίας, Ἀττικοί· τὸ δὲ, ἀπὸ δὲ δείλης ὀψίας, δείλης μόνον λέγειν ἁπλῶς Ἑλληνικόν. Ità *Phavorinus* etiam. Λέξις *Attic.* Δείλης πρωΐας, τὸ μετὰ ἕκτην ὥραν· δείλης ὀψίας, πρὸς ἑσπέραν. Κατ' ἰδίαν δὲ δείλης ἁ λέγουσιν οἱ Ἀττικοί· λέγεται μόνον δείλης καθ' ἑαυτὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησι: *ſcil.* ἀντὶ τῆς δείλης ὀψίας, ut ille ſuprá. Dicendum itaque videtur, vocem δείλη, hoc quæ loco adhibetur ἁπλῶς, denotare δείλην πρωΐαν, i. e. *tempus pomeridianum, quod incipit ſtatim ab inclinatione ſolis primâ in veſperam à meridie.* Lexicon Gr. Lat. vetus: δείλης, *meridie*, ſcil. inclinante; cui ſtatim ibidem opponitur δείλη πρὸς ἑσπέραν, *crepuſculum.* Heſych. Δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου· Δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἄριστον ὥρα. Ità ferè *Suidas*, qui in exemplum locum hunc Xenophontis adduxit; ubi minùs rectè Cl. editor δείλη expoſuit *veſpertinum tempus.* Rectè atque ordine μέρη hæc ἡμέρας diſpoſuit *J. Pollux* l. 1. c. 7. *ſegm.* 68. —— ἡλίου ὑπὲρ κεφαλῆς ἑστῶτος, κλίνοντος εἰς τὰ μεσημβρινὰ τοῦ θεοῦ, δείλης, δείλης ὀψίας —— *Dio Chryſoſt.* loc. paulò ſuprà cit. diviſione diei factâ, primo loco memorat πρωΐ, 2. πληθούσαν ἀγορὰν, 3. τὰς μεσημβρίας, 4. δείλην, 5. ἑσπέραν.

Atque

περ νεφέλη λευκὴ, [1] χρόνῳ ὃ ὲ συχνῷ ὕστερον, ὥσπερ μελανία τις ἐν τῷ πεδίῳ [2] ἐπιπολύ. Ὅτε ὃ [3] ἐγγύτερον ἐγίγνοντο, τάχα δὴ ὡς [4] χαλκός τις ἤστραπε, καὶ αἱ λόγχαι, καὶ αἱ τάξεις καταφανεῖς ἐγίγνοντο. Καὶ ἦσαν [5] ἱππεῖς μὲ λευκοθώρακες ἐπὶ ξ εὐωνύμου τ πολεμίων· (Τισσαφέρνης ἐλέγετο τούτων ἄρχειν) ἐχόμενοι δὲ τούτων, γερροφόροι· ἐχόμενοι ὃ ὁπλῖται [6] σὺν ποδήρεσι ξυλίναις ἀσπίσιν· (Αἰγύπτιοι ὃ ὅτι ἐλέγοντο εἶ) ἄλλοι δ' ἱππεῖς, ἄλλοι τοξόται. [7] Πάντες δὲ οὗτοι κζ ἔθνη,

quam nubes albicans, & haud longo pòst tempore, tanquam nigror quidam per campum latè *diffusus*. Cùm verò propiùs accessissent, statim & æreum quiddam fulgebat, & hastæ & ordines jam conspiciebantur. Et equites quidem lævo in hostium *cornu* loricis erant albis induti: (quibus Tissaphernes præesse dicebatur) his proximi erant scuta qui gestabant Persica: *quos* proximè secuti *sunt* gravis armaturæ milites cum scutis ligneis ad pedes usque pertinentibus: (hi ferebantur esse Ægyptii) *deinceps* alii equites, alii sagittarii. Atque hi omnes *cùm* per gentes *dispo-*

Atque ista sanè divisio ad Xenophontis narrationem hanc, quæ primùm ἀγορὰν πλήθουσαν, deinde, μέσον ἡμέρας, & paulò pòst δείλωι exhibet, optimè convenit.

1 Χρόνῳ δ' ὃ συχνῷ &c.] Sic ex conjecturâ reposui. Priùs legebatur χρόνῳ δὲ συχνῷ. Sed vergente jam (utì rectè observavit *Leunclavius*) ad vesperam die, magnum tempus haud poterat locum habere. Huic emendationi adstipulatur etiam Versio Gallica vetus, quam suprà laudavimus; habet enim *puis en un instant &c.*

2 Επιπολύ.] Quod plenè & divisim scripseris ἐπὶ πολὺ ἄλσημα: hæc enim vox sæpè ἐλλείπει in βραχὺ, πολὺ &c. *Thucydides* lib. 2. haud ità longè à fine, — καὶ ἐπεδίωξαν ἐπὶ πολύ. Ubi *Scholiasta*: ἐπὶ πολύ· ἄλσημα, δηλονότι.

3 Εγγύτερον ἐγίγνοντο,] Vide sis quæ notavimus p. 8. ad v. παρεγγύτερον.

4 Χαλκός τις &c.] Adi p. 16. n. 1.

5 Ἱππεῖς μὲ λευκοθώρακες] Ejusmodi forsan induti thoracibus, quales descripsimus K. Π. p. 463. n. 1.

6 Σὺν ποδήρεσι &c.] Vide Κύρ. Παιδ. pag. 486.

7 Πάντες δὲ οὗτοι κατὰ ἔθνη, &c.] Hæc non minùs, quàm ἕκαστον ἔθνος, quæ statim sequuntur, ad verbum ἐπορεύετο referenda sunt. Eâdem ferè structurâ usus est Apostolus Gal. VI. 1. — ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον — σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ &c. Apud Nostrum itidem Ελλη. l. 4. haud longè ab init. ἥπις πίμπροι nomen plurativum πόλισι statim excipiunt: ἆθλα προὔθηκε ταῖς πόλεσι, ἥπις ἄριστον στράτευμα πέμποι. Q. Curt. l. 4. c. 12. sic ferè de exercitu Darii: *Pedites hinc patrium gentium non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias.*

[1]ἐν πλαισίῳ πλήρει ἀνθρώπων ἕκαστον ἔθνος ἐπορεύετο. [2]Πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα διαλείποντα συχνὸν ἀπ' ἀλλήλων, τὰ δρεπανηφόρα λεγόμενα· [3]εἶχον δὲ τὰ δρέπανα ἀπὸ τῶν ἀξόνων εἰς πλάγιον ἀποτεταμένα, καὶ [4]ὑπὸ τοῖς δίφροις εἰς γῆν βλέποντα, ὡς διακόπτειν ὅτῳ ἐντύχοιεν. [5]Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλῶντες καὶ διακόπτον-

*nerentur*, agmine quadrato, *eoque* viris pleno, gens quæque incedebat. Ante hos *agebantur* currus, longo inter ſe ſpatio diſtantes, qui falcati adpellabantur: falces *hi* habebant ab axibus in obliquum porrectas, & ſub ſellis in terram ſpectantes, ut in quamcunque rem incidiſſent, *eam* diſcinderent. Erat autem hoc *ipſis* conſilii, ut *currus iſtos* in ordines Græcorum agerent *eoſque*

1 Ἐν πλαισίῳ] *Scholiaſtes* ad *Thucyd.* l. 6. ferè medium: Ἐν πλαισίῳ, ἐν τετραγώνῳ σχήματι· *Heſych.* Πλαίσιον, ἡ ἐν τετραγώνῳ τῶν στρατιωτῶν τάξις. Vide ſis *Indic. Tactic.* K. Π. adjectum.

2 Πρὸ δ' αὐτῶν, ἅρματα &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 253. Ἀρταξέρξης ὁ υἱὸς Δαρείου τοῦ Φάλαγος παίσης ἔστησεν ἅρματα δρεπανηφόρα. *Plutarch.* p. 1014. Εὖ ὁ Ἀλέξανδρος κατὰ τὰς Ἐλλιπάδας ἔταξε δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα τοῦ τε ἑαυτοῦ Φάλαγος, ὡς πολὺν ἐν χερσὶ γενέσθαι, διακόψοντα τὰς τάξεις βίᾳ τῶν ἐπελάστων. Vide ſuprà p. 70. n. 1. *Suidas* locum hunc Xenophontéum citat ad v. Συχνὸν, quam ἀντὶ τοῦ πολὺ poni ait.

3 Εἶχον ὁ τὰ δρέπανα &c.] Libet hæc ex *Curtianâ*, l. 4. c. 15. prælii ad Arbela deſcriptione adducere: *Ipſe* (Darius) *ante ſe falcatos currus habebat: quos ſigno dato univerſos in hoſtem effudit; ruebant laxatis habenis aurigæ, quò plures non ſatìs proviſo impetu obtererent. Alios ergo haſtæ multùm ultra temones eminentes; alios ab utroque latere demiſſæ falces laceravêre.* Vide ſis eundem Auctorem l. 4. c. 9. ubi de iſtiuſmodi curribus agitur. Cæterùm pro ἀξόνων, in edit. Flor. & MSto Eton. perperam legitur ἀξίνων.

4 Τπὸ τοῖς δίφροις] *Phavorinus*: Δίφρος, τόπος ἢ ἁρμάτος· λέγεται ὁ δίφρος, ὡς οἱονεὶ διφορος, (in quo nempe duo illi, παραβάτης καὶ ἡνίοχος ſedebant) καὶ τριπλῆ καὶ συγκοπῇ, δίφρος· ἀπ' αὐτοῦ ὁ, ὡς καιριωτέρα μίξις, ἢ τὸ ὅλον ἅρμα δίφρος ἐλέγετο. Ità fere *Euſtathius, Etymol.* m. alii. Vide K. Π. p. 417 & ſeq.

5 Ἡ ὁ γνώμη ἦν, ὡς εἰς &c.] Lege modò ex *Plutarcho* adlata. *Demetrius* (utì dicitur) *Phaler.* Ἐρμῆν. ſect. 104. Πολλαχοῦ δὲ καὶ τὸ πλάγιον μεῖζον τοῦ εὐθέως· οἷον, Ἡ δὲ γνώμη ἦν, ὡς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλόντων (repone, ἐλῶντων) καὶ διακόψαντων· ἀντὶ τοῦ, διενοοῦντο ἐλάσαι καὶ διακόψαι. In libris quibuſdam ἐλόντων & διακοψάντων, in aliis ἐλθόντα & διακόψασθαι, leguntur. Sed διακοψόντων tam *Phalerei* quàm *Plutarchi*, loco paulò ſuprà cit. exemplarium auctoritate confirmatur: & ἐλῶντων elegantèr pro ἐλασόντων adhibetur. *Thomas Magiſter*: Ἐλάω καὶ ἐλῶ, ἀντὶ τοῦ ἐλαύνω Ἕλληνες λέγουσι· οἱ δὲ Ἀττικοὶ, ἀντὶ τοῦ ἐλάσω. *Ariſtophan.* ἐν Νεφέλαις v. 123. Ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῶν οἰκίας. ità fere & v. 800. utrobique pro ἐξελάσω. *Mœris Attic.* Ἐλῶ, Ἀττικῶς· ἐλάσω, Ἑλληνικῶς. Noſter in re ſtructurâque adeò ſimili utitur verbo ἐμβαλόντων K. Π. 419. Idem ejuſdem Hiſt. p. 438. δρέπανά τε σιδηρᾶ καὶ τοῖς ἄξοσι καθήρμοσται, ὡς ἐλῶντες καὶ ἅτοι &c. Quod verò ad loquendi rationem adtinet, Ἡ ὁ γνώμη ἦν, ὡς &c. geminam ferè reperire eſt K. Π. p. 74. Ὡς ἂν ἐμοῦ, ἔφη, μηδέποτε ἀμελήσαντος

των. [1] Ὁ μέντοι Κῦρος εἶπεν, ὅτε καλέσας προσελθόντο τοῖς Ἕλλησι τὴν κραυγὴν τῶν βαρβάρων ἀνασχέσθαι, ἐψεύσθη τοῦτο· [2] οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ σιγῇ [3] ὡς ἀνυστὸν, καὶ ἡσυχῇ, ἐν ἴσῳ τῷ βραδέως πορευσήσαν. [4] Καὶ ἐν τούτῳ Κῦρος παρελαύνων αὐτὸς σὺν Πίγρητι τῷ ἑρμηνεῖ, καὶ ἄλλοις τισὶν ἢ τέτταρσι, τῷ Κλεάρχῳ ἐδόκα, ἄγειν τὸ στράτευμα κατὰ μέσον τὸ τῶν πολεμίων, ὅπη ἐκεῖ βασιλεὺς εἴη· κἂν τοῦτο, ἔφη, νικῶμεν, πάντ' ἡμῖν [5] πεποίηται. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχος τὸ μέσον σῖφος, καὶ ἀκούων Κύρου ἔξω ὄντα τοῦ Ἑλληνικοῦ εὐωνύμου βασιλέα, (τοσούτῳ γὰρ πλήθει κρεῖττον βασιλεὺς, ὥστε

*adeò* dirimerent. Verùm in eo Cyrus quod dixerat, cùm Græcos advocatos adhortaretur, ut barbarorum clamorem ſuſtinerent, falſus eſt: non enim cum clamore, ſed quanto maximè ſilentio poterant, & ſedatè, æquabiliter & lentè *ad prælium* accedebant. Atque ibi tum Cyrus ipſe cum Pigrete interprete, aliiſque tribus aut quatuor, prætervectus *equo*, Clearcho clamore ſignificabat, ut adverſus mediam hoſtium aciem copias *ſuas* duceret, quòd iſtic rex eſſet: & hanc ſi vicerimus, inquit, omnia nobis confecta fuerint. Clearchus tametſi medium *illum* videret globum, ac de Cyro audiret, regem ultra Græcorum cornu lævum eſſe, (nam tantâ rex hominum multitudine abundabat, ut ſuorum

λήσεται &c. ἕως ἔχει τοῦ γνώμου. Adi ſis hujus voluminis p. 52. n. 5. Porrò, præſens atque futurum tempus de re eâdem adhibentur *Apocal.* II. 5.

1 Ὁ μέντοι Κῦρος εἶπεν, &c.] Vide ſuprà p. 66.

2 Οὐ γὰρ κραυγῇ, ἀλλὰ &c.] *Plutarchus*, loco ſæpè cit. ἔπειθε σιγῇ καὶ ᾠδὴν ἐπάγων (Artaxerxes) θαῦμα δὲ τοῖς Ἕλλησι τὴν εὐταξίας παρεῖχε, κραυγὰς ἀπαίκτους, καὶ σκιρτήματα, καὶ πολὺν παράκλησιν αὐτῶν καὶ ἀθασιασμὸν δι' πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις.

3 Ὡς ἀνυστὸν,] In editis pleriſque libris legitur ὡς ἂν οἷόν in MSto Eton. ἂν ἰσόν: quæ depravata eſſe liquet. Scriptura verò, quam repoſuimus, ſenſum huic loco aptiſſimum fundit; valet enim κατὰ τὸ δυνατὸν, vel κατὰ δύναμιν: nec novo adhibetur exemplo. *Plutarch.* in vitâ *Lycurgi* p. 57. ἐπῃνέσθη, ὡς ἀνδρὸς ἀνθρωπίνης προνοίας, ἀθανάτου αὐτὴν (τὴν πόλιν) ἀπολιπεῖν, καὶ &c. Porrò, de hâc lectione reſtituendâ conſentiunt *Stephanus* & *Mureſius*.

4 Καὶ ἐν τούτῳ] *Scil.* χρόνῳ, vel καίρῳ, ut mox poſtea integrè loquitur. Hujus forſan ellipſeos, uſitatiſſimæ quidem, exemplum extat Act. XXIV. 16.

5 Πεποίηται.] Perfectum hìc vicem futuri temporis ἐμφατικῶς obtinet, ſummámque adeò rei futuræ, quaſi jam factæ, certitudinem indicat.

μέσον τὸ ἑαυτῦ ἔχων, τῦ Κύρου εὐωνύμου ἔξω ἦν) [1] ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος οὐκ ἤθελεν ἀποστάσαι ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὸ δεξιὸν κέρας, φοβούμενος μὴ κυκλωθείη ἑκατέρωθεν· τῷ δ' Κύρῳ ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτῷ μέλοι, ὅπως καλῶς ἔχοι.

Καὶ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ τὸ μὲν βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς προήει· τὸ δ' Ἑλληνικὸν, [2] ἀτ' ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ μένον, συνετάττετο ἐκ τῦ ἔτι προσιόντων. Καὶ ὁ Κῦρος παρελαύνων [3] ὡς πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι, κατεσκόπει ἑκατέρους

quamvis mediam obtineret aciem, Cyri *tamen* ultra cornu lævum esset) non tamen volebat Clearchus cornu dextrum à flumine abstrahere, quippe qui metuerat nè utrâque ex parte circumdaretur: Cyro verò respondebat, curæ sibi futurum, ut res præclarè gereretur.

Atque eo tempore exercitus barbaricus æquabiliter procedebat: Græcus, utpote qui in eodem adhuc loco stetit, ex iis qui subinde accedebant, instruebatur. Et Cyrus *equo* provectus non prorsùs ipsum juxta exercitum, utrosque eminùs spectabat, con-

1 Ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχος &c.] Sermonem sic instituerat Xenophon, ut eum absque nomine hoc proprio absolutum dare potuerit. Sed mentione regiarum copiarum interpositâ, tandem eum ut resumat, idem præfecti nomen repetit. Similiter K. Π. p. 19, 20. de Cyro scribit —— ὁρῶν δὲ αὐτὸν (Astyagem) κεκοσμημένον &c. deinde, factâ quâdam orationis digressione, pergit — ὁρῶν δὲ τ κόσμον &c. iterato perinde ibi participio, atque hoc loco Clearchi nomine. Non est itaque, cur quis eandem pronominis repetendi veniam Evangelistæ negaverit, Act. VII. 35. Τοῦτον τ Μωϋσῆν ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς &c. Vide sis etiam insignem pronominis ἐγὼ repetitionem K. Π. p. 122. Ἐγὼ δὲ, ὡς — οὕτω δὴ ὁ ἐγὼ, &c. Cæterum, Clearcho vitio vertit Plutarchus, p. 1015. quòd dicto audiens Cyro non esset: cujus auctoris sententiæ suam temerè opponentem *Ablancortium* meritò castigat *Cl. Dacerius* in notis Versioni suæ Gallicæ ad dictum Plutarchi locum adjectis.

2 Ἀτ' ἔτι &c.] Plerique libri typis impressi exhibent ὅτ' ἔτι, quarum prior vocula in MSto Eton. omnino deest: sed licèt sensus non postulet, ut quid inter Ἑλληνικὸν & ἔτι legatur, tamen levi mutatione ἄτι pro ὅτι reponendum cum *Stephano* censuerim. Cæterùm, pro μένον, quod mox sequitur *Muretus* legit ἴμενον. Sed retinenda est vulgata lectio, & cum αὐτῷ intelligenda vox τόπῳ, sæpissimè κατ' ἔλλειψιν omissa.

3 Οὐ πάνυ πρὸς αὐτῷ τῷ στρατεύματι] Opinor, *suo*: cujus cùm è medio provectus esset, non juxta cornu alterutrum statim substitit; sed eum petivit locum, ubi ex intervallo tam suas quàm hostiles copias conspiceret.

ἄπθεν, τὺς τε πολεμίους ἀποβλέπων, τύς τε φιλίυς. Ιδὼν ὃ αὐτὸν ἀπὸ τ Ελληνικ Ξενοφῶν Αθηναῖος, [1]ὑπελάσας ὡς συναντῆσαι, ἤρετο εἴπ παραγέλλοι· ὁ δ' ἐπισήσας εἶπε, καὶ λέγειν ἐκέλευε πᾶσιν, ὅπ [2]τὰ ἱερὰ ϗ τὰ σφάγια καλὰ εἴη. Ταῦτα δὲ λέγων, θορύβ ἤκουσε διὰ τῆ τάξεων ἰόντ, ς ἤρετο τίς [3] ὁ θόρυβ. Ο δὲ Ξενοφῶν εἶπεν, ὅπ τὸ σύνθημα παρέρχ δεύτερον ἤδη. Καὶ ὃς ἐθαύμασε, τίς παραγέλλ, ϗ ἤρετο ὅ, τι ϗ εἴη [4] τὸ σύνθημα. Ο δὲ ἀπεφίνατο, ὅπ ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ

versis tum in hostiles tum in copias sociales oculis. Eum verò de Græcorum exercitu Xenophon Athenienſis ubi vidisset, equo nonnihil incitato ut *ei* occurreret, num aliquid imperaret, quærebat: qui cùm substitisset aiebat, *quod* & omnibus dici curaret jussit, exta & hostias pulchra ostentare. Hæc proferens, tumultum ordines pervagari audiit, & quis *esset* ille tumultus, quæsivit. Aiebat Xenophon, tesseram vice jam alterâ *per aciem* ire. Et miratus est is, quis *eam dari* jusserat, interrogavítque *adeò* quænam sit tessera. Respondit ille, JUPITER SERVATOR

1 Ὑπελάσας] *Gloſſar.* Græco-lat. vetus: Ὑπελαύνω, *Subago*, *ſubagito*: ut eum denotet, qui sensim furtimque equum agitaret. Hìc tamen ὑπὸ quandam diminutionis vim verbo suo addere videtur.

2 Τὰ ἱερὰ ϗ τὰ σφάγια] *Euſtath.* ad *Hom.* Il. κ'. 788. Ἱερὰ, τὰ ἱερεύμματα. & ad Il. ω'. p. 1346. Ἱερὰ, τὰ σπλάγχνα. quo forsan sensu vox hìc accipienda est; ut ἱερὰ καλὰ denotent lætas divinationum conjecturas ab extis præcipuè factas; σφάγια verò etiam omina respiciat à variis hostiæ jam casuræ motibus capta. Vide doctiſ. *Potteri* Archæol. Gr. l. 2. c. 14. Sin autem ἱερὰ malis *ſacra*, quam primam sibi vindicat significationem, reddere, Virgiliana hæc cum Xenophontéis istis conferre juvabit:

— *dum* ſacra *ſecundus haruſpex*
*Nunciet*, *ac lucos vocet* hostia *pinguis in altos*.
Æn. l. 11. v. 739 & seq.

3 Ο θόρυβος. Ο ὃ Ξενοφῶν] In MSto Eton. post θόρυβ additur ἦ: in aliis quibusdam vet. teste *Stephano*, εἴη: quod cùm verbum sæpissimè per ellipsin omitti soleat, huic etiam loco, nec injuria, desit. Cæterùm, pro Ξενοφῶν in iisdem libris legitur Κλίαρχ.

4 Τὸ σύνθημα. Ο δὲ — ὅτι ΖΕΥΣ &c.] Vide sis Κ. Π. p. 232. n. 1. & p. 475. In MSto Eton. & edit. *Ald.* pro ὅ, τι ϗ εἴη — legitur ὅ, τι εἴη sine καί. Sed immeritò omissa fuit hæc particula; quippe quæ Atticos apud scriptores sæpè παρέλκ. *Æſchin.* dial. 11. 12. καλῶς ἂ ϗ σὺ ποιεῖς παραινῶν. *Ælian.* Hist. V. l. 1. c. 16. Ε πῶς ὑστερ ἡμῶν καλῶς Απολλόδωρ ἔτω δοξάζει, — Noster Hist. Gr. l. 2. ferè medio, τοῦτον τί ποτε Ε καλέσαι χρή. In iisdem libris deest etiam τε post δέχομαι, quod ex auctorum itidem usu retinendum est.

καὶ ΝΙΚΗ. Ο δὲ Κῦρος ἀκούσας, Ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ τοῦτο ἔσω. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἀπήλαυνε· καὶ [1] οὐκ ἔτι τρία ἢ τέτταρα στάδια ἀπεῖχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων, ἡνίκα [2] ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες, καὶ ἦρχοντο ἀντίοι ἰέναι τοῖς πολεμίοις. Ὡς δὲ πορευομένων [3] ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος, τὸ ἐπιλειπόμενον ἔσπευδε [4] δρόμῳ θεῖν· [5] καὶ ἅμα ἐφθέγγοντο πάντες, οἷόν περ

& VICTORIA. Quod ubi Cyrus audîſſet, Accipio, inquit, atque hæc eſto. Hæc loquutus, ſuum in locum revectus eſt: nec jam tria quatuórve ſtadia phalanges ab ſe invicem diſtabant, cùm Græci pæanem cantabant, & adverſùs hoſtes ire incipiebant. Cúmque, progredientibus iis, pars quædam phalangis fluctuum inſtar ſeſe prorueret, *ea* à tergo quæ relicta erat, citato curſu *ad illam* tendere cœpit; ſimúlque, quemadmodùm

1 Οὐκ ἔτι] Conjunctim hæc vulgò ſcribuntur, iiſque adeò adnumeranda ſunt, de quibus dictum eſt p. 63. n. 1.

2 Ἐπαιάνιζον] *Scholiaſtes* ad *Thucyd.* lib. 1. δύο παιᾶνας ᾖδον οἱ Ἕλληνες, τὸν μὲν πρὸ τῆς πολέμου, τῷ Ἄρει· μετὰ δὲ τὴν πόλεμον, τῷ Ἀπόλλωνι. Adi K. Π. p. 482.

3 Ἐξεκύμαινέ τι τῆς &c.] Magnificè hoc Noſter; tranſlatione permovendis animis, ſignandis rebus, ac ſub oculos ſubjiciendis adhibitâ. Vide *Quinctil.* l. 8. c. 6. *Demetrius Phaler.* ſect. 85. improbato Poëtæ judicio, quòd rem magnam tenui detereret metaphorâ, cùm moto tonitru *cælum tubâ canere* diceret, Ἑτέραν ἴσην, inquit, ἐπινοήσωμεν μεταφορὰν, μικρότητος αἰτίαν γινομένην μᾶλλον ἢ μεγέθους. Δεῖ γὰρ οὐ τῶν μειζόνων μεταφέρειν εἰς τὰ μικρὰ, ἢ τὸ ἐναντίον· οἷον ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν, Ἐπεὶ δὲ πορευομένων ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος — τὴν γὰρ τῆς τάξεως παρεκτροπὴν ἐκκυμαινούσῃ θαλάσσῃ εἰκάσας, καὶ προσωνόμασεν. Εἰ δέ τις μεταβαλὼν εἴποι ἐκφαλαγγίσασαν τὴν θάλασσαν, πάχα μὲν οὐδὲ οἰκείως μετοίσει, πάντη δὲ πάντως μικροπρεπῶς. Porrò, apud *Arrian.* l. 2. c. 10. ſtili Xenophontei æmulum, legimus κυμῆναι τὴν φάλαγγα. Eandem & Latinis ſcriptoribus familiarem eſſe metaphoram, nemini paulò humaniori ignotum eſt.

4 Δρόμῳ θεῖν,] Ità Noſter poſthac plus vice ſimplici. Mat. XIII. 14. Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ &c. & XV. 4. θανάτῳ τελευτάτω. Itaque fruſtra ſunt *Gatakerus* aliíque, quibus locutiones has Evangeliſtæ ex Hebræo fonte derivare viſum eſt. Simili prorſùs modo *Ariſtoph.* in *Avib.* v. 205. — θεύσονται δρόμῳ. Et *Dionyſ. Hal.* Antiq. Rom. l. XI. c. 11. μηδὲ ὄψει δυναμένοις ἰδεῖν &c.

5 Καὶ ἅμα ἐφθέγξαντο πάντες, οἷόνπερ &c.] Vide K. Π. p. 195. n. 2. & p. 482. n. 2. & p. 234. Quibus adde, ſi libet, quæ *Curtius* l. 4. c. 12. prope fin. de Macedonibus Perſíſque in prælium ruentibus tradit. Cæterùm, ἐλελίζειν eſt *proferre* ἐπιφώνημα illud ſeu ἐπίφθεγμα πολεμικὸν, quod dicitur ἐλελεῦ. *Demetr. Phaler.* ſect. 98. ait, Ξενοφῶν ὁ Ἡλείος φησιν ὁ στρατηγὸς τὸν μὲν ἐλελεῦ ἀναβόησιν, ἣν ἀνεβόα στρατηγὸς συνεχῶς, παραποιήσας ὀνόματι. Lege eundem ſect. 94 & ſeq. περὶ μεγαλοπρεπείας ἐκ τῶν πεποιημένων ὀνομάτων: & *Quinctil.* Inſtit. Orat. l. 8. c. 6. p. 520 & ſeq.

τῷ Ενυαλίῳ ἐλελίζουσι, καὶ πάντες δὲ ἔθεον. Λέγουσι δέ τινες, ὡς [1] καὶ ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὸ δόρατα ἐδούπησαν, φόβον ποιοῦντες τοῖς ἵπποις. [2] Πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι τοῖς ἵπποις καὶ φεύγουσι. Καὶ ἐνταῦθα δὴ ἐδίωκον μὲν [3] κατὰ κράτος οἱ Ἕλληνες, ἐβόων δὲ ἀλλήλοις, μὴ θεῖν δρόμῳ, ἀλλ' ἐν τάξει ἕπεσθαι. Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο τὰ μὲν δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, τὰ δὲ καὶ [4] διὰ τῶν Ἑλλήνων, κενὰ ἡνιόχων. [5] Οἱ δέ, ἐπεὶ

*Enyalio* ἐλελεῦ canere ſolent, omnes conclamârunt, cucurrerunt omnes. Nonnulli aiunt, eos etiam ſcutis ad haſtas adliſis ſonitum exciviſſe, quo terrorem equis incuterent. Priuſquàm verò ſagitta *utroſlibet* adſequeretur, barbari inclinatis equis fugiunt. Atque ibi tum Græci totis viribus inſequebantur, aliſque aliis clamabant, nè curſu *in hoſtes* citato tenderent, ſed ordine ſervato ſequerentur. Currus autem partim per hoſtes ipſos, partim per Græcos, aurigis vacui ferebantur. *Quos* cùm *ex his* qui-

1 Ὡς καὶ ταῖς ἀσπίσι &c.] Rem eandem Noſter aliâ orationis expreſſit formâ l. 4. ferè medio, οἱ δὲ κρίνοντες — ταῖς ἀσπίσας πρὸς τὰ δόρατα ἔκρουσαν. Paulò aliter *Arrian.* l. 1. c. 6. Ὁ δὲ (Alexander) καὶ ἐπαλαλάξαι κελεύσας τοὺς Μακεδόνας, καὶ τοῖς δόραισι δεξιῇ κρούσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας: ubi vide ſis auctorum verba, morem quæ eundem deſignant, à Cl. *Gronovio* adducta: necnon quæ notavit doctiſſ. *Spanhemius* ad *Callim.* hymn. in *Del.* v. 136.

2 Πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι,] Scil. πρὸς ſeu εἰς αὐτούς, vel αὐτῶν: utì Noſter *Hiſt. Gr.* l. 2. ἡμεῖς δὲ ἐς τὸ κάπαντες καὶ δόρατα ἀφέντες, καὶ ἀκόντια, καὶ πέτρας, ἐξιξόμεθά τε αὐτῶν, καὶ &c. & alibi. *Herodotus* l. 4. c. 139. — λύειν ὃ ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται: quo in loco, ſicut & in Thucydidéo illo l. 4. ὑπὸ τῶν τοξευμάτων καὶ λίθων ἀπὸ &c. vox τόξευμα denotat (non *ſagittæ jactum*, ſed) *ipſam ſagittam*. *Thomas Magiſter*: Τόξευμα δὲ μόνον ἡ τοξεία, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ τόξον, i. e. πᾶσαν τὴν τοξικὴν σκευήν· & in primis, τὸ τοξεύμενον. In iſtis verò locutionibus, ἐντὸς γίγνεσθαι τοξεύματος, &, εἰς τόξευμα ἀφικνεῖσθαι, nomen hoc pro *teli jactu* ponere ſolet Xenophon.

3 Κατὰ κράτος] In libris nonnullis ſcribitur κρατερῶς: quod & apud alios auctores, ſive manu ſcriptos, ſive typis impreſſos, paſſim fieri ſolet. Voces alias, in quibus eandem videre eſt ſcripturæ varietatem, jam ſuprà notavimus p. 63. atque alibi.

4 Διὰ τῶν Ἑλλήνων,] Sic reſcribendum vidit olim *Muretus*. Vulgò legitur δι' αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων: ſed αὐτῶν ab iis quæ modò præceſſerant, δι' αὐτῶν τῶν πολεμίων, ad Græcos etiam malè tranſivit.

5 Οἱ δὲ,] i. e. τινες, utì & ſuprà p. 56. Οἱ δὲ καὶ ἔστασαν &c. *Lucian.* in *Timone*, prope ab init. Οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας &c. Ad quem locum hæc *Scholiaſtæ* verba in *Exercit.* ſuis *Philol.* adduxit Cl. *Lamb. Bos.* Ὁμοία ἡ συντάξις ταύτῃ τῇ ἐν τῇ ἱερᾷ τοῦ εὐαγγελίου Ματθαίου συγγραφῇ, τῇ, Οἱ δὲ ἐδίστασαν· ἀντὶ τοῦ τινες, τὸ οἱ δὲ κεῖται. Matt. XXVIII. 17. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν,

προϊδοιεν, ἵσαντο. [1] ἔστι δ' ὅς τις ἡγ κατελήφθη, ὥσπερ [2] ἐν ἱπποδρόμῳ, ἐκπλαγείς. [3] Ϛ οὐδὲν μὴν τοι οὐδὲ τοῦτον παθεῖν ἔφασαν. οὐδὲ ἄλλῳ δὲ τῶν Ελλήνων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἔπαθεν οὐδεὶς οὐδὲν, πλὴν ἁπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοξευθῆναί τις ἐλέγετο.

Κῦρος δὲ, ὁρῶν τοὺς Ελληνας νικῶντας [4] τὸ καθ' αὑτοὺς

dam præviderant, ſubſiſtebant; fuit etiam qui deprehenſus erat, tanquam in equeſtri curriculo, obſtupefactus; & nè hunc quidem quidquam *mali* paſſum eſſe prodidêre *nonnulli*: nec alius *quiſquam* Græcorum hâc in pugnâ quidquam paſſus eſt, niſi quòd ad *latus* lævum ſagittâ quidam percuſſus dicebatur.

Cyrus autem, cùm Græcos hoſtium agmen ſibi objectum vin-

αὐτὸν, προσεκώμησαν αὐτῷ· οἱ δὲ ἐδίξαντο. Imperitè itaque ac temerè *Beza* hìc legendum cenſuit ἐδὲ ἐδίξαντο: quòd ei ſcilicet οἱ δὲ pro τινὲς rarum videbatur; cùm contrà atque ille, auctores inter Græcos principes ità loqui ſoleant.

1 Ἔστι δ' ὅστις] *Mat. Devarius* in libel. de L. G. partic. c. 41. ità ſcripſit: "Verbum "ἐστὶ, in numero multitudinis, articulo etiam "relativo plurali præponitur, & ἀορίστολογικὸν "itidem nomen efficit. Nam ἐστὶν οἳ, pro "τινὲς, i. e. *nonnulli*, accipitur. In ſingulari "verò numero, non niſi negativâ præcedente "invenitur: οὐκ ἔστιν ὃς, pro οὐδεὶς, & οὐκ ἔστιν ὅστις "&c." Sed in eo falli accuratiſſimum cæteroquin Grammaticum, phraſis hæc Xenophontea docet.

2 Ἐν ἱπποδρόμῳ,] *Heſychius*, Ἱππόδρομος, ἀγὼν Ἀθήνησι Θησεῖ ἀγόμενος: eadem ſunt & *Phavorini* verba. De loco autem ipſo, in quo curſu equeſtri certatum eſt, vocem uſurpant auctores.

3 Καὶ οὐδὲν μέντοι οὐδὲ &c.] Sic ſupra p. 65. & alibi ſæpè voculas Noſter negativas iterat. Eodem Atticorum exemplo ſcribit *Demoſthenes* in *Midiam* orat. p. 633. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἐδένος ἕνεκα τούτων ἐδέν σοι ὑμῖν πώποτ' εἶπον. *Æſchin.* dialog. 2. *ſect.* 11. — οἷς μήτ' ἂν πίσυ δώιατό τις μηδέτα τῶ παρόντων, μήτ' ἂν ὠφεληθείη μηδὲν ἀπ' αὐτῶν. Similiter auctores ſacri, quò quid ἐμφατικωτέρως negarent, ingeminatas id genus particulas adhibuêre. Marc. XIV. 25. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἔτι οὐ μὴ πίω οὐκ &c. Luc. XXIII. 53. — οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Heb. XIII. 5. Οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω. De quo commate vide quæ notavit doctiſ. *Blackwallus* in Claſs. Sacr. parte ſec. cap. 2.

4 Νικῶντας τὸ καθ' αὑτοὺς] *Scil.* βαρβαρικὸν, vel τῶν βαρβάρων κέρας ſeu στῖφος. Eâdem conſtructione dicitur νικᾷν τοὺς ἀντιπάλους, apud *Ariſtoph.* βατράχ. v. 1059. Itidem in oratione ſolutâ: Καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, νικήσαντι Λακεδαιμονίους — *Dinarch.* in orat. contra *Demoſth.* p. 91. edit. *Steph.* Noſter paulò infrà: νικᾷ τοὺς περὶ βασιλέως &c. Porro, τὸ καθ' ἑαυτοὺς ſimiliter adhibuit *Thucyd.* l. 1. ferè med. Καὶ αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Ἀριστέως κέρας, ἡ ὅσοι περὶ ἐκεῖνον ἦσαν — ἐτράποντο τὸ καθ' ἑαυτοὺς, ἐς ἐπιξήλους διώκοντες ἐπὶ πολύ· i. e. *Ac ipſum quidem Ariſtei cornu, & quotquot — circum ipſum erant*, hoſtium cornu *ſibi oppoſitum in fugam verterunt*, &c. *Diodor. Sic.* his ipſis de Græcis ſcribit p. 253. εὐθὺς πρὸς ἄμιλλαν τοὺς καθ' αὑτοὺς — i. e. *agmen ſibi adverſum.* Verba autem Xenophontis *Amaſæus* ſic vertit: *Cyrus cùm Græcos ex ſuâ aciei parte vincentes cerneret*

καὶ διώκοντας, ἡδόμενο[ς] [1] ἢ προσκωμάζοντι ἤδη ὡς βασιλεῖ ὑπὸ τ' ἀμφ' αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἐξήχθη διώκειν· [2] ἀλλὰ σωεσπειραμένῳ ἔχων τὴν τῶν σὺν ἑαυτῷ ἑξακοσίων ἱππέων τάξιν, ἐπεμελεῖτο ὅ, τι ποιήσει βασιλεύς. [3] Καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅπι μέσον ἔχοι τὸ Περσικοῦ στρατεύματος. [4] Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν ἡγοῦντο, [5] νομίζοντες οὕτως ἂν ἀσφαλέστατα εἶναι, ἢν ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ, ὡς εἴ τι παραγγεῖλαι χρήζοιεν,

cere & insequi cerneret, lætitiâ adfectus & veneratione *licèt* jam ab iis, qui circa ipsum erant, tanquam rex exceptus *esset*, *tamen* nè sic quidem ad insequendum concitatus erat; sed cum sexcentorum, *quos* secum *habebat*, equitum turmâ conglobatâ, quid rex facturus esset studiosè observabat. Nôrat enim, eum mediam exercitûs Persici *aciem* obtinere. Quin etiam omnes barbarorum principes medium suos inter *ordines locum* tenentes, ducis exequebantur officia; quòd existimarent, ità se in tutissimo esse, si vires ipsorum utrinque *collocatæ* sint, & si quid imperatum vel-

neret &c. nec multò aliter *Leunclavius*, cujus ità se habet versio: *Cyrus, cùm Græcos à parte suâ victores evasisse cerneret* &c.

1 Καὶ προσκωμάζοντι &c.] Vide sis K. Π. p. 284. n. 2. & p. 596. n. 4.

2 Σωεσπειραμένῳ &c.] *Suidas*: Σωεσπειραμένοι· συγκεκλεισμένοι εἰς στενότητα. De eo omni dicitur, quod in orbem convolvitur. *Servius* ad *Virg.* Æn. l. 2. v. 217. *Propriè*, inquit, *spiræ sunt volubilitas funium. Indè & posteriora serpentium* spiræ *dicuntur*, quæ *sic involvuntur in gyrum, ut funes.* Phavorinus: Σπεῖρα, ἡ τῶν ὄφεων συστροφή. & paulò pòst — συνάξις, πλῆθος στρατευμάτων: atque ità ferè *Suidas* & *Hesychius*. Josephus de B. J. l. 4. c. 4. sect. 6. de Idumæorum commento contra tempestatem verba faciens, συσπειραθέντες, ait, τοῖς σώμασι ἀλλήλους ἀντέθηκαν, &c. Nec eundem verbi *conspiro* sensum respuit Latinitas, si modò libris MSS. quos adpellat Cl. *Davisius* ad *Cæs.* de B. C. l. 3. c. 46. fides sit habenda: in eis enim, pro vulgatâ scripturâ *constipati*, legitur *conspirati*.

3 Καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅπι &c.] Eâdem mox infrà utitur locutione Atticâ — πρῶτον μὲν ἐπιδεῖξαι αὐτὸν, ὅπι σοφὸς &c. Similiter loquuti sunt auctores sacri: Marc. I. 24. Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ &c. Joh. XI. 31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι — ἐδόκησαν τῇ Μαρίᾳ, ὅπι ταχέως ἀνίστη &c.

4 Καὶ πάντες δ' οἱ τῶν βαρβάρων &c.] Vide p. 76. n. 3.

5 Νομίζοντες οὕτως ἂν &c.] Locum hunc Xenophontèum respicit, opinor, *Arrianus* de exp. Alex. l. 2. c. 8. ubi cùm tradiderat Darium mediam aciem tenuisse, subjicit: ἢ τὸν νῦν τε πάλαι τούτου Ξενοφῶντα ὁ τὸ Γρύλλου ἀναγράψαντα. Vide Nostrum etiam K. Π. p. 627. Cæterùm in MSto Eton. legitur ἢ inter οὕτως & ἂν; & pro ἡμίσει ἂν χρόνῳ, idem liber exhibet ἡμίσει ἂν χρόνῳ. Sed nil mutandum.

ἡμίσει ἐν χρόνῳ ἀναπάνεσθαι τὸ στράτευμα. Καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς, ὅμως ἔξω ἐλήλυθε τοῦ Κύρου εὐωνύμου κέρατος. Ἐπεὶ δ' οὐδεὶς αὐτῷ ἐμάχετο ἐκ τοῦ ἐναντίου, [1] οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν, ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν. Ἐνθα δὴ Κῦρος δείσας, μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ Ἑλληνικὸν, ἐλαύνει ἀντίος· καὶ ἐμβαλὼν [2] σὺν τοῖς ἑξακοσίοις, νικᾷ τοὺς περὶ βασιλέως τεταγμένους, καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε [3] σὺν ἑξακισχιλίοις· [4] καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ Ἀρταγέρσην τὸν ἄρχοντα αὐτῶν.

Ὡς δὲ ἡ τροπὴ ἐγένετο, ἀφαπείρηνται καὶ οἱ Κύρου ἑξακόσιοι, εἰς τὸ διώκειν ὁρμήσαντες· [5] πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ'

lent, exercitum *id* tempore dimidio *breviori* animadverſurum. Et rex quidem eo tempore quanquam aciem *exercitûs* ſui mediam obtineret, tamen ultra Cyri cornu lævum erat. Cùm autem nemo in ipſum ex adverſo pugnaret, nec in eos qui ante ipſum diſpoſiti fuerunt, inflexione tanquam ad *hoſtes* circumveniendos uti cœpit. Ibi verò Cyrus veritus, nè poſteaquam à tergo foret, Græcorum concideret exercitum, adverſus provehitur; atque facto cum ſexcentis illis impetu, vincit eos qui ante regem erant diſpoſiti, & illos ſex mille *equites* in fugam vertit: *quin* & ipſe manu ſuâ Artagerſem eorum præfectum interfeciſſe dicitur.

Ut autem fuga facta eſt, Cyri etiam *illi equites* ſexcenti, ad inſequendum impetu invecti, diſſipantur: veruntamen pauci ad-

1 Οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ &c.] Edit. *Steph.* pravam hanc loci diſtinctionem, οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις ἔμπροσθεν ἐπέκαμπτεν ὡς εἰς κύκλωσιν, ὅπου δὴ &c. exhibet: *Ald.* pravitate tam lectionis quàm diſtinctionis (ut alibi ſæpè) laborat; ſic enim ſeſe dat — οὐ δὲ τοῖς αὐτοῦ τεταγμένοις, ἔμπροσθεν &c.

2 Σὺν τοῖς ἑξακοσίοις,] Quorum ſuprà modo meminerat p. 76.

3 Τοὺς ἑξακισχιλίους·] De quibus mentio facta eſt p. 70.

4 Καὶ ἀποκτεῖναι λέγεται &c.] *Plutarchus* p. 1015. Ἀποστρέψαντος δὲ τὸν ἵππον τοῦ Ἀρταγέρσου, βαλὼν ὁ Κῦρος ἔτυχε, καὶ διήλασε παρὰ τὸν κλεῖδα λαβὼν τοῦ τραχήλου τὸν αὐχμόν. Τὸν μὲν οὖν Ἀρταγέρσην ἀποθανεῖν ὑπὸ Κύρου, σχεδὸν ἅπαντες ὁμολογοῦσι.

5 Πλὴν &c.] Lexicon Gr. L. vetus: Πλὴν, *verùm*;

αὐτὸν κατελείφθησαν, χεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμενοι. Σὺν τούτοις δὲ ὢν, καθορᾷ βασιλέα καὶ τὸ ἀμφ' ἐκεῖνον [1] σίφων· καὶ εὐθὺς οὐκ [2] ἠνέσχετο, ἀλλ' εἰπὼν, Ὁρῶ τὸν ἄνδρα, [3] ἵετο ἐπ' αὐτόν· καὶ παίει κατὰ τὸ στέρνον, καὶ πτρώσκει διὰ τοῦ θώρακος, ὡς φησὶ [4] Κτησίας ὁ ἰατρὸς, καὶ ἰᾶσθαι αὐτὸς τὸ τραῦμά φησι. Παίοντα δ' αὐτὸν [5] ἀκοντίζει τις παλτῷ ὑπὸ τὸν ὀφθαλμὸν βιαίως· [6] καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι καὶ βασιλεὺς καὶ Κῦρος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτοὺς ὑπὲρ ἑκατέρου, ὁπόσοι μὲν τῶν ἀμφὶ βασιλέα

modùm circa ipſum reliqui fuêre, ferè qui menſæ participes dicebantur. Hos cùm apud ſe haberet, regem *equitúm*que circa illum globum conſpicit; ſtatímque ſe non continuit, quin cùm dixiſſet, Video hominem, in ipſum impetu rueret; atque *adeò* pectus *ei* ferit, & per loricam vulnus infligit, utì Cteſias tradit medicus, qui ſe etiam vulnus *illud* curâſſe narrat. *Cyrum*, verò eum dum ferit, palto quidam acriter vibrato ſub oculum percutit: atque ibi tum & rege & Cyro inter ſe dimicantibus, & *utriuſque* pro utroque ſtipatoribus, quot ex iis qui circa regem

*verùm*; cùm nimirum abſolutè effertur, valet ὅμως. *Moſchopulus*: Πλὴν, παρὰ μὲν τοῖς ποιηταῖς, ἀντὶ τοῦ γενικῶς ἀεὶ λέγεται· παρὰ δὲ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀντὶ τῆς ἡγησαμένως πτῶσιν· καὶ αὐτὶ ὅμως. Hoc ferè modo accipitur iſta particula Matt. XVIII. 7. XXVI. 39. Philip. IV. 14. Vide K. Π. p. 484. n. 3.

1 Σίφων] Vox eſt nonnunquam etiam ἀφελεστερωμένη: quod monuiſſe ſat eſt.

2 Ηνέσχετο] Valet pro ἀνεῖχε ἑαυτόν. Idem eſt verbi medii uſus, tum apud auctores paſſim, tum apud Matt. XXVII. 5. καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο: quod phraſi, quâ *Lucianus* in *Toxari* p. 618. utitur, expreſſeris iſtâ, ἀπήγξε ἑαυτόν.

3 Ιετο ἐπ' αὐτὸν &c.] Verbo eodem ἐμφατικῷ ad impetum & ardorem animi exprimendum jam ſuprà adhibuit p. 52. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 254. & *Plutarch.* p. 1016. Artaxerxem à Cyro primùm in terram dejectum fuiſſe tradunt.

4 Κτησίας ὁ &c.] Excerptas quaſdam ex *Cteſiæ* ſcriptis hiſtorias ſervavit *Photius*; quas videre eſt hujus apud *Biblioth.* p. 107 & ſeq. edit. Rothom. 1653. Ibidem legas licet varia variorum auctorum de Cnidio illo teſtimonia: quibus addas *Plin.* N.H. l. 2. c. 106. & *Suid.* ad v. De medicis exercituum itinera comitantibus, vide K. Π. p. 77.

5 Ακοντίζει τις &c.] *Diodorus* etiam &c. loco cit. Cyrum ὑπό τινος τῶν τυχόντων Περσῶν πληγέντα tradit. *Plutarch.* ex *Dione*, eum regis ipſius manu ſeu (ut alii) à Care quodam; ex *Cteſiâ*, à Caunio quodam (quod eodem ferè recidit) percuſſum cecidiſſe refert.

6 Καὶ ἐνταῦθα μαχόμενοι &c.] Ità locum diſtinxit *Stephanus*. In aliorum editionibus ταμὶ

ἀπέθανον, Κτησίας λέγει· (1 παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν) Κύρῳ δὲ, αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ ὀκτὼ 2 οἱ ἄριστοι τῶν περὶ αὐτὸν ἔκειντο ἐπ' αὐτῷ. 3 Ἀρταπάτης δὲ, ὁ πιστότατος αὐτῷ τῶν σκηπτούχων θεραπόντων, λέγεται, ἐπειδὴ εἶδε πεπτωκότα Κῦρον, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, περιπεσεῖν αὐτῷ. Καὶ οἱ μὲν φασι βασιλέα κελεῦσαί τινα ὑποσφάξαι αὐτὸν Κύρῳ· οἱ δὲ, ἑαυτὸν ὑποσφάξαι, σπασάμενον τὸν ἀκινάκην· εἶχε γὰρ χρυσοῦν. Καὶ στρεπτὸν δὲ ἐφόρει,

erant perierint, refert Cteſias: (nam apud illum *tunc temporis* erat) Cyrus & ipſe mortem occubuit, & ſuper ipſum octo ex ſtipatoribus ejus jacuêre præſtantiſſimi. Artapates autem, fideliſſimus ei inter ſceptuchos miniſter, poſteaquam Cyrum cecidiſſe vidit, ab equo cùm deſiliiſſet, ſuper eum procubuiſſe fertur. Et nonnulli tradunt regem cuidam præcepiſſe, hunc utì ſuper Cyrum jugularet; alii, ſeipſum *eum* jugulâſſe, ſtricto acinace; *acinacem* enim aureum habebat. Quin & torquem geſtabat, &

σγμὴ plena (quæ dicitur) perperam, opinor, ad ἑκατόμβῃ ponitur. Cæterùm, caſus nominativus more Attico hìc abſolutè videtur adhibitus, pro μαχομένων δὲ βασιλέως καὶ Κύρου, καὶ τῶν &c. *Euripid.* itidem *Phœniſ.* v. 292.

Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
Μαντεῖα σεμνὰ, ——
Ἐν τῷδ' ἐπισράτευσεν Ἀργείοις πόλιν.

Ubi Scholiaſtes Σολοικοφανὲς, ait, τοῦτό ἐστιν. Ἐδεῖ γὰρ εἰπεῖν, Μέλλοντις πέμπειν &c. Fruſtrà verò ſunt interpretes *Euripidis*, qui hanc loquendi rationem ex Hebræo fonte fluxiſſe putârunt. Hujuſmodi enim anacolutha ſunt apud elegantiſſimos auctores uſitata. *Thucyd.* l. 6. in otat. Niciæ: πολλὴ γὰρ ἦσαν (ſc. στρατιὰ) ἡ πάσης ἐτι πόλεως ὑποδέξασθαι: pro πολλῆς γὰρ οὔσης, uti notat Scholiaſtes. *Ælian.* H.V. l. 7. c. 1. Ἀφικομένη δὲ (Semiramis) ὡς τὴν τῶν Ἀσσυρίων βασιλείαν, κλητὴ καὶ κλέος τὸ ὥρας, ὅδε συντυχὸν τῇ ἀνδρώπῳ, ἠράσθη αὐτῆς. h. e. *cùm veniſſet* &c. Idem l. 10. c. 18. βουκολῶν δὲ κατὰ τὸν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτῆς &c. h. e. βουκολοῦντες &c. l. 13. c. 46. Ὕστερον δὲ ὁ παῖς, νεανίας γενόμενος, &c. *Polyæn.* l. 1. c. 18. Οἱ πολέμιοι τὸ λοιπὸν εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα &c. pro τῶν πολεμίων εἰδότων &c. Idem l. 2. c. 2. Οἱ δὲ αὖ κατὰ τὸ μέσον πεδίον ὄντες, ὁπότε, &c. pro τοῦ δὲ ὄντων &c. Vide & K. Π. p. 45. lin. penult.

1 Παρ' ἐκείνῳ γὰρ ἦν] *Diodoro Sic.* l. 2. p. 118. auctore, Cteſias, χρυσόμβρος αἰχμάλωτος, διὰ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀναλήφθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως.

2 Καὶ ὀκτὼ οἱ ἄριστοι τῶν &c.] Vide K. Π. p. 241. n. 1. & 242. n. 2. De Xenophontéâ prælii hujus expoſitione ſic *Plutarchus*, p. 1014. Τὴν δὲ μάχην ἐκείνῳ πολλῶν μὲν ἀπηγγελκότων, Ξενοφῶντος δὲ μόνος καὶ δεικνύοντος ὄψει, καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς ὁ μεγαλομμύοις ἀλλὰ γυναικομμύοις, ἐφιστάντος ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν τῷ πάθει καὶ συγκινδυνεύοντα, διὰ τὴν ἐναργειαν· οὐκ ἔστι νῦν ἔχοντος ἐπεξηγεῖσθαι, πλὴν ὅσα τῶν ἀξίων λόγου &c.

3 Ἀρταπάτης δὲ ὁ &c.] Vide K. Π. p. 509. De Charo ſic ferè *Q. Curt.* l. 8. c. 9. *Quem* (ſc. amicum, cui nomen Alexander) *ut Charus jacentem conſpexit, ruere in hoſtem omnium præter ultionem immemor cœpit; multóſque haſtâ, quoſdam gladio interemit. Sed cùm tot unum inceſſerent manus, ſuper amici corpus procubuit exanimis.*

ϗ ψέλλια, ϗ τὰ ἄλλα, [1] ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν Περσῶν· ἐτε-
τίμητο γὰρ ὑπὸ Κύρου [2] δι' εὔνοιάν τε ϗ πιστότητα.

Κῦρος μὲν οὖν ἔτως [3] ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ ὢν Περσῶν, τὰ μὴ
[4] Κῦρον τὸν ἀρχαῖον γνωμῶν, βασιλικώτατός τε καὶ ἄρχειν
ἀξιώτατος, ὡς καὶ πάντων ὁμολογεῖται τοῦτο [5] Κύρου δοκούντων
ἐν πείρᾳ γενέσθαι. Πρῶτον μὲν γὰρ παῖς ἔτι ὢν, ὅτε ἐπαιδεύετο ϗ
σὺν τῷ ἀδελφῷ ϗ τοῖς ἄλλοις παισὶ, πάντων πάντα κράτιστος

armillas, & alia, quemadmodùm Perſarum præſtantiſſimi *ſolent*: honore enim à Cyro ornatus erat, tum propter benevolentiam tum fidem.

Et ſic quidem Cyrus finivit, qui vir inter Perſas, ex conſenſu omnium ejus qui conſuetudine uſi fuiſſent, poſt Cyrum illum priſcum ortos, maximè regiâ fuit indole ac imperio digniſſimus. Primùm enim cùm puer adhuc eſſet, unáque cum fratre cæteríſque pueris inſtitueretur, omnium in omnibus præſtantiſſimus habe-

1 Ὥσπερ οἱ ἄριστοι τῶν &c.] Vide ſuprà p. 52. & 21. unde liquet, ſummo illum in honore habitum eſſe, cui hujuſmodi ornamenta regis munere geſtare licebat. Vide & K. Π. p. 19. 463. 578. & ſecundæ, quam ei præmiſimus, Diſſert. p. 51.

2 Δι' εὔνοιάν τε &c.] Servi erga dominum benevolentiam iiſdem verbis deſignat *Lucianus* in *Bis Accuſ.* p. 751. quâ de virtute Socratem cum Iſchomacho egregiè diſſerentem inducit Xenophon in *Oeconom.* ferè medio. Vide & K. Π. p. 182. Meritò itaque Apoſtolus εὔνοιαν Eph. VI. 7. in ſervorum numerat officiis.

3 Ἐτελεύτησεν,] Τελευτᾶν propriè ſonat *finire, ad finem perducere.* Uſus eſt hìc itaque Noſter, & K. Π. p. 658. 659. ellipſi (quam vulgaris recepit uſus) accuſativi βίον: cujus & exemplum videre eſt Luc. VII. 2. Eandem locutionem imitatur *Tacitus* Annal. l. 6. c. 50. *Sic Tiberius finivit, octavo &c.* Plenè dixit *Euripid.* Hec. v. 417. — ποῖ τελευτήσω βίου; Et *Iſocrat.* in Panegyr. p. 72. edit. Steph. Cum caſu genitivo legitur etiam apud Noſtrum K. Π. p. 655. ἐπειδὰν δ' ἀνθρωπίνου βίου πελευτήσω: quod κατ' ἔλλειψιν dictum videtur, & hoc ferè modo ſupplendum: ἐπειδὰν τὸ λοιπὸν τοῦ &c.

4 Μετὰ τὸν Κῦρον τὸν &c.] Cujus mirificam virtutis indolem adfatim Noſter in K. Π. depinxit.

5 Κύρου &c.] Vide p. 28. n. 3. de nominis proprii repetitione: quâ *Cicero* uſus eſt de Nat. D. l. 3. c. 34. *qui cùm — in fanum veniſſet Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, —— quo Jovem ornârat — tyrannus Gelo.* De verbo δοκεῖν vide notata ad K. Π. p. 6. *Thom. Magiſter*: Πεῖρα, ἡ ἐπιστήμη, ἡ ἐμπειρία, ϗ ἡ μετοχὴ ϗ ἀπόλαυσις. Porrò, εἰς τὸ ἔργα γίνεσθαι, i. e. *in opere verſari*, apud *Æſchin.* dial. 3. ſect. 13. pariter atque ut hoc loco dicitur εἰς πεῖρα γίνεσθαι, i. e. *eſſe particeps, frui uſu* alicujus; atque indè quali ſit ingenio præditus, perſpicere. Infrà l. 2. prope fin. rem eandem noſter aliâ orationis expreſſit formâ: Κλίαρχον, ὁμολογουμένως εἰς πάντων τὸ ἐμπείρως αὐτοῦ γνωμῶν.

ἐνομίζετο. [1] Πάντες γὰρ οἱ τῶν ἀρίστων Περσῶν παῖδες ἐν ταῖς βασιλέως θύραις παιδεύονται· ἔνθα πολλὴ μὲν [2] σωφροσύνη καταμάθοι ἄν τις, αἰσχρὸν δ' οὐδὲν ἔστε ἀκοῦσαι ἔστ' ἰδεῖν ἔστι. [3] Θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς τιμωμένους ὑπὸ βασιλέως καὶ ἀκούσι, καὶ ἄλλως ἀτιμαζομένους· ὥστ' εὐθὺς παῖδες ὄντες μανθάνουσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. Ἐνθα Κῦρος εὐμαθέστατος μὲν σώφρων τ' ἡλίκων ἐδόκει εἶναι, τοῖς τε πρεσβυτέροις καὶ τῶν ἑαυτοῦ ὑποδεεστέρων μᾶλλον πείθεσθαι· ἔπειτα δὲ φιλιππότατος, καὶ τοῖς ἵπποις ἄριστα [4] χρῆσθαι. [5] Ἐκεῖνον δ' αὐτὸν

batur. Nam omnes primorum Perſarum *filii* regis ad portas educantur; ubi multam animadvertere poſſit aliquis modeſtiam, turpe verò quidquam nec audire eſt nec videre. Spectant autem pueri tum eos, qui honore à rege ornantur & audiunt, tum alios qui ignominiâ notantur: adeò ut ſtatim à pueris & imperare diſcant & parere. Hìc Cyrus primùm viſus eſt ex æqualibus maximè docilis, & ſenibus obedientior quàm vel ii, qui *ordine fortunáque* quàm ipſe erant inferiores: deinde equorum ſtudioſiſſimus, equíſque uti *quàm* optimè *viſus eſt*. *Iidem* eum etiam

1 Πάντες γὰρ οἱ τ' &c.] In iis nimirum Fori liberalis ἀρχείοις, de quibus conſulenda eſt *Diſſertatio* II. p. 45. Κ. Π. præmiſſa. Noſter Κ. Π. p. 665, Ἀλλά τοι τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θύραις, ἔπι ἀμφὶ — Conf. p. 561. & 639. Vide ſis etiam *Diſſertat.* modò adpellatæ p. 50.

2 Σωφροσύνη &c.] *Cicero* in Tuſc. diſp. l. 3. cap. 8. —— *temperans, quem Græci σώφρονα adpellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem, adpellare, nonnunquam etiam modeſtiam.* Adi Κ. Π. p. 566, 567.

3 Θεῶνται δ' οἱ παῖδες καὶ τοὺς &c.] Lege Κ. Π. p. 556. & 666. & *Diſſertat.* II. Κ. Π. præmiſſæ p. 45.

4 Χρῆσθαι.] "Poſt χρῆσθαι, (*Stephani* ſunt verba) "videtur deeſſe participium aliquod, "videlicet ἐπιστάμενος, aut δυνάμενος, aut hu"juſmodi quodpiam. Niſi fortè ἄριστα mu"tandum putet aliquis in ἄριστος: cui tamen "vix adſtipulari auſim. Sed & ſubaudien"dum eſſe ex præced. verbum ἐδόκει dicere "quis poſſit." Hæc ille. Imò verò luce clarius eſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti debere verbum ἐδόκει: atque adeò vacillatione iſtâ haud opus erat. Rectè autem ſcribitur ἄριστα, quod hìc ſumitur adverbialiter; utì paſſim fit in multis nominibus adjectivis, in numero plurali, genere neutro poſitis.

5 Ἐκεῖνον &c.] Scil. ἄνθρωποι, Κύρῳ nimirum ἐν πείρᾳ γενόμενοι, utì Noſter ſuprà paulò. Idem ſupplementum poſtulat Evangeliſtarum oratio. Mat. IX. 17. Οὐδὲ βάλλουσι &c. Luc. XII. 48. καὶ ᾧ παρέθεντο &c. *Ælian.* H. V. l. 3. c. 8. Πολλάκις γὰρ ἐκ τούτων ἐθαυμάζοντο &c. ſcil. ἄνθρωποι. Eâdem de ellipſi vide ſis Cl. *Periz.* ad *Sanct. Min.* l. 4. c. 4. Cæterùm,

καὶ τῶν εἰς τὸ πόλεμον ἔργων, τοξικῆς τε καὶ ἀκοντίσεως, φιλομαθέστατον εἶναι, καὶ μελετηρότατον. Ἐπεὶ δὲ τῇ [1] ἡλικίᾳ ἔπεσε, καὶ [2] φιλοθηρότατος ἦν, καὶ πρὸς τὰ θηρία μέντοι φιλοκινδυνώτατος. Καὶ ἄρκτον ποτὲ [3] ὑποφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεπάλη ἀπὸ τοῦ ἵππου· [4] καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς φανερὰς εἶχε, τέλος δὲ κατέκτανε· καὶ τὸν πρῶτον μέντοι βοηθήσαντα πολλοῖς μακαρισὸν εἶναι ἐποίησεν.

res ad bellum *ſpectantes*, ſagittas emittendi *artem* jaculaque intorquendi, cupidiſſimum eſſe diſcendi, & exercitationum *iſtiuſmodi* tolerantiſſimum judicabant. Cùm verò *ejus id* ætati conveniret, & venandi ſtudioſiſſimus erat, & promptiſſimus ad ſubeunda in feris invadendis pericula. Etiam urſam aliquando irruentem non extimuit, ſed *cum eâ* congreſſus ab equo detractus eſt; & ea quidem paſſus eſt *vulnera*, quorum cicatrices habebat manifeſtas, tandem verò *feram* occidebat: atque ut illum, qui *tum ei* primus opem tulit, beatum prædicarent multi certè fecit.

rùm, in τὸ εἰς τὸ πόλεμον ἔργων, intelligendum eſt ἡκόντων, vel aliud quodpiam hujuſmodi participium. Plenè dixit *Æſchin.* dial. 2. ſect. 2. Επὶ δὲ πᾶσι τοῖς εἰς πλοῦτον ἥκουσι — i. e. *Inſuper etiam alia ad divitias pertinentia* —

1 Τῇ ἡλικίᾳ &c.] Vocis hujus poteſtas ad quamvis ſanè pertinet ætatem; at ætatem peculiari quâdam ratione juvenilem denotat. *Phavorinus*: Ηλικία, ἀντὶ τοῦ ἐν ἡλικίᾳ, (repono, ἀντὶ τοῦ οἱ ἐν ἡλικίᾳ) οἱ νέοι. *Suidas*: Ηλικία τὸ πόλεως, ἀντὶ τοῦ οἱ ἐν ἡλικίᾳ, οἱ νέοι. *Harpocration*: Ηλικία, ἀντὶ τοῦ ἐν ἡλικίᾳ οἱ νέοι. Legenda hæc & diſtinguenda ad eum modum, quem in repræſentandis *Phavorini* verbis tenuimus. Dicuntur autem εἶναι ἐν ἡλικίᾳ, & οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ juvenes, qui firmatâ jam ætate florent. *Thucyd.* l. 7. haud procul fine, ἡλικίας μετέχων, i. e. *Scholiaſte* monente, νεότητος: quem apud auctorem haud pauca hujuſmodi exempla reperire licet.

2 Φιλοθηρότατος ἦν,] Nimirum venandi ſtudium erat ἐκ τοῦ εἰς τὸ πόλεμον ἔργων. Vide ſis Κ. Π. p. 13, 14, & quæ notavimus ad p. 567.

3 Επιφερομένην &c.] Pari ſenſu atque elegantiâ Noſter adhibet προσφερόμενον Κ. Π. p. 39. καὶ ὡς εἶδεν ἐκ δὲ ἑκατέρᾳ κώπῃ προσφερόμενον, —— utroque participio ex vi vocis mediæ propriè *ſe inferentem* ſonante. Cæterùm, verbo πρεῖν ineſt quædam etiam *fugiendi* ſignificatio. *Heſych.* Τρέσαι, φυγεῖν, φοβηθῆναι. Τρεσάντων, φοβηθέντων· ἢ ἀφ' οὗ φυγόντων. *Suidas*: Τρέσας, ἀντὶ τοῦ φυγών, φοβηθείς, δειλιάσας.

4 Καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, &c.] Scil. τραύματα. *Phavorinus*: Ωτειλή, κυρίως μὲν τραῦμα, τὸ ἐκ τοῦ οὐτάσαι —— Διαφέρει δὲ ἑλκῆς ὠτειλή, ὅτι ὠτειλὴ μέν, αὐτὸ τὸ τραῦμα· ἑλκὴ δέ, τύλος ἢ τύπος θεραπευθέντος τοῦ τραύματος. Similiter *Ammonius*: Ωτειλὴ καὶ Οὐλὴ Διαφέρει· Ωτειλὴ μέν γάρ ἐστι τὸ πρόσφατον τραῦμα, παρὰ τὸ ὠτᾶσθαι· Οὐλὴ δέ, ἡ ὑγιασμένη σὰρξ ἐκ τραύματος πα-

λαιοῦ.

[1] Επεὶ δὲ καπεπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς σατράπης Λυδίας τε καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης, καὶ Καππαδοκίας, στρατηγὸς δὲ καὶ ὧν ἀπεδείχθη, οἷς καθήκει εἰς Κάστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι, πρῶτον μὲν [2] ἐπέδειξεν αὐτὸν, ὅτι πολὺ πλείστου ποιοῖτο, [3] εἴ τῳ πιστεύοιτο, ἢ εἴ τῳ συνθοῖτο, ἢ εἴ τῳ ὑπόσχοιτό τι, μηδὲν ψεύδεσθαι. Καὶ γὰρ οὖν ὄπισθον ἦν αὐτῷ αἱ πόλεις ὑπετρεπόμεναι, ὄπιστον δ' οἱ ἄνδρες· ἢ εἴ τις πολέμιος ἐφύετο, πιστευομένῳ Κύρῳ ὄπιστον μηδὲν ἂν ὧδε τὰς [4] σπονδὰς παθεῖν. Τοιγαροῦν ἐπεὶ Τισσαφέρνει ἐπολέμησε, [5] πᾶσαι αἱ πόλεις ἐκοῦσαι Κύρῳ ἐπολεμοῦντο ἀντὶ Τισσα-

Posteaquam autem à patre Lydiæ, Phrygiæ magnæ & Cappadociæ ſatrapa *conſtitutus, ac eò* deductus eſt; & *eorum* etiam omnium, quorum ad officium pertinebat in Caſtoli planitiem convenire, deſignatus eſt præfectus, primùm demonſtravit, plurimi ſe facere, ſi *quis eſſet fortè* quocum fœdus iniiſſet, ſi *quid* cum aliquo conſtituiſſet, ſi cui aliquid pollicitus eſſet fraude malâ nihil agere. Itaque ergò civitates ipſi commiſſæ, fidem *ipſi* habebant, habebant & *ipſi* viri fidem: & ſi quis extitiſſet hoſtis, fœdus ubi Cyrus *cum eo* pactus eſſet, nihil præter pacta paſſurum *ſe* confidit. Quapropter poſteaquam bellum adverſùs Tiſſaphernem moviſſet, civitates omnes, præter Mileſios, ultro Tiſſa-

λαυς. Senſum tamen poſteriorem hunc voci ὠτειλὴ tribuit hoc loco Xenophon. Sic *Plutarchus* Quæſt. Rom. p. 276. Ad quæſtionem Διὰ τί τὰς παραχειμαζούσας ἄρχειν, ἐδοξε ἦν σὺν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας; —— reſpondet, ὅτι τὰς ἀξίας ἄρχειν, ἃ γένεσιν, ἃδὲ χρήμασιν, ἃδὲ δόξαις, ἀλλὰ τραύμασι καὶ ὠτειλαῖς ἔκρινον. *Heſych.* Ωτειλαὶ, τραύματα, ἕλκη.

1 Επεὶ ὃ καπεπέμφθη] Vide ſuprà p. 2.

2 Επέδειξεν αὐτὸν, ὅτι &c.] Vide ſcripta p. 86. n. 3.

3 Εἴτῳ πιστεύοιτο, καὶ εἴτῳ συνθοῖτο,] Adpoſite *Ammon.* Σπονδαὶ καὶ Συνθῆκαι διαφέρει· Σπονδαὶ μὲν γὰρ, ὡς ὅτι πολέμιοι σπενδόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἀναχωροῦντες ἐφ' οἷς διωμολόγηνται· οἷον σπενδόμενοι μὴ πολεμήσειν, μηδ' ἀδικήσειν ἀλλήλους. Συντίθενται δὲ εἰρήνην ἢ φιλίαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὸ παρὰ ταῦτας πρᾶττειν, ἀρχὴ γίνεται πολέμου. *Suidas*: Σπένδεται —— τὸ φιλιοῦσθαι, ἔστω γὰρ ὁπόταν τὰς ἐπὶ τῶν πολεμίων συμβάσεις.

4 Σπονδὰς] *Suidas*: Σπονδὴ, οἷον ἔκχυσις ἐπὶ τιμῇ τῶν δαιμόνων· καὶ φιλία. nimirum, propterea quòd libationibus utebantur ii, qui amicitiam inter ſe & fœdera pangebant.

5 Πᾶσαι αἱ πόλεις &c.] Vide ſuprà p. 4. & 8.

φέρνους, πλὴν Μιλησίων· ἔτοι δὲ, ὅπ ὐκ ἤθελε τὺς φεύγον-
τας πρέαθαι, ἐφοβέντο αὐτόν. Καὶ γὰρ ἔργῳ ἐπεδείκνυε,
καὶ ἔλεγεν, ὅπ ὐκ ἂν ποτε πρεῖτο, ἐπεὶ ἅπαξ αὐτοῖς φί-
λῳ ἐγένετο, οὐδ' εἰ ἔπ μὲν μείους γένοιντο, ἔπ δὲ ἢ κά-
κιον πρᾴξειαν. Φθονερὸς δ' ἦν, καὶ εἴ τις ἀγαθὸν ἢ κα-
κὸν ποιήσειεν αὐτὸν, νικᾶν πειρώμῳ· καὶ εὐχὼ δέ τινες
αὐτῷ ἐξέφερεν, ὡς εὔχοιτο τοσοῦτον χρόνον ζῆν, ἐς τε νικᾷ
καὶ ὑπὸ εὖ καὶ τὺς κακῶς ποιοῦντας [1] ἀλεξόμῳ. Καὶ
γὰρ οὖν πλέισοι δὴ [2] αὐτῷ ἑνί γε ἀνδρὶ τῷ ἐφ' ἡμῖν, ἐπεδύ-
μησαν καὶ χρήματα, καὶ πόλεις, καὶ τὰ ἑαυτῷ σώματα
[3] πρέαθαι.

pherni Cyrum prætulerunt; hi verò, quòd exules deſerere nollet, eum metuebant. Etenim tum reapſe, tum verbis declaravit, nunquam ſe *eos* deſtituturum, poſteaquam amicus iis extitiſſet, nè ſi pauciores quidem etiam forent, & verò etiam fortunâ magis adverſâ uterentur. Prætereà palàm ad ſuperandos eos adnitebatur, quicunque ipſum *vel* beneficiis adfeciſſent vel injuriis: nonnulli etiam votum ejus extulerunt, optare ſe ut tamdiu viveret, donec & *eos* qui benè, & qui malè de ipſo meriti eſſent, vicem *cujuſque meritis* rependendo vinceret. Itaque ergò uni huic ex omnibus ætatis noſtræ hominibus plurimi & opes, & urbes, & corpora ſua in fidem tradere cupiebant.

1 Ἀλεξόμῳ.] *Heſych.* Ἀλέξαι, ἀμῦναι, βοηθῆσαι. Ἀλέξησις, βοήθεια, καὶ ἀντίπασις. Ità *Phavorinus* etiam. *Suidas*: Ἀλεξόμῳν· ἀμυνῶντα· τ κακῶν ἄρξαντα. Subjicit hæc tandem: Εὔχετο ἤ ὁ Κῦρ τοσῦτον χρόνον ζῆν, ἐς τε νικῴη τὺς εὖ κ κακῶς ποιοῦντας ἀλεξόμῳ. Quæ cùm ex hoc loco Xenophontéo deprompta ſint, ad ejus exemplar exigi debent & reſtitui.

2 Αὐτῷ ἑνί γε ἀνδρὶ] Ità rectè legit *Stephanus*; cùm alii exhibent αὐτῶν. quod in αὐτῷ mutandum monuit etiam *Muretus*. Porrò, de phraſi ἑνί γε ἀνδρὶ, Noſtro perquam familiari, diximus K. Π. p 582. n. 2. Similiter ſcribit *Thucyd.* l. 1. ferè medio: — καὶ ὄχλῳ, ὅσος ὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἦν· i. e. *& hominum multitudine, quanta quidem in nullo alio, uno duntaxat, eſt Græciæ loco.*

3 Πρέαθαι.] *Heſych.* Πρεῖσθαι, πρεσβεῦσαι. quâ notione verbum illud paulò ſuprà — ὅτι ὐκ ἤθελε τὺς φεύγοντας πρεῖσθαι, — adhibuit Xenophon. Hìc autem valet, *tradere in poteſtatem, permittere arbitrio* &c. Sic K. Π. p. 33. — Δῆλ δὲ τὸ μηδένα αὐτῆς ἠξιωκέναι πρεσβ μήτε χρήματα πολλὰ, μήτε &c.

Οὐ μὲν δὴ ὀδὲ τῦτ' ἄν τις εἴποι, ὡς τὺς κακύργους καὶ ἀδίκους εἶα καταγελᾶν, ἀλλ' ἀφειδέσατα τῶν τοιούτων ἐπεμωρέῖτο. [1]Πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν τῶν τὰς σειρομένας ὁδοὺς, ἄνευ ποδῶν καὶ χειρῶν καὶ ὀφθαλμῶν σεσημένους ἀνθρώπους· ὥστε ἐν τῇ τῦ Κύρου ἀρχῇ ἐνῆν, καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάρῳ μηδένα ἀδικοῦντι ἀδεῶς πορεύεσθαι, ὅποι τις ἤθελεν, ἔχοντι ὅ, τι παρείη. Τοὺς μέντοιγε ἀγαθοὺς εἰς πόλεμον ὡμολόγητο διαφερόντως τιμᾶν. Καὶ πρῶτον μὲν ἦν αὐτῷ πόλεμος πρὸς Πεισίδας καὶ Μυσούς· στρατευόμενος οὖν καὶ αὐτὸς εἰς ταύτας τὰς χώρας, ἃς ἐώρα [2]ἐθέλοντας κινδυνεύειν, τούτους καὶ ἄρχοντας ἐποίει ἧς κατεστρέφετο χώρας, καὶ ἄλ-

Neque hoc quidem dixerit quiſquam, quòd improbos ac ſceleratos *ſibi* illudere ſineret, ſed in eos ſeveriſſimè animadvertit. Ac ſæpenumerò tritis in viis cernere erat homines pedibus, manibus, oculis privatos: adeò ut *iis in locis* Cyrus ubi imperaret, *cuivis* tam Græco quàm barbaro iniqui nihil patranti ſecurè liceret iter facere, quocunque vellet *eorum* aliquis, *cùm* quidquid *tandem ipſi* commodum eſſet haberet. Bellicâ quidem certè virtute præditos eximiis *omnium* conſenſu honoribus ornabat. Ac primùm contra Piſidas & Myſos bellum geſſit: & cùm ipſe quidem exercitum in expeditionem adverſùs regiones iſtas educeret, quos ultro ſe in belli offerre diſcrimina videbat, eos cùm agri, quem ſuam in ditionem redegerat, præfectos conſtituebat,

1 Πολλάκις δ' ἦν ἰδεῖν &c.] Iſtiuſmodi nimirum ſuppliciis eos, morte quos haud ſtatim multandos cenſuerant, Perſæ coërcere ſolebant. *Q. Curt.* l. 5. c. 5. *Jámque haud procul urbe* (Perſepoli) *erant, cùm miſerabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, regi* (Alexandro) *occurrit. Captivi erant Græci ad quatuor millia ferè, quos Perſæ vario ſupplicíorum modo adfecerant: alios pedibus, quoſdam manibus, auribúſque amputatis, inuſtíſque barbarum literarum notis, in longum ſui ludibrium reſervaverant.* Similiter *Diodor. Sic.* de Græcis iſtis Alexandro obviam venientibus, l. 17. p. 542. ἀπήντησαν αὐτῷ —— ἠκρωτηριασμένοι πάντες, οἱ μὲν χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δ' ὦτα καὶ ῥῖνας. Conf. *Juſtin.* lib. 11. c. 14. *Ammian. Marcel.* l. 27. c. 12. & l. 30. c. 8.

2 Ἐθέλοντας] Editio *Steph.* exhibet ἐθελοντὰς &c. Vide quæ de eâdem ſcripturâ diximus p. 63. n. 2. Hic certè vulgata rectè ſe habet lectio, cùm mox ſequatur τῶν ἐθελόντων &c.

λοις δώροις ἐτίμα· ὥστε φαίνεσθαι τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, εὐδαιμονεστάτους, τοὺς δὲ κακοὺς, δούλους τούτων ἀξιουμένους. Τοιγαροῦν πολλὴ ἦν [1] ἀφθονία τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, ὅπου τις οἴοιτο Κῦρον αἰσθήσεσθαι.

[2] Εἰς μὲν δικαιοσύνην, εἴ τις αὐτῷ φανερὸς γένοιτο [3] ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος, ὡσαύτως ἐποιεῖτο [4] τούτους πλεονεκτεῖν τῶν ἐν τοῖς ἀδίκοις φιλοκερδούντων. Καὶ γὰρ οὖν ἄλλα τε πολλὰ δικαίως αὐτῷ [5] διεχειρίζετο, [6] καὶ στρατεύματι

tum aliis ornabat præmiis: adeò ut viri fortes palàm essent beatissimi, ignavi verò digni, qui his servirent, haberentur. Quapropter magna erat illorum copia, qui discrimina adire vellent, ubi quis animadversurum id Cyrum arbitraretur.

Quod verò ad justitiam attinet, si quem suæ factis probandæ palàm cupidum animadverteret, ipsi antiquissimum erat illos locupletiores reddere iis, qui ex injustitiâ lucrum avidè captarent. Itaque cùm alia multa justè ab ipso administrabantur, tum exer-

1 Ἀφθονία τῶν &c.] In vet. quibusdam libris legitur ἀφθονία ὅτῳ τῶν &c. Sed pro ὅτῳ libens reposuerim αὐτῷ. quod MS. Eton. præfert.

2 Εἰς γε μὴν δικαιοσύνην,] Locutio videtur elliptica, hunc in modum supplenda: Τὸ γε μὴν εἰς δικαιοσύνην ἦκον, vel ἀνῆκον, &c. Similis ferè extat ellipsis Luc. XIV. 28. — τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν; & 32. τὰ πρὸς εἰρήνην. scil. ἀνήκοντα. Vide Budæi Comm. L.Gr. p. 553, 1040. Confer quæ paulò suprà notavi ad phrasin τῶν εἰς τὸν πόλεμον, scil. ἥκόντων vel ἀνηκόντων: utì plenè scripsit *Dionys. Hal.* A. R. l. 5. sect. 69.

3 Ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος,] *Scil.* τῷ ἑαυτὸν δικαιοσύνην. Absolutè etiam, seu potiùs elliptice dixit *Ælian.* H. V. l. 9. c. 36. Ψάλτης Ἀντιγένην ἐπιδείκνυτο. scil. τῷ τέχνῃ· utì plenè loquutus est idem l. 2. c. 27. Confer *Theophrast.* περὶ ἀρετ. sub fin. necnon *Budæi* Comm. L. G. p. 683.

4 Τούτους] Suprà modò à plurativo ad singularem numerum transierat oratio: ἀφθονία τῶν ἐθελόντων κινδυνεύειν, εἴ τις &c. jam verò vice versâ singularem excipit numerus plurativus. Vide omnino p. 38. n. 4.

5 Διεχειρίζετο,] *Hesych.* Διαχειρίζεται, φροντίζει: Sic & *Phavorinus*: quorum apud utrumque Διαχειρίζει exponitur διοικεῖ: at verbum hoc παθητικῶς eo sensu sumptum non agnoscunt. Conjunxit etiam Διαχειρίζω & Διαχειρίζομαι *J. Poll* l. 5. *segm.* 156. tanquam eâdem potestate prædita; eo saltem discrimine intellecto, quod media inter & activa verba observandum est. Hic verò loci διεχειρίζετο passivè accipiendum videtur: nisi quis sensum ei vocis mediæ reciprocum tribuere malit, atque adeò αὐτῷ redundare censeat.

6 Καὶ στρατεύματι ἀληθινῷ] De eo sæpè sumitur ἀληθινὸν, nomini suo quod respondet, & reverà tale est, quale dici solet: opponitúrque *fictitio*, sive ei, quod *speciem* tantùm rei habet. Sic *Ælian.* H. V. l. 2. c. 3. ἀλη-

ἀληθινῷ ἐχρήσατο. Καὶ γὰρ στρατηγοὶ ἢ λοχαγοὶ ἢ χρημάτων ἕνεκα σὺν ἐκεῖνον ἔπλευσαν, ἀλλ' ἐπεὶ ἔγνωσαν κερδαλεώτερον εἶ) Κύρῳ καλῶς πειθαρχεῖν, ἢ τὸ κτῆμα κέρδος. Αλλὰ μὴν [1] εἴ τις γέ τι αὐτῷ σὺν ἔξωθεν καλῶς ὑπηρετήσειεν, [2] οὐδενὶ πώποτε ἀχάριστον εἶδε τὴν σὺν γνώμην. Τοιγαροῦν κράτιστοι δὴ ὑπηρέται παντὸς ἔργου Κύρῳ ἐλέχθησαν γενέσθαι. Εἰ δέ τινα ὁρᾷ δεινὸν ὄντα οἰκονόμον ἐν τοῖς δικαίοις, καὶ [3] καταστρώζοντά τε ἧς ἄρχοι χώρας, καὶ [4] σὺν όδους

citum habebat verum. Etenim duces & cohortium præfecti non pecuniæ cauſâ ad illum navigabant, ſed quòd eſſe fructuoſius exiſtimarent, Cyro dicto rectè audientes eſſe, quàm menſtruum lucrum. At ſi quis certè quidem ipſi, cùm quid imperâſſet, pulchrè navâſſet operam, nullius unquam animi alacritatem munere carere patiebatur. Quapropter in rebus omnibus Cyro *qui aderant* adminiſtri, præſtantiſſimi ſanè fuiſſe perhibentur. Quòd ſi quem juſtâ ratione rem familiarem adminiſtrandi peritum eſſe, ac eam cui præeſſet regionem inſtruere ac reditus facere

ἀληθινὸν ἵππον opponit τῷ σὺν τῇ εἰκόνι. Eodem ſenſu adhibetur apud *Lucian.* in *Lucio* p. 649, 651. Pari modo Θεὸς dicitur ἀληθινὸς 1 Theſſ. I. 9. atque adeò opponitur τοῖς μὴ φύσει θεοῖς, ſive τοῖς εἰδώλοις, i. e. *diis Ethnicorum fictitiis.* Ità Chriſtus, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, dicitur ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, 1 Joh. V. 20. ubi ὁ ἀληθινὸς Θεὸς opponitur τοῖς εἰδώλοις v. 21. memoratis. Confer Joh. XVII. 3. Similiter ἀρχηγὸς ἔστω τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ εὐλογητὸς, Joh. I. 9. adpellatur τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, tanquam qui verè talis ſit; quíque adeò inter alios omnes, id quibus aliquando nominis contigerit, unus ſupra contentionis modum emineat.

1 Εἴ τις γέ τι &c.] Ità ex MSto Eton. adſentiente *Æ. Porto*, reſtituimus locum, qui antehac, in editis libris, quos vidi, omnibus, præferebat εἴ τις γέ του &c. Fatendum tamen eſt voculæ τι ellipſin ſatìs eſſe uſitatam.

2 Οὐδενὶ &c ] Hanc ſcripturam exhibent MS. Eton. atque edit. *Ald.* & *Steph.* In aliis perperam legitur οὐδὲν πώποτε &c.

3 Καταστρώζοντα] *Tho. Magiſter*, Καταστρώζω, τὸ ἐργάζομαι: quod κατ' ἐξοχὴν ſonat τὸ γεωργικῶς ποιεῖν, interprete *Euſtathio* ſub fin. Il. ζ'. cui fidem facit auctorum conſenſus. Hìc, opinor, denotat partim adparatum σκευῶν παντοίων, οἷς γῆ τις ἐργάζεται, ἢ καρποὶ συγκομίζονται, utì loquitur *Dionyſ. Hal.* A. R. l. 8. ſect. 87. partim ejuſmodi rerum omnium diſpoſitionem, quæ ad commodum regionis eſſet idonea.

4 Προσόδους ποιοῦντα,] *Alteri* ſcil. ſive in uſum (non *ſuum*, ſed) *ejus*, cui ὑπηύθυνος erat; tanquam τῶν προσόδων ἀπόδεκτήρ, utì Noſter ait K. Π. p. 557. non κύριος: de quo ſi verba fierent, legeremus, opinor, προσόδους ποιησάμενον. Vide ſuprà p. 32. n. 2. Eodem ferè modo Latini ſcriptores verbum *facio* adhibent, quo Noſter hic loci ποιῶ. Vide *Nep.* in vitâ *Chabr.* ſect. 2. Eund. in *Epamin.* ſect. 3. & *Horat.* 1. Ep. 1. v. 65.

ποιοῦντα, [1] ὑδένα ἂν πώποτε ἀφείλετο, [2] ἀλλὰ καὶ πλείω προσεδίδου· ὥστε καὶ ἡδέως [3] ἐπόνουν, καὶ θαῤῥαλέως ἐκτῶντο, καὶ ἃ πέπατο αὖ τις, ἥκιστα Κῦρον ἔκρυπτεν· ὁ γὰρ φθονῶν τοῖς φανερῶς πλουτοῦσιν ἐφαίνετο, ἀλλὰ πειρώμενος χρῆσθαι τοῖς τῶν ὑποκρυπτομένων χρήμασι. Φίλους γε μὴν ὅσους ποιήσαιτο, καὶ εὐνοις γνοίη ὄντας, καὶ ἱκανοὺς κρίνειε συνεργοὺς εἶναι ὅ, τι τυγχάνει βουλόμενος κατεργάζεσθαι, ὁμολογεῖται πρὸς πάντων κράτιστος δὴ γενέσθαι θεραπεύειν. [4] Καὶ γὰρ

videret, *fortunas* huic neutiquam adimere voluit, ſed etiam plura tribuebat: adeò ut illi & libenter labores perferrent, & fidenter *bona* compararent, & quæ quiſpiam poſſideret, *ea* Cyrum minimè celaret: nec enim iis, qui palam opulenti erant, invidere videbatur, ſed illorum uti pecuniis conari, qui *eas* occultarent. Amicos quidem certè quoſcunque *ſibi* adjungeret, ac benevolos eſſe animadverteret, judicarétque idoneos eſſe ad id, quidquid *tandem* eſſet, quod confici vellet, adjutores, obſequiis omnes conſentiunt eum demerendi fuiſſe peritiſſimum. Etenim

1 Οὐδένα ἂν πώποτε ἀφείλετο,] Scil. ταύτην τὴν χώραν: quâ conſtructione uſus eſt Noſter K. Π. p. 309. τὸ μόνον μοι καὶ φίλον παῖδα ἀφείλετο τὴν ψυχήν. *Tho. Magiſter*: Αφαιρεῖται συνταίσσεται ἀπὸ γενικῆς εἰς αἰτιατικὴν, καὶ ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς γενικὴν, καὶ ἀπὸ αἰτιατικῆς εἰς αἰτιατικὴν, καὶ ἀπὸ δοτικῆς εἰς αἰτιατικήν. Cæterùm, pro ἀφείλατο, quod hactenus legebatur, libens admonitu tum loci ex K. Π. modò adlati, tum *Æ. Portii*, ἀφείλετο repoſui.

2 Αλλὰ καὶ πλείω &c.] De eodem Noſter in *Oeconom.* Λέγεται δὲ καὶ Κῦρός ποτε, — εἰπεῖν τοῖς ἐπὶ τὰ δῶρα κεκλημένοις· ὅτι αὐτὸς ἂν δικαίως τὰ ἀμφοτέρων δῶρα λαμβάνοι, (scil. καὶ τῶν πολέμῳ ἀγαθῶν, καὶ τῶν κατασκευαζόντων τὰς χώρας ἀρίστα·) κατασκευάζειν τε γὰρ ἄριστος εἶναι ἔφη χώραν, καὶ ἀρήγειν τοῖς κατεσκευασμένοις. Hìc non ſine emphaſi dicitur πλείω προσεδίδου. *Schol.* in *Ariſtoph.* ἱππ. v. 37. πλεονάζουσι καὶ ἐλλείπουσι ταῖς προθέσεσιν Αττικοί. Confer quæ ſuprà notavimus p. 32. ad v. προσαιτῆσαι. At verò ἐμφατικωτάτῳ præpoſitionis redundantiam videre eſt 1 Theſſ. III. 10. νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ δεόμενοι &c. i. e. *vehementiſſimè, etiam atque etiam, maximoperè orantes* &c.

3 Επόνουν, &c.] De ſubitâ numeri mutatione, vide ſuprà p. 96. n. 4.

4 Καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο,] Hæc ipſa formula eſt elliptica, quâ ſacri ſæpè utuntur auctores; quæque nonnihil interpretibus eorum negotii faceſſivit. En exempla! Matt. XII. 36. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον &c. ubi cum caſu quarto intelligas oportet præpoſ. περὶ, locúmque adeò vertas: *Dico autem vobis*, ad *omne verbum otioſum* quod attinet, &c. 1 Cor. X. 16. Τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία &c. ad *panem* quod attinet, &c. 2 Pet. I 5. Καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, &c. Adde huc Matt. XXI. 42. Joh. VI. 39. Act. X. 36. Eph. IV. 15.

αὐτὸ τοῦτο, ὅπερ αὐτὸς ἕνεκα φίλων ᾤετο δεῖσθαι, ὡς συνεργὸς ἔχοι, καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο συνεργὸς τοῖς φίλοις κράτιστος εἶ) τοῦτο, ὅτου ἕκαστον αἰσθάνοιτο ἐπιθυμοῦντα.

Δῶρα δ' πλεῖστα μέν, οἶμαι, [1] εἷς γε ἀνὴρ ὢν, ἐλάμβανε [2] διὰ πολλά· ταῦτα δ' δὴ πάντα μάλιστα τοῖς φίλοις [3] ἐδίδου, σκοπῶν τ' τρόπον ἑκάστου σκοπῶν, καὶ ὅτου μάλιστα ὁρῴη ἕκαστον δεόμενον. Καὶ ὅσα τῷ σώματι αὐτοῦ κόσμον πέμποι τις, ἢ ὡς [4] εἰς πόλεμον, ἢ ὡς εἰς καλλωπισμόν, καὶ περὶ τούτων λέγειν αὐτὸν ἔφασαν, ὅτι τὸ μὲν ἑαυτοῦ σῶμα οὐκ ἂν δύναιτο τούτοις πᾶσι κοσμηθῆναι, [5] φίλους δ' καλῶς κεκοσμημένους, μέγιστον κόσμον ἀνδρὶ νομίζοι. [6] Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα νικᾶν τοὺς φίλους εὖ ποιοῦν-

*quod ad* hoc ipſum *attinet*, cujus gratiâ ipſe amicis *ſibi* opus eſſe exiſtimabat, *nimirum* ut ad res gerendas adjutores haberet, etiam ipſe conabatur amicis egregius eſſe ad id *omne* adjutor, quidquid *tandem* cupere quemque perſentiſceret.

Muneribus plurimis, opinor equidem, unus ipſe multas ob cauſas cumulatus eſt: ea verò omnia potiſſimùm amicis, conſiderato cujuſque ingenio, & quo quemque maximè videret egere, largiebatur. Ac de iis etiam, quæcunque *ei* ad ornatum corporis ipſius mitteret aliquis, vel ad bellum *idonea*, vel ad cultum ſplendidiorem, dicere *ſolitum* tradunt, non poſſe ſuum corpus omnibus his ornari, ſed amicos præclarè ornatos ſe maximo homini ornamento ducere. Et magnis quidem beneficiis quòd amicos

1 Εἷς γε ἀνὴρ ὢν,] Vide ſuprà p. 94. n. 2.

2 Διὰ πολλὰ·] Scil. αἴτια. quod deeſt etiam nomen Act. IV. 21. — μηδὲν εὑρίσκοντες (ſcil. αἴτιον) τὸ &c. Confer Luc. XXIII. 14.

3 Ἐδίδου,] *Muretus* legit διεδίδου. quod monuiſſe ſat erit.

4 Εἰς πόλεμον, ἢ &c.] Scil. ἦκον vel ἀνῆκον. Vide ſis p. 96. n. 2.

5 Φίλους δὲ καλῶς &c.] Vide ſcripta ad K. Π. p. 584. n. 3. Cæterùm, pro κοσμηθῆναι MS. Eton. dat κοσμῆσαι; rectè, opinor; niſi malis ἑαυτοῦ in αὐτοῦ cum *Stephano* mutare.

6 Καὶ τὸ μὲν τὰ μεγάλα &c.] Quod idem immutatâ paulùm phraſi de Cyro maj. Noſter enuntiavit K. Π. p. 581. Καὶ τῷ μὲν δὴ μεγάθει δῶρον ὑπερβαλεῖν, πλεσιώτατον ὄντα, οὐ θαυμαστόν· τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα θαυμαστότατον, τοῦτο ἀξιολογώτερον.

τα, οὐδὲν θαυμαστὸν, ἐπειδή γε καὶ δυνατώτερος ἦν· τὸ δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ θελεῖναι τῶν φίλων, καὶ τῷ θεθυμεῖσθαι χαρίζεσθαι, ταῦτα μᾶλλον ἔμοιγε δοκεῖ ἀγασταὶ εἶναι. Κῦρος γὰρ [1] ἔπεμπε βικοὺς οἴνου ἡμιδεεῖς πολλάκις, ὁπότε πάνυ ἡδιστα λάβοι, λέγων ὅτι οὔπω δὴ [2] πολλοῦ χρόνου τούτου ἡδίονι οἴνῳ ἐπύχοι· [3] τοῦτο οὖν σοι ἔπεμψε, καὶ δεῖται σου τοῦτον ἐκπιεῖν τήμερον σὺν οἷς μάλιστα φιλεῖς. Πολλάκις δὲ χῆνας ἡμιβρώτους ἔπεμπε, καὶ ἄρτων ἡμίσεα, καὶ ἄλλα τοιαῦτα,

vinceret, nihil mirum *erat*, cùm eſſet ſanè potentior: at quòd curâ gratificandíque *ipſis* ſtudio ſuperabat amicos, hæc verò mihi quidem potiùs admiranda videntur. Nam *ad eos* ſæpè Cyrus doliola vini ſemiplena mittebat, quoties ſuave admodùm nactus eſſet, dicens ſe jam à longo tempore vinum ſuavius non adeptum eſſe: quamobrem illud tibi *Cyrus* miſit, téque rogat ut illud hodiè cum iis quos maximè diligis ebibas. Sæpenumerò ſemeſos etiam anſeres mittebat, & partes panum dimidias, & hujus generis alia,

1 Ἔπεμπε βικοὺς &c.] Eâ nimirum de cauſâ, quam expreſſit K. Π. p. 574. ὡς εὐεργέτημα ἀνθρώποις ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐδέσματα ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης ἐπιχαριτώτερον, ἢ σίτων καὶ ποτῶν μεταδόσις. Vide ſis Diſſertat. II. K. Π. præmiſſam p. 50. & auctoribus ibi citatis adde *Heraclidis* frag. quod apud *Athen.* l. 4. c. 10. extat. De menſurâ βικῶν conſule *Indicem*. Βικὸς autem interdum etiam παροξυτονεῖται.

2 Πολλοῦ χρόνου] Scil. ἀφ' πολλοῦ &c. Vide ſuprà p. 33. n. 1.

3 Τοῦτο οὖν σοι ἔπεμψε, &c.] De tranſitu ab obliquâ rectam in orationem vide ſuprà p. 30. n. 2. Verùm hoc loco egregiæ notandum venit ellipſeos exemplum: nam poſt ἔπεμψε requiritur ἔφη vel ἔλεγεν ὁ φέρων, ſeu aliud quoddam ejuſmodi ſupplementum. Non eſt itaque cur quiſquam ſolœciſmorum aut linguæ Helleniſticæ ſomniet ineptias, cùm in N. T. textu duæ pluréſve voces omiſſæ videantur. Haud aliam enim ad ſenſûs συντέλειαν opem ſcriptorum ſacrorum oratio poſcit, quam & Græcorum τὸ ἔξω præſtantiſſima exemplaria. Luc. IX. 13. legitur, Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· Οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράζωμεν &c. scil. ἐ δυνάμεθά τι αὐτοῖς δοῦναι, εἰ μὴ &c. Joh. I. 8. Οὐκ ἦν ἐκεῖνος τὸ φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, scil. εἰς τὸν κόσμον ἦλθε, utì plenè loquitur c. XII. v. 46. 1 Joh. II. 19. Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν· εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν, scil. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον. Marc XIV. 49. — καὶ οὐκ ἐκρατήσατέ με. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. ſupple ex Matt. XXVI. 56. Ἀλλὰ τοῦτο ὅλον γέγονεν, ἵνα &c. 1 Tim. I. 3. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ — ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν μηδὲ προσέχειν μύθοις &c. ſupple, οὕτω καὶ νῦν παρακαλῶ.

[1] ἐπιλέγειν κελεύων τὸν φέροντα, τούτοις ἥδη Κῦρος· βούλεται οὖν καὶ σὲ τούτων [2] γεύσασθαι. Ὅπου δὲ χλοὸς [3] σπάνιος πάνυ εἴη, αὐτὸς μὲν ἐδυνάτο προσκυάσασθαι, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν ὑπηρέτας, καὶ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, διὰ πέμπων ἐκέλευε τοὺς φίλους τοῖς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἄγουσιν ἵπποις ἐμβάλλειν τοῦτον τὸν χλόην, ὡς μὴ φεινῶντες τοὺς ἑαυτῶ φίλους ἄγωσιν. Εἰ δὲ δή ποτε πορεύοιτο, καὶ πλείστοι μέλλοιεν ὄψεσθαι, θεραπαλῶν τοὺς φίλους ἐπευδαιολογεῖτο, ὡς δηλοίη οὓς τιμᾷ· ὥστε ἔγωγε, ἐξ ὧν ἀκούω,

cùm addere juberet eum, *hæc* qui ferret, Cyrus his delectatus eſt; quapropter te quoque vult hæc guſtare. Ubi pabuli admodùm exiguum eſſet, *quod* ipſe tamen comparare poſſet, utpote qui multos habebat miniſtros, *cuíque id* curæ erat, dimittebat qui hortarentur amicos, ut equis, ipſorum qui vehebant corpora, pabulum objicerent, nè *illi* amicos ſuos fame confecti veherent. Quòd ſi aliquando iter faceret, ac complures *ſe* ſpectaturi eſſent, arceſſitis amicis gravibus de rebus ſermonem habebat, ut quos honore dignaretur ſignificaret: adeò ut neminem equidem, ſive

1 Ἐπιλέγειν] *Munus* nimirum, *quod poterit, verbis* quaſi *ornare*; uti Comicus. Eodem verbo compoſito uſus eſt ad rem eandem exprimendam K. Π. p. 23. Ἐνταῦθα δὴ ὁ Κῦρος — διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεραπευταῖς ἐπιλέγοντα &c. Eâdem operâ monet hic locus, minimè contemnendam eſſe *Mureti* conjecturam de reponendo διαδίδου pro ἐδίδου.

2 Γεύσασθαι.] Profanos apud Græciæ ſcriptores γεύεσθαι ſignificare *cibum capere, veſci*, non *guſtare* tantùm, jam olim viri eruditi ad Act. X 10. XX. 11. adnotârunt. Eandem vim hic etiam verbum iſtud obtinere videtur: cùm vix conſentaneum ſit, qui tanta miſit fercula, qui vinum epotum voluit, eum ſuis illa deguſtanda ſolùm, non item comedenda, dediſſe. Falſus eſt itaque *Vorſtius*, qui ad Act. X. 10. phraſin ſe Hebraïcam deprehendiſſe putavit.

3 Σπάνιος πάνυ εἴη] Ità edit. *Steph.* & *Leunclav.* Sed lectionem longè aliam exhibent MS. Eton. & edit. *Ald.* Ὅπου δὲ χλοὸς σπάνιος δυνατὸς εἴη, &c. Unde Cl. *Arnaud* Xenophontem ſcripſiſſe autumat σπάνιος δυνατῶς. δυνατῶς, inquit, ſignificat *valdè*, idémque valet quod πάνυ. Vellem exempla protuliſſet. *Heſych.* quidem Δυνατῶς exponit ἰσχυρῶς, ἡγεμαίως, ἀσφαλῶς. Idem adverbium *J. Poll.* l. 4. ſegm. 24. iis adnumerat, quæ de rhetore adhiberi debent. Originem lectionis MS. Eton. & edit. *Ald.* neque fas neque tanti eſt hariolando indagare: ea tamen, quin corrupta ſit, & quam recepimus, ſincera, vix dubito. Voces eaſdem conjunxit Noſter K. Π. p. 21. ἡ ἰδία ἵππος πάνυ σπάνιον ἦν.

ἀδένα ἡφίνω ὑπὸ πλειόνων πεφιλῆσθαι, ὅτε Ἑλλήνων ὅτε βαρβάρων. Τεκμήριον δὲ τούτου καὶ τόδε· [1] παρὰ μὲν Κύρου, ἀδύνατος ὄντος, ἀδεὶς ἀπῆλθε πρὸς βασιλέα· [2] πλὴν Ὀρόντας ἐπεχείρησε· (καὶ ὅτις δὲ, ὃν ᾤετο πιστὸν οἱ εἶναι, ταχὺ αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλαίτερον, ἢ ἑαυτῷ) παρὰ δὲ βασιλέως πολλοὶ πρὸς Κῦρον ἀπῆλθον, ἐπεὶ πολέμιοι ἀλλήλοις ἐγίγνοντο· καὶ ἔτοι μέντοι, οἱ μάλιστα ὑπ' αὐτοῦ ἀγαπώμενοι, νομίζοντες, παρὰ Κύρῳ ὄντες ἀγαθοὶ, ἀξιωτέρας ἂν τιμῆς τυγχάνειν, ἢ παρὰ βασιλῆι. Μέγα δὲ τεκμήριον καὶ τὸ ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ βίου αὐτῷ γενόμενον, ὅτι καὶ αὐτὸς ἦν ἀγαθὸς, καὶ κρίνειν ὀρθῶς ἐδύνατο τοὺς πιστοὺς καὶ εὐνοϊκοὺς καὶ βεβαίους. [3] Ἀποθνήσκοντος γὰρ αὐτοῦ, πάντες οἱ πρὸ

Græcorum ſive barbarorum, de quibus fando accepi, à pluribus amatum fuiſſe judico. Hujus *rei* hoc quoque argumentum eſt: *quod* à Cyro, *alieno* qui *imperio* ſubjectus erat, ad regem nemo defecerit; *unum* extra Orontam *id qui facere* conatus eſt: (ſed & ipſe *rex*, quem ſibi fidelem eſſe exiſtimabat, eum protinùs Cyro, quàm ſibi, amiciorem reperit) à rege verò multi ad Cyrum tranſierunt, poſteaquam hoſtili alter in alterum animo eſſe cœpit; & quidem ii, qui maximè illi in amore erant, futurum exiſtimantes ut apud Cyrum, ſi ſtrenuos ſeſe præberent, honorem *virtutis ſuæ* digniorem, quàm apud regem, conſequerentur. Magnum & illud argumentum, quod in fine vitæ ipſi accidit, tum ipſum fuiſſe bonum, tum rectè ſeligere potuiſſe fideles, benevolos, conſtantes. Nam cùm vitam amitteret, omnes apud eum

1 Παρὰ μὲν Κύρου &c.] Eadem tam de Cyro quàm de Artaxerxe tradit Noſter in *Oeconom.* Cæterùm, de voce ἀδύνατος, quam de Cyro adhibet, vide ſcripta p. 50. Diſſertat. II. quam noſtra præfert. K. Π.

2 Πλὴν Ὀρόντας] Vide p. 59 & ſeq. & p. 87. n. 5. Porrò ὅτις ſatis commodè ad regem refertur: atque adeò nullum hìc exſtat nominativi abſoluti exemplum, utì aliquando cum *Raphelio* ad Luc. XXI. 6. putaveram.

3 Ἀποθνήσκοντος γὰρ &c.] Noſter in *Oeconom.* Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἡγοῦμαι μέγα τεκμήριον ἀρχοντος ἀρετῆς εἶναι, ᾧ ἂν ἑκόντες ἕπωνται, καὶ τοῖς δεινοῖς παραμένειν ἐθέλωσιν. Ἐκείνῳ δὲ (Cyro) καὶ οἱ φίλοι ζῶντί τε συνεμάχοντο, καὶ ἀπιόντι συναπῄεσαν πάντες πρὸ τοῦ νεκρὸν μαχόμενοι, πλήν γε Ἀχαιῶν· Ἀχαιῶν δ' ἔτυχεν ἐπὶ τῇ νομῇ κέρατι τεταγμένος. Vide ſis K. Π. p. 484. Hic *Diodoro Sic.* l. 14. p. 254. eſt Ἀχαιῶν. Ubi ex Xenophonte & Plutarcho libens reposuerim Ἀχαιῶν.

αὐτὸν φίλοι & σωτραπεζοι μαχόμενοι ἀπέθανον ὑπὲρ Κύρου, πλὴν Ἀριαίου· ἕτος δὲ τεταγμένος ἐτύγχανεν ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων· ὡς δ' ἤσθετο Κῦρον πεπτωκότα, ἔφυγεν ἔχων καὶ τὸ στράτευμα πᾶν, ὃ ἦγεῖτο.

[1] Ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά. Βασιλεὺς δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, διώκων εἰσπίπτει εἰς τὸ Κυρεῖον στρατόπεδον· καὶ οἱ μὲν μετὰ Ἀριαίου οὐκέτι ἵστανται, ἀλλὰ φεύγουσι μετὰ τοῦ αὐτῶν στρατοπέδου εἰς τὴν [2] σταθμὸν, ἔνθεν ὥρμηντο· (τέτταρες δὲ ἐλέγοντο παρασάγγαι τῆς ὁδοῦ εἶναι) βασιλεὺς δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τά τε ἄλλα πολλὰ διαρπάζουσι, [3] καὶ τὴν Φωκαΐδα τὴν Κύρου παλ-

amici & menſæ participes pro Cyro pugnantes mortem oppetierunt, *unum* extra Ariæum: is in lævo fortè *aciei cornu* conſtitutus erat *copiarum* equeſtrium præfectus; ut autem cecidiſſe Cyrum intellexerat, fugam cum exercitu, cui præerat, toto capeſſebat.

Ibi tum Cyri caput manúſque dextra abſciſſa eſt. Rex cum ſuis hoſtes dum perſequitur, in caſtra incidit Cyriana: nec jam quidem ampliùs Ariæi ſubſiſtunt copiæ, ſed per caſtra ſua ſtationem ad *illam*, unde *paulò antè* diſceſſerant, fugiunt: (quatuor autem itineris *ſpatium* paraſangas longum eſſe ferebatur) rex, & qui cum eo erant, tum alia multa diripiunt, tum etiam Cyri concu-

1 Ἐνταῦθα ὁ Κύρου ἀποτέμνεται &c.] A Meſabate, regis eunucho, atque ex lege quâdam Perſarum; auctore *Plutarcho* p 1019 & 1017. Cæterùm, ἰατρὸς iſte, utì Noſter lib. 2. extr. ait, κόλακες ἐδδκεῖ εἶναι.

2 Σταθμὸν, ἔνθεν ὥρμηντο·] Sic ex conjecturâ reſcripſi. MS. Eton. ἔνθεν ὡρμῶντο cùm editi libri, quos vidi, omnes exhibeant ἐν ᾧ ὥρμηντο. Conjecêre tamen viri docti lectionem alii aliam huc revocandam eſſe; *Stephanus*, ἐξ οὗ ὥρμηντο, vel ἔνθεν ὥρμηντο: *Leuncl.* ἔνθα ὡρμῶντο: *Muretus* ἐν ᾧ ὥρμων. Exemplum τοῦ ἔνθεν ſignificantis *unde*, quoniam quidem nobis invidêre Lexicographi, unum alterúmve proferre libet. *Herodot.* l. 2. c. 142. ἔνθεν νῦν ἀναπέλλει, (ſol) ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι Noſter utramque vocem conjungit *Hiſt.* Gr. l. 6. ferè medio, ἔθεντο τὰ ὅπλα καὶ χώρεον, ἔνθεν ὥρμηντο — Idem infrà — ἐπαύεσθαι ἔνθεν &c.

3 Καὶ τὴν Φωκαΐδα τὴν &c.] De quâ, nomine Aſpaſia, *Ælian.* V. H. l. 12. c. 1. copioſè, & narrationi Xenophontéæ convenienter. Cui addendus eſt *Plutarchus* p. 1024.

λακίδα, τῇ σοφῇ καὶ καλῇ λεγομένην εἶδος, λαμβάνει. Ἡ δὲ Μιλησία ἡ νεωτέρα, ληφθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀμφὶ βασιλέα, ἐκφεύγει γυμνὴ [1] πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οἳ ἔτυχον ἐν τοῖς σκευοφόροις ὅπλα ἔχοντες· καὶ ἀντιταχθέντες, πολλοὺς μὲν τῶν ἀφειπαζόντων ἀπέκτειναν, [2] οἱ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον· ἃ μὴν ἔφυγόν γε, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἔσωσαν, καὶ τἆλλα [3] ὅσα ἐντὸς αὐτῶν, καὶ χρήματα καὶ ἄνθρωποι, ἐχόντων, πάντα [4] ἔσωσαν. Ἐνταῦθα δὲ δέχον ἀλλήλων βασιλεύς τε καὶ οἱ Ἕλληνες ὡς τριάκοντα

binam *patriâ* Phocæenſem, quæ ſapiens & elegans adpellabatur, *ille* capit. At Mileſia natu minor *altera*, ab iis qui circa regem erant capta, nuda effugit ad Græcos, qui armati apud impedimenta fortè ſteterunt: quíque cùm acie inſtructâ reſtitiſſent, multos interfecerunt ex iis qui *caſtra* diripiebant, atque de ipſorum etiam numero nonnulli interiêre: neque tamen fugæ ſe dederunt, ſed & *mulierem* iſtam ſalvam præſtabant, ac alia quæcunque intùs habebant, tum facultates tum homines, omnia conſervabant. Ibi rex atque Græci inter ſe ſtadia circiter triginta di-

1 Πρὸς τοὺς Ἕλληνας,] *Muretus* legendum monet πρὸς τὸν τῶν Ἑλλήνων, ut intelligas στρατμόν: eundem accuſativum ex præcedentibus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum, & pro τῶν ſubſtituendum τὸν, cenſuit etiam *Stephanus*. Ex mente *Porti* ſubauditur τὸ στρατόπεδον. Intelligas velim ſuo cum articulo στρατμόν: niſi malis τὸν στρατῆρα ſeu τὸ στρατήγημα, quæ paſſim deficere ſolent.

2 Οἱ δὲ] Vide ſuprà p. 84. n. 5.

3 Ὅσα ἐντὸς αὐτῶν, &c.] Pronomen hoc, γνώμην ἐμὴν, ab ὅσα, non ἐντὸς, pendet; quod & alibi ſæpè ſine caſu ponitur: atque adeò ſententia plenè prolata ſic ſe habuerit, ὅσα ἐντὸς τὰ ἴδια αὐτῶν κτήματα &c. Itaque non adſentior viris eruditis, qui alteram illam conſtructionem amplexi, ſimiliter hìc ἐντὸς αὐτῶν dici, atque Luc. XVII. 21. ἐντὸς ὑμῶν, i. e. *inter* vel *apud vos*, exiſtimârunt. Porrò, cum ἐντὸς intelligendum videtur τοῦ στρατοπέδου vel τῷ στρατμῷ, pro ἐν τῷ στρατοπέδῳ &c. adeò ut locutionem evangeliſtæ atque ἐντὸς, cum nomine per ellipſin ſuppreſſo, ritè, opinor, contenderis.

4 Ἔσωσαν.] Ipſum hoc jam modò præceſſit verbum; cujus tamen non eſt cur quiſquam repetitionem gravetur. Eodem, quod ad compoſitionis rationem attinet, exemplo ſcripſit Noſter K. Π. p. 93. Καὶ σφόδρα μὲν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ ἀνδρικὰ εὐδοκιμεῖ, πολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς μᾶλλον τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμεῖ. Et p. 150. καὶ τῷ δευτέρῳ σκήλασε ταυτὰ τοῦτον παραγγεῖλαι, καὶ ἅμα πάντων ὁρμὴ παραδιδόναι σκήλασιν. Plura id genus exempla congeſſit Cl. *Wopkens* in *Tullian. Lect.* ubi luculenter oſtendit, ex iteratis in eâdem ſententiâ verbis, alterum immeritò deleudum cenſuiſſe de Cicerone cæteroquin optimè meritos editores. Similiter 1 Cor. I. 18. verbum ἐστὶ, & verſ. 27. ἐξελίξατο bis poni videre eſt.

στάδια, οἱ μὲν διώκοντες τοῦ καθ' ἑαυτοὺς, [1] ὡς πάντας νικῶντες· [2] οἱ δὲ ἁρπάζοντες, ὡς ἤδη πάντες νικῶντες. Ὡς δὲ ἤσθοντο οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι βασιλεὺς σὺν στρατεύματι ἐν τοῖς σκευοφόροις εἴη, βασιλεὺς δ' αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους, ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῷεν τὸ καθ' ἑαυτούς, καὶ εἰς τὸ πρόσθεν οἴχοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα δὴ [3] βασιλεὺς μὲ ἀθροίζει τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ συντάττεται· ὁ δὲ Κλέαρχος ἐβουλεύετο, Πρόξενον καλέσας, (πλησιαίτατος γὰρ ἦν) εἰ πέμποιέν τινας, ἢ πάντες ἴοιεν ὅπη τὸ στρατόπεδον ἀρήξοντες.

Ἐν τούτῳ βασιλεὺς πάλιν δῆλος ἦν προσιὼν, ὡς ἐδόκει, ὄπι-

stabant, cùm hi oppositos sibi *hostes* insequerentur, quasi qui universos vicissent; illi *obvia quæque* raperent, quasi jam universi victoriam essent adepti. Verùm ubi Græci regem cum exercitu esse apud impedimenta cognôrunt, & rex de Tissapherne audierat, Græcos aciem sibi oppositam vicisse, ac *eam* insequendi causâ ulteriùs progredi, tum verò suos rex colligit instruitque: Clearchus autem, vocato *ad se* Proxeno, (nam *ei* proximus erat) utrùm quosdam mitterent, deliberabat, an omnes *potiùs* ad castra defendenda pergerent.

Intereà rex iterùm palàm accedebat, utì videbatur, à tergo.

1 Ὡς πάντας &c.] Ineunte libro secundo legitur, — ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες ἐκοιμήθησαν, οἰόμενοι πάντα νικᾶν. Unde hoc etiam loco πάντα νικῶντες legi rectè posse conjecit *Stephanus*. Sed & πάντας quod libri omnes repræsentant, commodè retineri posse nemo negaverit.

2 Οἱ δὲ ἁρπάζοντες,] Scil. βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ut suprà modò: vel ut mox infrà loquitur, βασιλεὺς σὺν στρατεύματι. Participium autem illud plurativum ad ea, quæ cum voce βασιλεὺς sunt intelligenda, refertur: nec alia videtur structuræ ratio 1 Tim. II. 15. ubi nomini singulari γυνὴ, verba itidem primò ipsi numero congruentia, discrepans deinde μείνωσι subjungi, videre est. Statuamus itaque oportet, posterius hoc verbum πίστας γυναῖκας, sub γυνὴ voce νοσμῦσας, respicere.

3 Βασιλεὺς] Jam tertiùm in eâdem hâc periodo occurrit. Quo moniti exemplo modestiam discant fastidiosi isti dictionis, quâ Evangelistæ usi sunt & Apostoli: nec auriculas sequantur adeò, ut durum nescio quid absonúmve in oratione N. T. sacrâ passim sese audire somnient. Cæterùm, pro τὸ καθ' ἑαυτοὺς *Steph.* legendum censet, τοὺς καθ' &c. Sed utroque modo suprà locutus est Noster: vide p. 85. Cum articulo neutro βαρβαρικὸν ritè intelligas, βαρβάρους cum masculino.

σθεν. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες [1] συσραφέντες ωδιασκευάζοντο, ὡς [2] ταύτῃ ωροσιόντες καὶ δεξόμενοι· ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτῃ μὲν οὐκ ἦγεν, ἣ δὲ παρῆλθεν ἔξω τοῦ εὐωνύμου κέρατος, ταύτῃ καὶ ἀπήγαγεν, ἀναλαβὼν καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ ωρὸς τοὺς Ἕλληνας αὐτομολήσαντας, καὶ Τισσαφέρνην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Ὁ γὰρ Τισσαφέρνης ἐν τῇ ωρώτῃ συμβολῇ οὐκ ἔφυγεν, ἀλλὰ διῆλασε καὶ ωρὸς τὸν ποταμὸν κατὰ τοὺς Ἕλληνας πελτασάς· διελαύνων δὲ κατέκτανε μὲν οὐδένα, ἁμασάντες δὲ οἱ Ἕλληνες ἔπαιον καὶ ἠκόντιζον [3] αὐτούς. Ἐπισθένης ὁ Ἀμφιπολίτης ἦρχε τῶν πελτασῶν, καὶ ἐλέγετο φρόνιμος γενέσθαι. Ὁ μὲν Τισσαφέρνης ὡς μεῖον ἔχων ἀπῆλαύνε· εἰς δὲ τὸ στρατόπεδον ἀφικόμενος τῶν Ἑλλήνων, ἐνέτυγχάνει βασιλεῖ, καὶ

Ac Græci quidem conglobati, ut hâc *parte, quâ facturus impetum videbatur, ipſum* adirent exciperéntque, ſeſe comparant: at rex *ſuos* eâ non ducebat, ſed quâ lævum ultra cornu proceſſerat, eâ etiam abduxit, receptis *ad ſe* iis, qui ad Græcos in prælio transfugerant, & cum ſuis etiam Tiſſapherne. Nam Tiſſaphernes primo in congreſſu non fugerat, ſed ad flumen ipſum cum equitatu penetrârat adverſùs Græcos peltaſtas: *eò* dum perequitabat, neminem quidem interfecit, verùm Græci datâ hinc illinc viâ conſiſtentes ejus cædebant copias & jaculis feriebant. Peltaſtarum præfectus erat Epiſthenes Amphipolitanus, *vir*, utì ferebatur, prudens. Itaque Tiſſaphernes ut inferior diſceſſit; cúmque Græcorum ad caſtra perveniſſet, in regem ibi fortè incidit, atque

1 Συσραφέντες] Eſt, *Heſychio* interprete, συνειλημένοι. *Phavorinus*: συσρέφονται οἱ σρατιῶται, ἐπειδὰν ὑπὸ τῶν πολεμίων σκεδασθέντες αὖθις πειρασθῶσι σρέφεσθαι. De militibus dicitur, qui ſeſe colligunt conglobántque ad impreſſionem validiùs faciendam; metaphorâ ab animalibus ductâ, quæ ad pugnam ſeſe dum parant, συσρέφονται. *J. Poll.* l. 5. ſegm. 168. Συσρέψαι, συνειλῆσαι, συναγαγεῖν, συναθροῖσαι, συστείρασθαι, tanquam ſynonyma recenſet. Atque ità quidem primum illud verbum exponere ſolet *Scholiaſtes* Thucydideus.

2 Ταύτῃ] Supple μεσέδει: quod mox iterum ac tertiùm intelligendum eſt nomen, niſi malis ὁδῷ.

3 Αὐτούς.] Scil. *Tiſſapherneм* καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, quæ ex præcedentibus repetenda ſunt. Vide ſcripta p. 38. n. 4. & p. 96. n. 4.

ὁμῶ δὴ πάλιν σωταξάμθοι ἐπορεύοντο. Επεὶ δ' ἦσαν κατὰ τὸ εὐώνυμον τῶν Ελλήνων κέρας, ἔδεισαν οἱ Ελληνες μὴ περισάγοιεν περὶς τὸ κέρας, καὶ περιπλέξαντες ἀμφοτέρωθεν αὐτὰς [1] διακόψειαν· ἔδοξε αὐτοῖς ἀναπλύσειν τὸ κέρας, καὶ [2] ποιήσασθαι ὄπισθεν τὸ ποταμόν. [3] Εν ᾧ δὲ ταῦτα ἐβουλεύοντο, [4] ἡ δὴ βασιλεὺς [5] παρεμβάλλει εἰς τὸ αὐτὸ χῆμα, κατέστησεν ἐνωτίαν τὴν φάλαγγα, ὥσπερ [6] τὸ πρῶτον μαχόμθω στήσει. Ως δὲ εἶδον οἱ Ελληνες ἐγγύς τε [7] ὄντας καὶ παρατεταγμένους, αὖθις [8] παιανίσαντες ἐπῆσαν

adeò simul *utriusque* instructâ rursùs acie *illinc* proficiscebantur. Ac ubi ad lævum Græcorum cornu adfuissent, verebantur Græci nè cornu invaderent, atque ipsos utrinque circumveniendo hinc indè cæderent; quare visum est ipsis *ità* cornu explicare, ut à tergo flumen haberent. Hoc dum illi capiunt consilii, rex continuò phalangis formâ in eandem, *quam priùs habuit*, permutatâ, *eam*, utì primùm ad pugnam conferendam accesserat, exadversùm *hostem* constituit. Cùm autem Græci *eos* & in propinquo & instructos esse cernerent, rursùm pæana ubi cecinerant, multò

1 Διακόψειαν· ἡ &c.] MS. Eton. κατακόψειαν· rectè, opinor. Nam crebriùs Noster sensu loco huic congruenti verbum hoc adhibet. Suprà p. 58. νομίζετε οὖν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐμέ τε κατακεκόψεσθαι, &c. p. 87. Ενθα δὴ Κῦρος δείσας μὴ ὄπισθεν γενόμενος κατακόψῃ τὸ &c. Porrò, ἡ quæ proximè sequitur particula, hìc valet *itaque*, *igitur*, *quare*: quomodo verti debet Act. VII. 34. X. 5. XIII. 11. XXII. 16. Sic & infrà paulò Noster: Καὶ ὁ Λύκιος ἤλασε &c.

2 Ποιήσασθαι] Lege n. 2. p. 36.

3 Εν ᾧ δὲ &c.] Scil. χρόνῳ. Sic Joh. V. 7. ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι &c. Vide p. 80. n. 4.

4 Καὶ δὴ] *Muretus* legit ἤδη. Sed nil mutandum. *Phavorinus*: Καὶ δὴ, ἐπὶ τοῦ ἤδη. Similiter *Hesychius*. Sic *Aristoph.* in *Pluto* v. 227. Καὶ δὴ βαδίζω.

5 Παρεμβάλλει &c.] Æquè ac κατέστησεν, respicit τὴν φάλαγγα. Eâdem infrà paulò structurâ utitur: Ο δὲ Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν ἐπὶ τὸ λόφον, ἀλλ' ὑπὸ αὐτὸν στήσας τὸ στράτευμα. ubi vox postrema refertur & ad ἀνεβίβαζεν & ad στήσας.

6 Ωσπερ τὸ πρῶτον μαχόμθω &c.] *Leunclavius* sic locum distinguit & legendum censet, τὴν φάλαγγα, ὥσπερ τὸ πρῶτον, ἡ μαχόμθω &c. atque adeò vertit, — *ad pristinam formam — reductâ phalange adversùs constitit, jámque pugnaturus accessit.* Sed auctoris ille mentem non adsecutus est: quæ tamen ex vulgatâ lectione atque interpunctione sponte exoritur.

7 Οντας δὲ παρατεταγμένους,] Scil. regem suâ cum phalange. Consule p. præced. n. 3.

8 Παιανίσαντες] Lege n. 2. p. 83.

πολὺ ἔτι προθυμότερον, ἢ [1] τοπρόσθεν. Οἱ δ' [2] αὖ βάρβαροι οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' ἐκ πλείονος, ἢ τοπρόσθεν, ἔφευγον· οἱ δ' ἐπεδίωκον μέχρι κώμης τινός· ἐνταῦθα δὲ ἔστησαν οἱ Ἕλληνες· ὑπὲρ γὰρ τῆς κώμης [3] γήλοφος ἦν, ἐφ' ᾧ ἀνεσταλμένοι οἱ ἀμφὶ βασιλέα· πεζοὶ μὲν οὐκέτι, τῷ δὲ ἱππέων ὁ λόφος ἐνεπλήσθη· ὥστε τὸ ποιούμενον [4] μὴ γιγνώσκειν. Καὶ [5] τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης, ἐπὶ [6] ξυστοῦ ἀνατεταμένον.

etiam alacriùs, quàm anteà, *eos* invadebant. *Horum* barbari non excipiebant impetum, ſed effuſiùs, quàm anteà, fugam capiebant: *quos* Græci ad vicum quendam perſequuntur; ubi demùm ſubſiſtunt: nam ſupra vicum collis quidam erat, in quo ſe convertebant ii, qui circa regem erant; *in quibus* pedites quidem non erant, ſed equitibus impletus erat collis; adeò ut quid ageretur haud ſcire eſſet. Signum etiam regium videre *ſe* dicebant, auream quandam aquilam in peltâ, ſuper haſtâ extenſam.

1 Τοπρόσθεν] Vide p. 63. n. 1.

2 Αὖ] *Phavorinus*: Αὖ, πάλιν, αὖθις· Ἀττικοὶ πολλάκις κατὰ πλεονασμὸν προσφέρουσιν· ὡς πολλαχοῦ ἐστιν εὑρεῖν παρὰ Ἀριστοφάνει.

3 Γήλοφος] Pro quo mox λόφος plus vice ſimplici uſurpatur. *Moſchopulus*: Λόφος, πᾶν τὸ ἀνεστηκὸς, καὶ ἐξέχον. *Phavorinus*: Λόφος, τὸ προεξικεφαλαίας ἄκρον, ἢ γῆς ἀνάστημα. Ab utroque Γήλοφος exponitur, ὁ ὑψηλὸς τόπος. Minus generale poſterius eſt nomen, quippe quod τὰ ὀρεινὰ præcipuè denotat ἀναστήματα: cùm illud ex *Moſchopuli* interpretatione rectè intellexeris. Utramque vocem pariter adhibuit *Arrian.* l. 1. c. 6.

4 Ὥστε τὸ ποιούμενον μὴ γιγνώσκειν.] Supple τοὺς Ἕλληνας, ex orationis ſerie.

5 Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον &c.] Noſter K. Π. p. 472. ἦν δ' αὐτῷ (Cyro) τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. ubi vide notata. Inſignis eſt MSti Eton. gloſſa hæc: δηλονότι, ὁ μὲ ἀετὸς ἐπὶ πέλτῃ ἐπιπεπίκτο ἑστὼς, ἡ πέλτη δὲ ξύλῳ τι ἐπέκειτο. *Thom. Magiſter*: Πέλτη, ἡ ἀσπὶς ἡ ἵππον ἐκ ἔχουσα. quocum conſentit *Ammonius*.

6 Ἐπὶ ξυστοῦ &c.] Repoſui ex conjecturâ: cùm priùs alii libri ἐπὶ ξύλου, alii ἐπὶ ξύλῳ exhiberent. *Leunclavius* ἐπὶ πέλτης in ἐπὶ παλτοῦ mutanda, & ἐπὶ ξύλῳ tanquam ſcholion delenda, vel in marginem rejicienda cenſuit. Lene magìs, nec leve forſan, eſt quod adhibui remedium. Peltæ, opinor, impoſita erat aquila, cui veluti pedibus inſiſtebat: deinde ipſa cum inſigni regio palta haſtæ, in quâ ſublimis geſtaretur, erat adfixa. *Suidas*: Ξυστὸν· δορύκλιον, ἀκόντιον, καὶ τὸ τέλειον δόρυ. Ἀρριανός. Τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς αἰετοί, εἰκόνες βασίλειοι, στέμματα, πάντα χρυσᾶ, ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. *J. Poll.* l. 1. ſeg. 136 ſimul enumerat Λόγχη, ξυστὸς (repone ξυστὸν, quam & emendationem poſtulat *Ammonius* ad v.) κόμαξ, ἀκόντιον — δόρυ. *Phavorinus*: Ξυστῖς, ἀκοντίοις. Ξυστὸν, τῷ δόρατι ἐπικείμενον. Λάμβανεται ποτὲ αὐτὸ μόνον ἁπλῶς ἐπὶ δόρατος. Ex his conſtat locutiones, ἀετὸς ἐπὶ δόρατος

Επεὶ δὲ καὶ [1]ἐνταῦθα ἐχώρων οἱ Ἕλληνες, λείπουσι δὴ καὶ τὴν λόφον οἱ ἱππεῖς· οἱ μέντοι ἔτι ἀθρόοι, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλοθεν· ἐψιλοῦτο δ' ὁ λόφος τῶν ἱππέων· τέλος δὲ καὶ πάντες ἀπεχώρησαν. Ὁ μὲν οὖν Κλέαρχος οὐκ ἀνεβίβαζεν εὐθὺ τὸν λόφον, ἀλλ' ὑπὸ αὐτὸν ἱστὰς τὸ στράτευμα, πέμπει Λύκιον τὸν Συρακόσιον καὶ ἄλλον ὑπὲρ τὸν λόφον, καὶ κελεύει κατιδόντας τὰ ὑπὲρ τοῦ λόφου, τί ἔστιν ἀπαγγεῖλαι. Καὶ ὁ Λύκιος ἦλασε, καὶ ἰδὼν ἀπαγγέλλει ὅτι φεύγουσιν ἀνὰ κράτος. [2]Σχεδὸν δ' ὅτε ταῦτα ἦν, καὶ ἥλιος ἐδύετο. Ἐνταῦθα δὴ ἔστησαν οἱ Ἕλληνες, [3]καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἀνεπαύοντο· καὶ ἅμα μὲν ἐθαύμαζον, ὅτι οὐδαμοῦ Κῦρος φαίνοιτο, οὐδ' ἄλλος ἀπ' αὐτοῦ οὐδεὶς πρήσσων· οὐ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν τεθνηκότα, ἀλλ' εἰκαζον

Cùm autem Græci huc etiam tenderent, deſerunt quoque collem equites; non ſanè copiis jam confertis, ſed alii ex aliâ parte: nudabatúrque adeò equitatu collis; tandem etiam omnes diſceſſêre. Clearchus quidém non *continuò* copias in collem promovit, ſed iis ſub ipſo collocatis, Lycium Syracuſanum cum alio *quodam* mittit, atque imperat, ut ſpeculati quæ *eſſent* in colle, quomodo ſe habeant *ipſi* renuntiarent. Itaque Lycius *in eum* adequitavit, & cùm *omnia* vidiſſet, fugere *hoſtes* totis viribus renuntiat. *Jam*que *adeò*, cùm hæc gererentur, ſol propemodùm occidebat. Atque hìc Græci ſubſtiterunt, & ſub armis conquieſcebant: ſimul mirabantur, Cyrum nuſquam adparuiſſe, nec alium ab ipſo quenquam adfuiſſe; neque enim mortuum eum eſſe nôrant, ſed vel

λέγατος apud K. Π. loco cit. & αἰσθὸς ἐπὶ ξυστῷ ἀνατεταμένος apud hunc locum, inter ſe optimè convenire, atque adeò eâdem de re ſatis eſſe commodè adhibitas.

1 Ἐνταῦθα] Vide p. 7. n. 2.

2 Σχεδὸν δ' ὅτε ταῦτα ἦν, καὶ &c.] Similiter loquutus eſt *Hiſt. Gr.* l. 6. ſub init. Σχεδὸν ὃ ἐδεῖ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῇ Θετταλίας ἀφικνεῖτο &c. Utrobique verò redundat καὶ, perinde atque Luc. II. 21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα &c. ubi καὶ poſteriore loco imperitè prorſùs in quibuſdam MSS. omittitur. Optimè *Phavorinus*: Καὶ, ὁ συνδεσμος περισσὸς παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, καὶ τοῦτο μυρία παραδείγματά ἐστιν εὑρεῖν.

3 Καὶ θέμενοι τὰ &c.] Hæc *J. Cæſaris* ferè verbis, quæ l. 1. B. C. c. 42. extant, reddidi:

ἢ διώκοντα οἴχεσθαι, ἢ καταληφόμενόν τι [1] προεληλακέναι· καὶ αὐτοὶ ἐβουλεύοντο, εἰ αὖτοῦ μείναντες τὰ σκευοφόρα ἐνταῦθα ἀγάγοιντο, ἢ ἀπίοιεν ὅπῃ τὸ στρατόπεδον. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἀπέναι· καὶ ἀφικνοῦνται ἀμφὶ [2] δόρπου ὅπῃ τὰς σκηνάς. Ταύτης μὲν τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο. Καταλαμβάνουσι δὲ τῶν τε ἄλλων χρημάτων τὰ πλεῖστα διηρπασμένα, καὶ εἴ τι σιτίον ἢ ποτὸν ἦν· καὶ τὰς ἁμάξας μεστὰς ἀλφίτων καὶ οἴνου, ἃς παρεσκευάσατο Κῦρος, ἵνα εἴ ποτε σφοδρὰ λάβοι [3] τὸ στρατόπεδον ἔνδεια, διαδιδοίη τοῖς Ἕλλησιν·

insequendis *hostibus intentum* abiisse, vel ad occupandum aliquid provectum esse conjiciebant: ipsique *adeò* consultabant, num illic commorati impedimenta eò adducerent, an ad castra discederent. Ipsis tandem visum est discedere; atque *adeò* sub cœnæ tempus ad tentoria perveniunt. Et hic quidem hujus fuit diei finis. Offendunt autem cùm alias fortunas maximâ ex parte direptas, tum quidquid potulentum esculentúmve fuerat; & plaustra farinâ vinóque referta, quæ Cyrus sibi paraverat, ut si quando gravis exercitum incesseret inopia, Græcis *ea* distribueret:

didi: neque enim Græcos vel *arma deposuisse*, vel *posuisse castra*, existimandum est; cùm eos mox hinc in castra cessisse legamus. Vide p. 56. n. 3.

1 Προεληλακέναι.] Sic rescribendum pro προσεληλακέναι, quod hactenùs locum hunc occupârat, *Stephanus*, *Leunclavius*, *Muretus* unâ voce censuerunt. Similiter K. Π. p. 123. reposuimus προϊέναι pro προσέναι p. 159. προεληλυθότος pro προσεληλυθότος: p. 169. προϊόντες pro προσιόντες.

2 Δόρπου.] Ità in editis, quos vidi, omnibus scribitur. *Hesych.* Δόρπος, ὥρα τοῦ δείπνου. Similiter *Suidas*. Paulò aliter *Phavorinus*, Δορπιστὴς, δείπνου ὥρα. *J. Poll.* l. 6. segm. 102. —— δόρπον, ἢ ὡς Ξενοφῶν, δόρπισος: ubi tamen rectè monuerunt Cl. editores scribi etiam δόρπιστις, δόρπιστις, & δορπιστὶς. quibus ex MSto Eton. addo & δόρπητον. Etymol. m. Δορπηστὴς, ἡ τοῦ δόρπου ὥρα. Apud *Aristoph.* Vesp. v. 103. ὀξυτόνως scribitur δορπιστὶς: quomodo & apud *Athen.* l. 1. c. 9. *Eustathius* ad Odyss. π'. p. 1791. per η scribit; rectè, opinor; cùm sit δείπνητος & δειπνητὸς, à δειπνῶ.

3 Τὸ στρατόπεδον.] MS. Eton. habet σφοδρὰ τὸ στράτευμα λάβοιτο ἔνδεια. Sed στράτευμα sine dubio ex glossâ huc irrepsit. Cæteri vulgatam lectionem rectè tuentur. *Phavorinus* adposité: Στρατόπεδον, κυρίως, ἔνθα λέγεται ὁ στρατὸς — λέγεται ἢ στρατόπεδον, καὶ αὐτὸ τὸ στράτευμα: quocum consentiunt *Suidas* & *Scholiasta Thucyd.* ad l. 1. Noster *Hist. Gr.* l. 1. ferè medio: — ἀπαγαγεῖν τὸ στρατόπεδον ἀπὸ Βυζαντίου, i. e. —— *copias à Byzantio abstraherent.* Similiter *Thucyd.* l. 4. sub fin. ἔστι φίλοις μεγάλα στρατόπεδα σαφῶς (reposuerim, ἀσφῶς i. e. ἀδήλως, ἄνευ αἰτίας, ut ibi *Schol.*) ἐπιπλήγνυσθαι, i. e. *quod soleat magnos exercitus* &c.

(ἦσαν δ' αὗται, ὡς ἐλέγοντο, τετρακόσιαι ἅμαξαι) καὶ ταύτας τότε οἱ σὺν βασιλεῖ διήρπασαν· ὥστε [1] ἄδειπνοι ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων· ἦσαν δὲ καὶ ἀνάριστοι· πρὶν γὰρ δὴ καταλῦσαι τὸ στράτευμα πρὸς ἄριστον, βασιλεὺς ἐφάνη. Ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα ὧδε διεγένοντο.

(plauſtra ipſa *numero* fuiſſe dicuntur quadringenta) hæc *verò* etiam regis tum diripuêre copiæ; adeò ut maxima Græcorum pars cœnâ careret; cùm nè pranſi quidem fuiſſent: nam priuſquam ad prandium *in caſtra* diverteret exercitus, rex adparuit. Atque hanc quidem noctem ſic exegerunt.

1 Ἄδειπνοι] Et ἀνάριστοι dicuntur, ut Latinè *incænes* ſive *incænati* & *impranſi*. De temporibus δείπνου & ἀρίστου ſic *Athen.* l. 1. c. 10. Ἄριστον μέν ἐστι τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον. δεῖπνον δ' μεσημβρινόν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον· δόρπον δὲ, τὸ ἑσπερινόν. Lege tamen quæ ſcripſimus K. Π. p. 146. n. 1.

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

## ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ Β΄.

1 Ως μὲν ὧν ἠθροίσθη Κύρῳ τὸ Ἑλληνικὸν, ὁπότε ὅπ τ' ἀδελφὸν Ἀρταξέρξην ἐστρατεύετο, καὶ ὅσα [2] ἐν τῇ ἀνόδῳ ἐπράχθη, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς Κῦρος ἐτελεύτησε, καὶ ὡς ὅπ τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες οἱ Ἕλληνες [3] ἐκοιμήθησαν, οἰόμενοι πάντα νικᾶν, καὶ Κῦρον ζῆν, ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ συνελθόντες οἱ στρατηγοὶ ἐθαύμαζον, ὅτι Κῦρος ὅτε ἄλλον πέμποι σημανοῦντα ὅ, τι χρὴ ποιεῖν, οὔτ' αὐτὸς φαίνοιτο. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, συσκευασαμένοις

ET quemadmodùm quidem Græcæ Cyro copiæ coactæ fuêre, quo tempore adversùs fratrem Artaxerxem expeditionem susceperit, & quæcunque inter adscensum gesta fuerunt, quo pacto pugna fuit commissa, quâ ratione Cyrus occubuit, quomodo Græci ad castra *sua* profecti quieti se dederunt, quòd vicisse *se* omni ex parte existimarent, Cyrúmque *adeò* superstitem esse, superiore libro expositum est. Cùm verò primâ luce convenissent duces, mirabantur quòd Cyrus nec alium quenquam mitteret, qui quid agendum esset significaret, nec ipse adpareret. Iis itaque *tandem* visum est, vasis quæ ipsis *reliqua*

1 Ὡς μὲν ὧν &c.] Ab hujusmodi quâdam rerum, priùs quas exposuerat, ἀνακεφαλαιώσει, librorum ferè insequentium duxit exordia.

2 Ἐν τῇ ἀνόδῳ] *Hesychius*: Ἄνοδος, ἀνάβασις. Similiter *Phavorinus*. Vide quæ notavimus p. 1.

3 Ἐκοιμήθησαν, &c.] *Hesych.* & *Phavorin.* Κοιμηθέντι, κατακλιθέντι, ἢ πάντως ὑπνώσαντι. Itaque à notione verbo ἀντεπαύοντο subjecta pag. 109. haud longè discedit. Vide pag. 105.

ἀ εἶχον, καὶ ἐξοπλισαμένοις, προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν, [1] ὡς Κύρῳ συμμίξειαν. Ἤδη δὲ ἐν ὁρμῇ ὄντων, ἅμ' ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἦλθε [2] Πρόκλης, ὁ Τευθρανίας ἄρχων [3] γεγονὼς, ἀπὸ [4] Δαμαράτου τοῦ Λάκωνος, καὶ Γλοῦς ὁ [5] Ταμώ. Οὗτοι

erant collectis, armísque ſumptis, ulteriùs procedere, ut Cyro ſeſe conjungerent. Et cùm jam in ipſo eſſent egreſſu, ſub ipſum ſolis ortum venit Procles Teuthraniæ præfectus, *qui* à Damarato Lacedæmonio *genus ducebat*, & Tami *filius* Glus. Narra-

1 Ὡς Κύρῳ &c.] MS. Eton. ἕως. Sed librarius gloſſam haud dubiè pro verâ lectione amplexus eſt. *Phavorinus*: Ὡς, πολύσημον ἐπίρρημά ἐστιν· ἔστι γὰρ παραβολῆς, ἢ ὁμοιώσεως· λαμβάνει δὲ ἀντὶ τοῦ ὅπου, ἢ ἀντὶ τοῦ ἵνα, καὶ ἀντὶ τοῦ ἕως — 2 Πρόκλης, ὁ &c.] Hujus meminit iterum Noſter l. 2. & ſub finem l. 7. & *Hiſt. Gr.* l. 3. ineunte; ubi ei Euryſthenem adjungit. Hos autem ſimul memoratos paſſim apud auctores videre eſt. Adi ſis *Herodot.* l. 4. c. 147. *Pauſan.* lib. 3. c. 1. *Strabon.* l. 8 ſub fin. *C. Nep.* in vitâ *Ageſil.* Sed alios atque Noſtrum tam hoc in loco quàm Hiſtoriâ Græcâ, illos voluiſſe, ipſa temporum ratio demonſtrat. Ex eâdem omnes tamen, Démarati *ſcil.* familiâ oriundos, collata oſtendunt *Herodoti* loca l. 6. c. 65. & l. 8. c. 131. inde liberis eâdem de ſtirpe creatis eadem, utì fit, obtigiſſe nomina conſentaneum eſt. Minimè verò diſſimulanda eſt ſuſpicio, Προκλῆς in pleriſque circumferri libris pro Πατροκλῆς, atque hoc adeò nomen hunc etiam in locum reſtitui debere. Suſpicionem iſtam *Suidæ* & *Platonis* augent teſtimonia: quorum prior in v. Λυκοῦργος, inquit, Σπαρτιάτης Πατροκλέους ἀπόγονος: hic, l. 3. de legibus — Λακεδαιμόνιος ὁ Πατροκλῆς καὶ Εὐρυθένης. Ex ταχυγραφίας ſtudio natus videtur error; cùm in MSS. veterum monumentis paſſim iſtiuſmodi ſcripturæ compendia reperiantur, e. g. ανος pro ἀνδρωπος, πρες pro πατέρες. quidni igitur & πρoκλῆς pro πατροκλῆς, ſcribi poſſet? Vide ſis tamen quæ Cl. *Daviſius* notavit ad Cicer. de *Divin.* l. 2. c. 43.

3 Γεγονὼς,] Huic temporis præteriti participio tribuenda eſt præſentis ſignificatio: cujus itidem vicem aoriſtum explet p. 40. ubi de Beleſi dicitur — τοῦ Συρίας ἄρξαντος, licèt is jam tum Syriæ præeſſet; ut ex fine libri 7. conſtat. Hujuſmodi temporum permutationis paſſim exſtant exempla. *Æſchin. Socrat.* dial. 3. ſect. 9. κἂν ἐπιμείνῃ τις, παρέλυσεν, (ἡ φύσις) ἐλωβήσατο, παραπλῆξαι, i. e. *& ſi quis cunctatus fuerit, paralyſi adficit eum natura, &c.* Sic ſcriptores ſacri: Matt. XXIII. 2. Ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ &c. Joh. XV. 6. Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη. Jac. I. 11. Ἀνέτειλε γὰρ ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι, καὶ ἐξήρανε τὸν χόρτον, &c. Huc adde Matth. III. 17. Οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Sic & præteritum pro præſenti adhibet *Iſocrates* initio orat. ad *Demonic.* πολὺ γὰρ μεγίστην διαφορὰν ἐλήφασιν ἐν ταῖς &c. pro λαμβάνουσιν &c. Iſtiuſmodi ſcriptores etiam Latini enallagen imitantur. *Virg.* Æneïd. l. 6. v. 78 & ſeq.

*—— magnum ſi pectore poſſit*
*Excuſſiſſe deum ——*

ubi *Servius* hæc: *Excuſſiſſe pro excutere: eſt autem Attica figura, quâ nos uti non convenit.* At eâ uſos eſſe *Ciceronem* & *Senecam* pluribus oſtendit Cl. *Wopkens* Lect. Tull. l. 3. c. 1.

4 Ἀπὸ Δαμαράτου &c.] De quo conſulenda ſunt auctorum loca, in notâ præcedente citata; in quibus ſcribi ſolet Δημάρατος & Δημάρητος: quæ ſcripturæ varietas aliſi atque aliſi dialecto forſan tribuenda eſt. *Stephano* Δαμάρατος Laconicum eſt, ut δᾶμος pro δῆμος.

5 Γλοῦς ὁ Ταμώ.] Vide ſis p. 44. n. 1. *Stephano*

ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν [1]τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ πεφυγὼς, ἐν τῷ σταθμῷ εἴη μετὰ ἄλλων βαρβάρων, [2]ὅθεν τῇ προτέρᾳ ὡρμῶντο· καὶ λέγοι ὅτι ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν περιμένειεν αὐτοὺς, εἰ μέλλοιεν ἥκειν· τῇ δὲ ἄλλῃ ἀπέναι φαίη ἐπὶ Ἰωνίας, ὅθενπερ ἦλθε. [3]Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, βαρέως ἔφερον. Κλέαρχος δὲ τάδε εἶπεν, Ἀλλ' [4]ὤφελε μὲν Κῦρος ζῆν· ἐπεὶ δὲ τετελεύτηκεν, ἀπαγγέλλετε Ἀριαίῳ ὅτι ἡμεῖς γε νικῶμεν βασιλέα, καὶ, ὡς ὁρᾶτε, οὐδεὶς ἡμῖν ἔτι μάχεται· καὶ εἰ μὴ ὑμεῖς ἥκετε, ἐπορευόμεθα ἂν ἐπὶ βασιλέα. Ἐπαγγελλόμεθα

bant hi, Cyrum mortuum esse, Ariæum verò, fugæ qui se dedisset, eâ esse in statione cum reliquis barbaris, unde pridiè discessissent; & dicere *hunc*, velle se diem istum eos expectare, si venturi essent; altero in Ioniam abire, unde venisset. Hæc cùm duces audîssent, Græcíque *adeò* cæteri, graviter ferebant. Clearchus autem hæc dixit, Utinam Cyrus viveret; verùm quandoquidem mortem obiit, renunciate Ariæo nos quidem vicisse regem, neminémque, utì videtis, amplius adversùs nos pugnare; quòd nisi vos venissetis, adversùs regem perrexissemus. Ariæo verò

*phano* monente, Ταμὼ pro Ταμὰν, hactenùs vulgato, rescripsi; ut sit à nominativo Ταμὰς, quem suprà legimus p. 34. Vide etiam p. 19. n. 1. Cæterùm, cum articulo intelligendus est ὁός: quod de re omnes apud auctores pervulgatâ monuisse sat est.

1 Τέθνηκεν,] *Ammon*: Ἀπέθανε καὶ τέθνηκε διαφέρει· Ἀπέθανε μὲν νῦν, τέθνηκε δὲ πάλαι. Sic suprà Noster p. 89. usus est priore tempore, de Cyro cæterísque, qui jam tum occiderant, verba faciens.

2 Ὅθεν τῇ προτέρᾳ &c.] *Hesych.* Ὅθεν, ἔνθεν. Ex hoc loco constat, rectè reponi potuisse p. 103. vel ἔνθεν ὡρμῶντο ex MSto Eton. vel ὁθεν &c. ut hìc scribitur. In προτέρᾳ, ut passim apud scriptores tam sacros quàm profanos, deest ἡμέρᾳ: sed ab exemplis rei notissimæ me contineo.

3 Ταῦτα ἀκούσαντες &c.] Edit. *Steph.* & *Ald.* Ταῦτα ἀκούοντες &c. *Leuncl.* Ταῦτα πυνθανόμενοι &c. Nos ex MSto Eton. ἀκούσαντες restituimus. Sic Noster suprà p. 32. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ &c. p. 39. οἱ δ' Ἕλληνες, —— ἀκούσαντες τὴν &c. pag. 43. Ἀκούσαντες ταῦτα, ἐπείθοντο &c. p. 68. Οἱ δὲ ταῦτα ἀκούσαντες &c. & alibi passim. In eodem MSto post Ἕλληνες legitur πυνθανόμενοι, quod tanquam supervacaneum, undecunque demum natum sit, omisimus.

4 Ὤφελε] Etym. m. Ὄφελες, ῥῆμά ἐστι καὶ παντὸς ἀριθμοῦ φερόμενον· γράφεται δὲ μέγα καὶ μικρόν· scil. ὄφελες vel ὄφελες. Idem mox deinde, καιρών ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι τὸ ὄφελον ἀδιάπτωτόν ἐστι, καὶ ἀπαρεμφάτῳ συντάσσεται, καὶ οὐκ ἄλλῃ τινὶ ἐγκλίσει. Σημαίνει δύο, ἔστιν εὐχῆς σημαντικὸν καὶ ῥῆμα.

δὲ Ἀριαίῳ, ἐὰν ἐνθάδε ἔλθῃ, εἰς τ̃ θρόνον τ̃ βασίλειον αὐτὸν καθιεῖν· [1] τ̃ γὰρ μάχην νικώντων καὶ τὸ ἄρχειν ἐστί. Ταῦτ' εἰπὼν ἀποστέλλει τοὺς ἀγγέλους, καὶ σὺν αὐτοῖς Χειρίσοφον τ̃ Λάκωνα, καὶ Μένωνα τ̃ Θετταλόν· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Μένων ἐβούλετο· ἦν γὰρ φίλος καὶ [2] ξένος Ἀριαίου. Οἱ μὲν ᾤχοντο, Κλέαρχος δ' ἐμέμενε. Τὸ δὲ στράτευμα ἐπορίζετο σῖτον, ὅπως ἐδύναντο, ἐπὶ τ̃ ἁμαξιγίων, [3] κόπτοντες τοὺς βοῦς καὶ ὄνους· ξύλοις δ' ἐχρῶντο, μικρὸν προϊόντες ἀπὸ τ̃ φάλαγγος, ἔνθα ἡ μάχη ἐγένετο, τοῖς τε οἰστοῖς, πολλοῖς οὖσιν, (ἃς ἠνάγκαζον οἱ Ἕλληνες ἐκβάλλειν τοὺς αὐτομολοῦντας πρὸς βασιλέως) καὶ τοῖς γέρροις, καὶ ταῖς ξυλίναις ἀσπίσι

pollicemur, huc ſi venerit, nos ipſum regio in ſolio collocaturos: eorum enim, qui prælio vincunt, etiam imperare eſt. Cùm hæc dixiſſet, nuntios, unàque cum iis Cheriſophum Lacedæmonium, & Menonem Theſſalum, remiſit: nam Meno ipſe *ſic* volebat; quippe qui amicus erat & hoſpes Ariæi. Hi quidem diſceſſêre, atque *ibi* Clearchus *reditum eorum* expectabat. Cæterùm exercitus cibum ſibi, ut poterat, ex jumentis, boves ac aſinos cædendo, parabat: progreſsíque paulùm ab acie, prælium ubi commiſſum fuerat, pro lignis utebantur ſagittis, quarum magna erat copia, (quas eos, à rege qui transfugerant, projicere coëgerant Græci) ſcutis item *Perſicis*, & ligneis ſcutis

1 Τῶν γὰρ μάχην νικώντων &c.] Victoriâ utique parari omnia, paſſim dictitant auctores.

2 Ξένος] Vide ſis p. 6. n. 1. Pro οἱ μὲν ᾤχοντο, *Muretus*: legit καὶ οἱ μὲν &c. Sed ſuprà modò ſic ſermo incœptus eſt: Οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος &c.

3 Κόπτοντες &c.] Reſpicit στράτευμα: quâ de ſtructurâ vide ſuprà p. 105. n. 2. &, ſi libet, exempla huc facientia, quæ apud ſcriptores Latinos notavit & congeſſit ad *Salluſt.* Catil. c. 23. n. 6. Cl. *Cortius.*

4 Οὓς ἠνάγκαζον οἱ Ἕλληνες &c.] Quæ ſic *Amaſæus*: *quæ iis qui à rege perfugerant Græci adimebant.* Verſionem hanc *Stephanus* præfert: *quæ Græci eos qui à rege perfugerant evellere cogebant.* Haud aliter *Leunclavius* reddit: *coactis iis, qui à rege perfugerant, ut eas evellerent.* Sed neque hæc verſio cum præcedentibus convenit; quippe paulò antè dixerat Noſter, p. 106. regem ad ſe perfugas recepiſſe; proinde Græcis ii non jam ampliùs aderant: & verbum ἐκβάλλειν commodè notionem, ei quam tribuimus, repræſentare poteſt. Sic *Ælian.* eo uſus eſt V. H. l. 6. c. 14. τὸ δ' αὐτοὺς κατέχειν ἔτως, ὡς καὶ ἐκβαλεῖν τὰς αἰχμάς, i. e. *metus autem ità eos cepit, ut haſtas abjicerent.*

ταῖς Αἰγυπτίαις· πολλαὶ ᾖ καὶ πέλται, καὶ [1] ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι ἔρημοι· οἷς πᾶσι χρώμενοι, κρέα ἕψαντες ἤσθιον ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

Καὶ ἤδη τε ἦν [2] περὶ πλήθους ἀγορᾶς, καὶ ἔρχονται παρὰ βασιλέως τε Τισσαφέρνους κήρυκες, οἱ μὲν ἄλλοι, βάρβαροι· ἦν δ' αὐτῶν Φαλῖνος εἷς Ἕλλην, ὃς ἐτύγχανε παρὰ Τισσαφέρνει ὢν, καὶ ἐντίμως ἔχων· καὶ γὰρ παρεσκεύαστο ὅπλων εἰδέναι τά τε περὶ τὰς τάξεις τε καὶ [3] ὁπλομαχίαν. Οὗτοι δὲ προσελθόντες, καὶ καλέσαντες τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἄρχοντας, λέγουσιν ὅτι βασιλεὺς κελεύει τοὺς Ελ-

Ægyptiacis: multæ erant & peltæ, & plauſtra vacua, quibus uſi omnibus, elixas carnes illo die comedebant.

Jámque *adeò* id temporis erat, quo frequens *hominibus* forum eſſe ſolet, cùm à rege ac Tiſſapherne veniunt caduceatores, alii quidem barbari; unus ex iis Græcus erat Phalinus *nomine*, qui *tunc* fortè apud Tiſſaphernem erat, & quidem in honore; quippe qui earum rerum ſimulabat peritiam, ad aciem ſtruendam quæ ſpectarent & ad artem armis depugnandi. Hi cùm acceſſiſſent, Græcorúmque præfectos vocâſſent, jubere aiunt regem, Græcos,

1 Ἅμαξαι ἦσαν φέρεσθαι &c.] Ultimum verbum delendum putavit *Muretus*. Sed ex omnium librorum conſenſu retinendum potiùs id, atque locutio, ἅμαξαι φέρεσθαι ἔρημοι, ſic ferè exponenda videtur: ἅμαξαι ſive τῶν σκευῶν, (quæ nimirum βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διήρπασαν) ſive τὴν ὑποζυγίων σκευοφόρων ἔρημοι, quibus modò cæſis vitam ſuſtentabant Græci.

2 Περὶ πλήθους ἀγορᾶς,] Vide p. 74. n. 3.

3 Ὁπλομαχίαν.] *Leunclav.* intelligit *gladiatoriam* ſcil. *artem* vel *rem*: quâ de, ut apud Romanos celebrata, copioſè *Lipſius* in *ſerm. Saturnal.* Sæpiùs tamen dici ſolet μονομαχία: quin & μονομαχίας ἀγῶνες, ac ὁπλομαχικοὶ ἀγῶνες à Græcis hiſtoriæ Romanæ ſcriptoribus ſubinde memorantur. Lexicon Gr. Lat. vetus: Μονομάχος, *Gladiator*, Gloſſar. vet. *Rudis*, Ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιστατῶν μονομάχων. Xenophontis autem ætate ὁπλομάχοι adpellatos fuiſſe, qui veris armis certare diſcebant, aut alios ipſi docebant, ex Platone in *Lachete* p. 179 & ſeq. edit. *Steph.* colligere eſt. Priuſquam verò juventus τὸ τῆς ὁπλομαχίας μάθημα, ſeu ἐν ὅπλοις μάχεσθαι (ut loquitur ibidem *Plato*) probè quendam apud ejus ἐπιστήμονα didicerat, ἰσφαιρωμένοις (quæ Noſtro dicuntur in libello περὶ ἱππικῆς haud procul à fine) ἀκοντίοις i. e. *pilis ſphæræ in modum, nè pungere poſſent*, retuſis, non veris armis, ſe exercebat. Horum ὁπλομάχων meminit etiam Noſter in Λακεδαιμ. πολιτ. non longè à fine; ubi id nominis iis etiam contigiſſe videtur, qui παικτικοὶ Græcis propriè dicuntur.

λίωας, ἐπεὶ νικῶν τυγχάνοι, καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα, ἰόντας [1] ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, εὐλείσκεσθαι ἤν τι δύνωνται ἀγαθόν. Ταῦτα μὲν εἶπον οἱ βασιλέως κήρυκες· οἱ δὲ Ἕλληνες βαρέως μὲν ἤκουσαν· ὅμως δὲ Κλέαρχος [2] τοσοῦτον εἶπεν, ὅτι ἀντὶ τῶν νικώντων εἴη τὰ ὅπλα παραδιδόναι· ἀλλ', ἔφη, ὑμεῖς μέν, ὦ ἄνδρες στρατηγοί, τούτοις ἀποκρίνασθε ὅ, τι καλλιστόν τε καὶ ἄριστον ἔχετε· ἐγὼ δὲ αὐτίκα ἥξω. Ἐκάλεσε γάρ τις αὐτὸν τῶν ὑπηρετῶν, ὅπως ἴδοι τὰ ἱερὰ ἐξηρημένα· ἔτυχε γὰρ θυόμενος. Ἐνθα δὴ ἀπεκρίνατο Κλεάνωρ μὲν ὁ Ἀρκὰς, πρεσβύτατος ὢν, ὅτι πρόσθεν ἂν ἀποθάνοιεν, ἢ τὰ ὅπλα παραδοῖεν· Πρόξενος δὲ ὁ Θηβαῖος, Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, ὦ Φαλῖνε, θαυμάζω πότερα ὡς κρατῶν βασιλεὺς αἰτεῖ τὰ ὅπλα, ἢ ὡς φίλοις φιλίαν καὶ δῶρα. Εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αἰτεῖν, ἀλλ' ἢ λαβεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείσας βούλεται λαβεῖν,

cùm *ipſe* viciſſet, & Cyrum interfeciſſet, traditis armis, regis ad portas proficiſci, & ſi quid commodi poſſint impetrare. Hæc regis aiebant caduceatores: quæ *tametſi* audita graviter Græci ferebant, Clearchus tamen id unum reſpondit, non eſſe illorum, qui viciſſent, arma tradere; verùm vos duces, ait, iis reſpondete quidquid honeſtiſſimum optimúmque *reſponſu* habetis; ego mox revertar. Nam ex miniſtris quidam eum arceſſiverat, ut exta *jam* exemta inſpiceret; quòd *id fortè temporis* rem ſacram faceret. Ibi Cleanor Arcas, natu maximus *omnium*, reſpondit prius ſe morituros, quàm arma traderent: Proxenus verò Thebanus, Equidem miror, inquit, Phaline, utrùm tanquam victor arma rex poſtulet, an amicitiæ ac munerum nomine. Nam ſi *ea*, ut qui vicerit, *poſtulat*, quid opus eſt poſtulare, quin potiùs *huc* veniat capiátque? ſin *id* velit, ut *ea* perſuadendo conſequa-

1 Ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας,] Vide ſuprà p. 91.

2 Τοσοῦτον εἶπεν] Lege n. 1. p. 29.

λεγέτω τί ἔσαι τοῖς σραπώταις, ἐὰν αὖπῳ ταῦτα χαρίσωνται. Πρὸς ταῦτα Φαλῖνος εἶπε· Βασιλεὺς νικᾷν ἡγεῖται, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτονε. Τίς γὰρ αὖπῳ ἔξιν, ὅστις ἀρχῆς ἀνθποιεῖται; Νομίζει δὲ καὶ ὑμᾶς αὐτῷ εἶναι, ἔχων ἐν μέσῃ τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, καὶ [1] ποταμῶν ἐντὸς ἀλαβάτων· καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐφ' ὑμᾶς δυνάμενος ἀγαγεῖν, ὅσον, οὐδ' [2] εἰ σαρέχοι ὑμῖν, δυναίαθ' ἂν ἀποκτεῖναι.

Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν Αθηναῖος εἶπεν· Ω Φαλῖνε, νεῦ, ὡς σὺ ὁρᾷς, ἡμῖν οὐδὲν ἄλλο ἔξιν ἀγαθὸν, εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή. Καὶ ὅπλα μὲν οὖν ἔχοντες, οἰόμεθα ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι· σφαδόντες δ' ἂν ταῦτα, καὶ τῷ σωμάτων σερηθῆναι. Μὴ οὖν οἷον τὰ μόνα ἡμῖν ἀγαθὰ

tur, dicat quid habituri ſint milites, hæc ſi ei gratificati fuerint. Ad hæc Phalinus; Rex, inquit, viciſſe ſe arbitratur, quia Cyrum occidit. Quis enim eſt, imperium qui ſibi vindicet? Vos etiam ſuos eſſe exiſtimat, quippe quos in mediâ ipſius regione, intráque flumina vix ſuperanda tenet; & adverſùs vos hominum multitudinem ducere poteſt, quantam, nè ſi data quidem vobis fuerit facultas, perimere poſſetis.

Pòſt deinde Xenophon Athenienſis, Nobis jam, inquit, Phaline, nihil aliud boni eſt, ceu vides, niſi arma & virtus. Et arma quidem certè quamdiu habemus, virtutem nobis eſſe uſui poſſe putamus: ea ſi tradiderimus, fore etiam utì corporibus ſimus privati *ſuſpicamur*. Nè igitur exiſtimato quæ ſola nobis reli-

1 *Ποταμῶν ἐντὸς* &c.] Non in ipſis intùs alveis incluſos, ſed in locis, flumina quæ ferè cingerent. Eadem eſt *ἐντὸς* vis apud Luc. XVII. 21. ubi *ἐντὸς ὑμῶν* perperam vertitur *intra vos*, ſeu in *interiore veſtrûm parte*, i. e. animo: cùm Chriſtus hìc doceat Judæos, ad ipſos regnum Dei adventâſſe, ſeu inter ipſos ortum eſſe, per Evangelii ſcil. pœnitentiæque adeò, hominibus gratiam divinam conciliaturæ, prædicationem.

2 *Εἰ παρέχοι*] MS. Eton. *εἰ παρέχων*: ut ſit locutio elliptica, quæ *ἑαυτὸς* in ſupplementum poſtulat. Mihi placet vulgata lectio, ſive *ἀποθανόντων* ſit (utì dicunt) *παρέχειν*, ſive ad regem referatur.

ἔιτα ἡμᾶς ωφελήσειν· ἀλλὰ σὺν τούτοις καὶ [1] περὶ τῶν ὑμετέρων ἀγαθῶν μαχούμθα. Ακούσας δὲ ταῦτα ὁ Φαλῖνος ἐγέλασε, καὶ εἶπεν, Αλλὰ φιλοσόφῳ μὲ ἔοικας, [2] ὦ νεανίσκε, καὶ λέγεις οὐκ ἀχάρισα· ἴσθι μέντοι ἀνόητος ὢν, εἰ [3] οἴει ἀν τῳ ὑμετέρων ἀρετῳ ωφεληθήναι τῆς βασιλέως δυνάμεως. Αλλοις δέ τινας ἔφασαν λέγειν [4] ὑπομαλακιζομένους, ὡς ἐς Κύρῳ πιστοὶ γένοιντο, καὶ βασιλεῖ γ' ἂν πολλοῦ ἄξιοι γένωνται, εἰ βούλοιτο φίλος γενέσθαι· καὶ [5] εἴ τέ τι ἄλλο βούλεται χρῆσθαι, εἴτ' ἐπ' Αἴγυπτον στρατεύειν, συγκατα-

qua ſunt, *ea* nos bona tradituros: ſed his de bonis etiam veſtris pugnabimus. Hæc cùm audîſſet Phalinus, riſit, Et tu quidem, ait, philoſophi ſpeciem præ te fers, adoleſcens, & non injucunda profers: verùm te ſtultum eſſe ſcito, ſi virtutem veſtram regis viribus ſuperiorem fore arbitraris. Alios autem nonnullos *fuiſſe* ferebatur, qui animis nonnihil remiſſi, Cyro fidos ſe fuiſſe dicerent, atque etiam regi magno commodo futuros, ſi amicus *ipſis* eſſe vellet: atque ſive ad aliud aliquid *ipſorum* uti operâ, ſive expeditionem adverſùs Ægyptum ſuſcipere vellet, ad eam unà cum ipſo ſubi-

1 Περὶ τῶν ὑμετέρων &c.] Ità MS. Eton. cui Verſio vetus Gallica adſtipulatur. Vulgò legitur ωφελὶ τῶν ἡμετέρων. At hæc ſcriptura neque cum præcedentibus cohæret iſtis — τὰ μέγιστα ἡμῖν ἀγαθὰ ὄντα — unde liquet, nulla Græcis, de quibus armis contenderent, reliqua fuiſſe bona; & ei, quam reſtituimus, Phalini favent, quæ mox ſequuntur, verba — εἰ οἴει ἀν τῳ ὑμετέρων ἀρετῳ ωφεληθήναι τῆς βασιλέως δυνάμεως. *Muretus* legendum cenſuit ωφελὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων. Perperam.

2 Ω νεανίσκε.] Inter ſeptem illas, quas præſcripſit Hippocrates, ἡλικίας, quartum tenet locum νεανισκος; cujus ad τὰ τεσσάκις ἑπτὰ ἔτεα uſum adſcendere ſtatuit. *Phavorinus*: Νεανισκος, ἀπὸ ἐτῶν εἰκοσιτεσσάρων ἕως ἐτῶν τεσσαρακοντατεσσάρων, ἢ τεσσαράκοντα ἑνός. Conf. *Laërt.* in v *Pythag* l. 8. ſegm. 10. Et ſanè Xenophontem annos ſupra quadraginta natum tunc temporis fuiſſe, ex iis, quæ in Diſſert. I. κ.π. præmiſſâ p. 3 & ſeq. diſſeruimus, ſatìs liquidò conſtat. Vide quæ ibi hoc de loco protulimus. Vocem etiam *adoleſcens* in majorem, quàm termini vulgò poſiti volunt, ætatem, Scriptores apud Latinos, cadere oſtendit doctiſ. *Cortius* ad *Salluſt.* Catil. c. 38. n. 1. Quadragenarius certè apud *Nepot.* in vitâ *Attici* c. 8. audit *adoleſcens.*

3 Οἴει ἀν τῳ — ωφεληθήναι &c.] Lege p. 6. n. 2.

4 Ὑπομαλακιζομένους.] *Moſchopulus*: Η ὑπὸ δηλοῖ ὅτι ταῖς σωφίσεσι ποτὲ μὲ λάθρα — ποτὲ δ' ἐλαττώσιν — ποτὲ δὲ μετριότητι. Vide ſis p. 82. n. 1.

5 Εἴ τέ τι ἄλλο &c.] Ante τι intellige præpoſ. ωρὸς, vel ἐς: quæ paſſim reticeri ſolent. Sic 2 Pet. III. 12. Προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τῆν παρουσίαν τοῦ &c. i. e. ωρὸς τῆν παρουσίαν.

σρέψαιντ' ἂν αὐτῷ. Εν τούτῳ καὶ Κλέαρχος ἧκε, καὶ ἠρώτησεν εἰ ἤδη ἀποκεκριμένοι εἶεν. Φαλῖνος δ' ὑπολαβὼν εἶπεν· Οὗτοι μέν, ὦ Κλέαρχε, ἄλλος ἄλλα λέγει· σὺ δ' ἡμῖν [1] εἰπὲ, τί λέγεις. Ο δ' εἶπεν, Εγώ σε, ὦ Φαλῖνε, ἄσμενος ἑώρακα, οἶμαι δὲ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἔτοι· σύ τε γὰρ Ελλην εἶ, καὶ ἡμεῖς, τοσοῦτοι ὄντες [2] ὅσοις σὺ ὁρᾷς· ἐν τοιούτοις δὲ ὄντες πράγμασι, [3] συμβαλλόμεθά σοι, τί χρὴ ποιεῖν πρὸς ὧν λέγεις. Σὺ οὖν, πρὸς Θεῶν, συμβούλευσον ἡμῖν ὅ, τι σοι δοκεῖ κάλλιστον εἶναι καὶ ἄριστον εἶναι), καὶ ὅ σοι τιμιώτατον ἐστὶ εἰς τὸ ἔπειτα χρόνον [4] ἀναλεγόμενον, ὅτι Φαλῖνος

gendam ſe fore paratos. Intereà venit Clearchus, & num jam reſpondiſſent, quæſivit. *Cujus* cùm ſermonem excepiſſet Phalinus; Horum, inquit, alius aliud, Clearche, profert: tu verò quid jubeas, exponito. Et ille, Ego te libens, ait, Phaline, vidi, atque hi itidem, opinor, omnes: nam & tu Græcus es, & nos, qui tot *numero* ſumus, quot ipſe vides; in tali autem rerum noſtrarum ſtatu, te conſulimus quid in iis faciendum ſit, de quibus dicis. Quamobrem, per deos, *id* nobis conſilii dato, quod tibi pulcherrimum eſſe optimúmque videtur, & quod poſtero tempore commemoratum tibi honorem adferet, Phalinum *ſcilicet*

1 Εἰπὲ, τί λέγεις.] Verbum λέγω valet hìc *præcipio, jubeo*: quam ei notionem tribuit *Demoſt.* adv. *Phœnip.* p. 1024 & 1025. *Ariſtoph.* in *Pluto* v. 58. *Ælian.* H. V. l. 12. c. 49. οἱ πυθησόμενοι ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν ὑὸν — i. e. *num quid mandaret* &c. Et ſic profani paſſim. Vide Luc. V. 24. VI. 27. VII. 14. Rom. III. 19. VII. 7.

2 Οσοις σὺ ὁρᾷς· σὺ &c.] Sic ferè locum diſtinxerunt edit. *Steph.* & *Ald.* At *Leuncl.* minùs rectè — ὅσοις σὺ ὁρᾷς, σὺν τοιούτοις &c.

3 Συμβαλλόμεθά σοι,] *Phavorinus*: Συμβαλλόω συνηγορικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς συμβαλλῶ τῷδε καθίσταμαι· συμβαλλόμαι δὲ παρηγορικῶς, ἀντὶ τοῦ συμβάλλω χρῶμαι. Eadem eſt & *Tho. Magiſtri* expoſitio, auctorum uſu abunde confirmata. Porro notandum eſt συμβαλλόμαι, pro naturâ quorundam mediæ vocis verborum, actionem paſſioni admiſtam ſignificare, ac propriè reddi, *curare ſibi conſilium dari.*

4 Αναλεγόμενον,] Paſſivâ ſignificatione Xenophontem participium hoc pro ἀναγόμενον adhibuiſſe cenſet *Budæus* Comm. L. G. p. 663. & vertit, *olim cùm legetur.* Mihi quidem videtur iſtis impersonalium adnumerandum participiis, quæ abſolutè poni ſolent; ac deducendum ab ἀνὰ, in compoſitione *repetitionem* ſeu *iterationem* ſignificante, & λέγομαι, *dici.* Sententiæ huic favent, quæ mox ſequuntur — Οἶδα δὲ ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι σὺν τῇ &c. Lexicographi ſanè ἀναλέγω & ἀναλέγομαι originem à λέγω & λέγομαι ſignif. colligg.

ποτὲ πεμφθεὶς ὑπὸ βασιλέως κελεύσων τοὺς Ἕλληνας τὰ ὅπλα [1] παραδοῦναι, [2] συμβουλεύομαι σωτηρίαν αὐτοῖς — μοι δοκεῖν τάδε. Οἶδα δὲ ὅτι ἀνάγκη λέγεσθαι ἐν τῇ Ἑλλάδι, ὃ ἂν συμβουλεύσῃς. [3] Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα ὑπῄνιττετο, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν ὑπὸ βασιλέως πρεσβεύοντα συμβουλεῦσαι μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα, ὅπως εὐέλπιδες μᾶλλον οἱ Ἕλληνες εἶεν. [4] Φαλῖνος δ' ὑποστρέψας, παρὰ τὴν δόξαν αὐτοῦ εἶπεν ὧδε·

à rege missum olim, ut Græcos arma tradere juberet, cùm consuleretur ipsis hoc consilii dedisse. Scis autem necessariò *futurum* ut ejus, tu quod dederis, consilii in Græciâ mentio fiat. Clearchus autem hæc subjiciebat, quia volebat ut etiam ipse, qui legatus à rege venerat, hoc *ipsis* consilii daret, nè arma traderent, ut spem Græci meliorem conciperent. At Phalinus reversus, præter ejus opinionem ità dixit:

*colligo, deligor* &c. duxisse vulgò statuerunt. Verùm eorum in Thesauris haud pauca Xenophontis verba minimè reperiri, reperta quædam perperam exponi, (quod in tantorum operum structurâ veniâ omnino, reprehensione nequaquam, dignum est) tum sparsim interciséque opellæ in hujusce nostræ decursu, tum ordine perpetuo cumulatéque olim forsan, ostendemus.

1 Παραδοῦναι,] Sic ex MSto Eton. rescripsi. Vulgatam lectionem, πρεσδοῦναι, meritò *Stephanus* etiam improbavit; cùm illo, quod reposui, compositò passim ad rem, quâ de agitur, exprimendam usus sit Noster.

2 Συμβουλεύομαι &c.] MS. Eton. & edit. *Ald.* habent συμβασιλεύομαι, quod & *Amasæus* suis in codicibus invenit. Rectè, opinor, huic alterum illud participium prætulerunt *Stephanus* & *Leunclavius*: quos tamen veram loco sanitatem non reddidisse puto. Ipse pro συμβουλεύομαι conjicio legendum συμβουλευομένοις (scil. αὐτοῖς) σωτηρίαν &c. uti suprà modò dixerat συμβουλεύομεθά σοι &c. Eandem verborum structuram sequitur *Ælian.* H.V. l. 8. c. 1. ἡ μὲν ἐμοὶ μὴν συμβουλεύει τοῦτο, ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι, scil. συμβουλεύω — i. e. *atque illa* (de voce genii Socratici loquitur) *mihi quidem hoc suadet, ego verò illi qui me consulit*, scil. *suadeo*.

3 Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦτα &c.] Apud *Suidam* ad v. ὑπῆνιττεν, quod ἀντὶ τοῦ ὑπεπήχθετο poni ait, Xenophontis locum hunc sic exaratum videre est: Ὁ δὲ Κλέαρχος ταῦθ' ὑπῆνιττε, βουλόμενος καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα πρεσβεύειν συμβουλεύσαι μὴ παραδοῦναι τὰ ὅπλα, & conversum: *Clearchus autem hæc suggerebat, quòd vellet regem quoque suis suadere per legatos, nè arma traderent.* Nec mirum, Cl. *Suidæ* editores ex Græcis non bonis Latina fecisse non bona. Utraque sic emendaveris, ut textus Xenophonteus versióque ipsi subjecta docent. Monuit etiam hæc doctiss. Lamb. Bos in *Animadv. ad Suidam.*

4 Φαλῖνος δὲ ὑποστρέψας, &c.] Xenophontem putat *Leunclavius* pleniùs sic scripsisse: Φαλῖνος δὲ μεταστὰς καὶ ὑποστρέψας, i. e. *Phalinus secessit & reversus est*: ut infra, μεταστάντες οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο —— Idem, si Noster hoc modo non scripsit, ità ejus supplenda censet verba. Huic equidem libens accesserim, nisi fortè alia, quàm quæ vulgò adfertur, ἡ ὑποστρέφειν interpretatio eruenda sit.

Εγω, εἰ μὲν [1]τῶν μυρίων ἐλπίδων μία τις ὑμῖν ἔστι σωθῆναι πολεμοῦντας βασιλεῖ, συμβουλεύω μὴ παραδιδόναι τὰ ὅπλα· [2]εἰ μέντοι μηδεμία σωτηρίας ἐστὶν ἐλπὶς ἄκοντος βασιλέως, συμβουλεύω [3]σώζεσθαι ὅπη δυνατόν. Κλέαρχος ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν, Αλλὰ ταῦτα μὲν δὴ σὺ λέγεις· [4]παρ' ἡμῶν δ' ἀπάγγελλε ταῦτα, ὅτι ἡμεῖς οἰόμεθα, εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι, ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ παραδόντες ἄλλῳ· εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα, ἢ ἄλλῳ παραδόντες. Ο δὲ Φαλῖνος εἶπε, Ταῦτα μὲν δὴ ἀπαγγελοῦμεν· ἀλλὰ δὲ τάδε ὑμῖν ἐπέλευσεν εἰπεῖν βασιλεύς, ὅτι μένουσι μὲν ὑμῖν σπονδαὶ εἶησαν, πορευομένοις δὲ καὶ ἀπιοῦσι,

Ego, si *vel* una quidem spes de mille vobis est, fore *vos* salvos si bellum regi faciatis, hoc consilii do, nè tradatis arma: sin rege invito nulla *vobis reliqua* spes est salutis, salutem amplectendam esse, quâ licet ratione, moneo. Ad ea Clearchus, Dicis tu quidem hæc, inquit: verùm à nobis hæc renuntiato, existimare nos, si regi amicos esse oporteat, utiliores *nos ipsi* fore amicos, arma cùm teneamus, alteri quàm si tradiderimus: sin bellum fuerit gerendum, meliùs bellaturos arma si habeamus, quàm si aliî tradiderimus. Et Phalinus, Hæc quidem, ait, renuntiabimus: sed & ista vobis ut diceremus præcepit rex, manentibus hìc vobis fœdus, progredientibus ac discedentibus bel-

*J. Poll.* hæc τῇ ἀπάτῃ recenset *συνώνυμα*: ἐξαπάτη, τροφὴ, ὑποτροφὴ — πλάσμα &c. & τὴν ἀπατᾶν, ἐξαπατᾶν, τρίφειν, ὑποτρίφειν —— πλάττειν &c. Hinc *stropha* Latinis est tergiversatio dolosa. Videndum itaque num ὑποστρίψας rectè reddi possit, *cùm rem dolosè animo versârat.*

1 Τῶν μυρίων &c.] *Moschopulus*: Μύρια σωθ παροξυτόνως, οἱ δέκα χιλιάδες· Μυρία δὲ παροξυτόνως, τὰ πολλὰ, καὶ ἀναρίθμητα. Et sic ferè *Phavorinus*, *Ammonius*, & Etymol. m. Apud Latinos etiam *mille*, *centum*, *sexcenta* pro numeris infinitis poni vulgò notum est.

2 Εἰ μέντοι μηδεμία &c.] Hanc revocari scripturam, præeunte *Mureto*; cùm μηδεμιᾶς hactenus legeretur. Rectiùs autem μηδεμία ἐλπὶς opponitur iis, quæ modò præcesserant τῶν μυρίων &c. Cæterùm MS. Eton. dat ἀλλ' ἢ δὲ π, quæ in εἰ π mutata probaverim.

3 Σώζεσθαι] Ex vi vocis mediæ, *salutî propriæ prospicere, curare sibi salutem dari.* Lege scripta p. 97. n. 4.

4 Παρ' ἡμῶν δὲ ἀπάγγελλε &c.] Confer *Diodor. Sic.* l. 14. p. 255.

πόλεμος. Εἴπατε οὖν καὶ περὶ τούτου, πότερα [1] μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν, ἢ ὡς πολέμου ὄντος πρὸς ὑμῶν ἀπαγγελῶ. Κλέαρχος δ' ἔλεξεν, Ἀπάγγελλε τοίνυν καὶ περὶ τούτων, ὅτι καὶ ἡμῖν [2] ταυτὰ δοκεῖ, ἅπερ βασιλεῖ. Τί οὖν ταῦτ' ἔστιν; ἔφη ὁ Φαλῖνος. Ἀπεκρίνατο Κλέαρχος, Ἢν μὲν μένωμεν, σπονδαί· ἀπίοσι δὲ καὶ πορευομένοις, πόλεμος. Ὁ δὲ πάλιν ἠρώτησε, Σπονδὰς ἢ πόλεμον ἀπαγγελῶ; Κλέαρχος δὲ ταυτὰ πάλιν ἀπεκρίνατο, Σπονδαὶ μὲν μένουσιν, ἀπίοσι δὲ καὶ πορευομένοις πόλεμος. Ὅ, τι δὲ ποιήσοι, οὐ διεσήμανε. † [3] Φαλῖνος μὲν δὴ ᾤχετο, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ.

Οἱ δὲ περὶ Ἀριαῖον ἦκον, [4] Πρόκλης καὶ Χειρίσοφος· (Μένων δὲ αὐτοῦ ἔμεινε παρὰ Ἀριαίῳ) ἔφασαν δ' ἔλεγον, ὅτι πολλοὺς φαίη

lum *propoſitum* eſſe. Igitur de hoc etiam dicite, num manebitis & fœdera *inter nos facienda* ſunt, an bellum eſſe à vobis renuntiavero. Et Clearchus, De his verò etiam renuntiato, inquit, nobis quoque eadem, quæ regi, videri. Quæ tandem hæc ſunt? inquit Phalinus. Si manſerimus, reſpondit Clearchus, fœdera; at diſcedentibus ac progredientibus bellum *fore*. Et ille iterum quæſivit, Fœderáne an bellum renuntiabo? Clearchus rurſùm hæc reſpondit, Fœdera quidem manentibus, diſcedentibus autem vel progredientibus bellum *eſto*. Quid autem ipſe facturus eſſet, non ſignificabat. Et Phalinus quidem cum ſuis abibat.

Procles verò & Cheriſophus ab Ariæo redierunt: (Menon ibi apud Ariæum manſit) hi referebant, dixiſſe Ariæum multos eſſe

1 Μενεῖτε καὶ σπονδαί εἰσιν,] Similiter utroque ſimul tempore uſus eſt Joan. in Apocal. II. 5. ἔρχομαι — καὶ κινήσω — vide ſuprà p. 26. n. 3. 52. n. 5. & Matt. XXV. 14. Nec eandem Latini reſpuunt ſtructuram: *Salluſt.* in *Catil.* c. 58. p. 371. edit. Cortii, *Sin metu ceſſerimus, eadem illa adverſa fiunt.* Ubi vide quæ vir doctiſ. notavit.

2 Ταυτὰ] Hanc ſcripturam exhibet edit. *Steph.* quam & infrà paulò, Κλέαρχος δὲ ταυτὰ &c. ſequuti ſumus. Aliæ minùs rectè ταῦτα, utrobique.

3 Φαλῖνος] Quod aliter alii nomen expreſſêre. MS. Eton. & edit. *Ald.* Φαλύνος. *Diodor. Sic.* Φάλινος. *Plutarch.* Φαύλινος.

4 Πρόκλης &c.] Vide ſupra p. 113. n. 2.

Αελαῖος εἶ) Πέρσας ἑαυτῷ βελτίους, ὃς οὐκ ἂν ἀναχέαιτ' αὐτῷ βασιλεύοντι· [1] ἀλλ' εἰ βέλεσθε σκηνᾶπέναι, ἥκειν ἤδη κελεύει τῆς νυκτός· εἰ δὲ μή, αὐτὸς σκοτὶ [2] ἀπέναι φησίν. Ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπεν, Ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, ἂν μὲν ἥκωμεν, ὥσπερ λέγετε· εἰ δὲ μή, σκέπτεσθε ὁποῖον ἄν τι ὑμῖν οἴησθε μάλιστα συμφέρειν. Ὅ, τι δὲ ποιήσοι, οὐδὲ τούτοις εἶπε. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤδη ἡλίου δυόντος, συγκαλέσας τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς, ἔλεξε τοιάδε· Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες, [3] θυομένῳ ἐναι ἐπὶ βασιλέα, [4] οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Καὶ εἰκότως ἄρα οὐκ ἐγίγνετο. Ὡς γὰρ ἐγὼ νῦν

Perſas *dignitate* ſe præſtantiores, qui laturi non ſint ut rerum ipſe potiatur: verùm ſi vultis cum eo diſcedere, noctu jam venire *nos* jubet; ſin minùs, *poſtero* ſe mane diſceſſurum ait. Et Clearchus, Enimverò ſic faciendum eſt, inquit, ſi *ad ipſum* venerimus, quemadmodùm dicitis: ſin minùs, *id* facite, quod vobis maximè profuturum exiſtimetis. Ipſe quid facturus eſſet, nè his quidem indicabat. Poſt hæc, ſole jam occidente, convocatis ducibus ac cohortium præfectis, hujuſmodi quædam dixit: Sacram mihi rem facienti, viri, adverſùs regem proficiſcendi cauſâ, non *læta* fuerunt exta. Et meritò quidem *læta* non fuerunt. Nam ut ego

1 Ἀλλ' εἰ βέλεσθε &c.] Lege n. 2. p. 30.

2 Ἀπέναι] Adi p. 43. n. 1.

3 Θυομένῳ ἐναι] *Ammonius*: Θύονται, οἱ ἀφὶ ἀπλάγχνων μαντευόμενοι. Vide ſuprà p 73. Locutio autem iſta hoc modo ſupplenda eſt, θυομένῳ ἐπὶ τῷ ἐναι &c. *Arrian.* l. 7. c. 18. — θύεσθαι δὴ τὸν Πενταθλέαν πρῶτον μὲν ἐπὶ τῷ Ηφαιστίωνι — & mox infrà — αὖθις δὲ θύεσθαι τὸν Πενταθλέαν ἐπὶ τῷ Αλιξάνδρῳ — Idem l. 4. c. 4. Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ Αφθόσει &c. Noſter K. Π. p. 447 ἐγὼ δὲ θύσομαι ἐπὶ τῇ ὁρμῇ.

4 Οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά.] Opponuntur hæc mox ſequuturis illis, καλὰ τὰ ἱερὰ ἦν: ut alibi quoque iſtis, τὰ ἱερὰ συνεκλίνετο. Noſter *Hiſt. Gr.* l. 3 haud longè ab init. Ἐπεὶ δὲ θυομένῳ αὐτῷ οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ τῇ πρώτῃ, τῇ ὑστεραίᾳ πάλιν ἐθύετο· ὡς δὲ οὐδὲ ταῦτα συνέκλινε, πάλιν &c. Idem K. Π. p. 215 & ſeq. — ἔθυε, πρῶτον μὲν Διΐ &c. Ἐπεὶ σφ' οὐκαλλίστατά τι &c. *Arrian.* l. 4. c. 4. Θυομένῳ δὲ ἐπὶ τῇ Αφθόσει, τὰ ἱερὰ οὐκ ἐγίγνετο. Vide ſuprà p. 82. Huic itaque locutioni, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ, ſupplemento ſit καλὰ, vel καλῶς ἔχοντα (utì Noſter K. Π. p. 447.) opus eſſe puto: niſi fortè in verbo γίγνεσθαι vis quædam ab eruditis parum hactenus animadverſa lateat. Suſpicioni huic locum Phavorini dedit, τὸ γίνεται per ἀποτελεῖται exponentis, auctoritas. *Tho.* etiam *Magiſter*: Γιγνόμενοι, ὃ μόνον τὸ συνεργούμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνήκον τινι, καὶ ἁρμόζον. Sed hâc de re alibi forſan iterum.

πυνθάνομαι, ἐν μέσῳ ἡμῶν Ϲ βασιλέως ὁ Τίγρης ποταμός ἐστι ναυσίπορος, ἐν ᾧ οὐκ ἂν δυναίμεθα ἄνευ πλοίων διαβῆναι· πλοῖα δ' ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. Οὐ μὲν δὴ αὐτοῦ γε μένειν οἷόν τε· τὰ γὰρ ἐπιτήδεια οὐκ ἔστιν· [1] ἰέναι δὲ παρὰ τοὺς Κύρου φίλους, πάνυ καλὰ ἡμῖν τὰ ἱερὰ ἦν. Ὧδε οὖν χρὴ ποιεῖν· ἀπόντας δειπνεῖν, ὅ, τι τις ἔχει· ἐπειδὰν δὲ [2] σημήνῃ τῷ κέρατι ὡς ἀναπαύεσθαι, συσκευάζεσθε· ἐπειδὰν δὲ τὸ δεύτερον, ἀναπίπτεσθε ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· [3] ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ, ἕπεσθε τῷ ἡγουμένῳ, τὰ μὲν ὑποζύγια ἔχοντες [4] πρὸ

jam intelligo, medio regem inter & nos loco Tigris fluvius eſt navigabilis, quem ſine navigiis tranſire non poterimus: at nos navigia non habemus. Atque hìc quidem fieri non poteſt ut maneamus; quippe deſunt commeatus: cæterùm de profectione ad amicos Cyri, læta admodùm exta nobis erant. Quamobrem ſic faciendum eſt: abeuntibus cœnandum, quod cuique ſuppetit: *deinde* cùm *ſollemne* quieſcendi ſignum cornu datum fuerit, vaſa colligite: cùm *ſignum* alterum *datum fuerit*, jumentis *ea* imponite: ad *ſignum* tertium, ducentem *ſic* ſequimini, *ut* ſecundùm flu-

1 Ἰέναι δὲ &c.] Lege modò ſcripta p. præced. n. 3.

2 Σημήνῃ &c.] Scil. σαλπιγκτής. Neque enim huic ſupplemento à τῷ κέρατι reclamatum eſt; cùm veterum tubæ ex bubulo cornu fierent, teſte *Varrone* L. L. 4, 24. Σαλπιγκτὴς autem erat, inſtrumento ſonoro ſigna dare & profectionis & præparationis ad pugnam. Id forſan diſcriminis inter σάλπιγξας & κέρατα ſtatuendum eſt, quod ſcriptores paſſim agnoſcunt Latini: cùm *cornua* ex ære recurvo, ex recto *tubas* factas fuiſſe narrent. Vide *Senec.* Oedip. v. 733. *Ovid.* Metam l. 1. v. 98. *Juven.* Sat. 2. v. 118. Et *Lipſ.* de Mil. Rom. l. 4. dial. 10.

3 Ἐπὶ δὲ τῷ τρίτῳ.] Scil. σημείῳ. Structuræ varietatem paſſim ſequitur Xenophon. Paulo ſuprà: ἢν μὲν μένωμεν, ἀριστᾶν ἀπιέναι δὲ καὶ φθίσει, πόλεμος. Vide ſis alia exempla p. 22. n. 1. Ter autem ſonuit ſignum, ut ritè omnia atque ordine fierent. Similiter *Polybius* l. 6. p. 484. de profectione Romanorum è caſtris ſermonem inſtituens, tria memorat ſigna, & ſuam cuique ſigno tribuit actionem. Verba ſunt: Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνῃ, καταλύσαι τὰς σκηνὰς, καὶ συντίθεσθαι τὰ φορτία πάντας — ὅταν δὲ τὸ δεύτερον, ἀναπίπτειν τὰ σκεύοφορα τοῖς ὑποζυγίοις. Ἐπὰν δέ τι τρίτον σημήνῃ, πορεύεσθαι δεῖ τοὺς πρώτους, καὶ κινεῖν τὴν ὅλην παρεμβολήν.

4 Πρὸ τοῦ ποταμοῦ, τὰ δὲ &c.] MS. Eton. πρὸς τοῦ &c. quæ quamvis tolerari poſſit lectio, vulgatam tamen non eſt cur aſperneris. Cæterùm, τὰ ὅπλα denotant τοὺς ὁπλίτας, ut ſuprà p. 69. ἀσπὶς ponitur pro ἀσπιδοφόροι, ubi vide ſcripta n. 3. Eodem ſenſu adhibet ὅπλα l. 3.

τῦ ποταμοῦ, τὰ ὑποζύγια ἔξω. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ ἀπῆλθον, καὶ ἐποίουν ὅτῳ [1] καὶ τὸ λοιπὸν ὁ μὲν ἦρχεν, οἱ δ' ἐπείθοντο, οὐχ ἑλόμενοι, ἀλλ' ὁρῶντες, ὅτι μόνος ἐφρόνει οἷα δεῖ τὸν ἄρχοντα, οἱ δὲ ἄλλοι ἄπειροι ἦσαν. [2] Ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον [3] ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι· ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα, στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τρισχίλιοι.

Ἐντεῦθεν δὴ, ἐπεὶ σκότος ἐγένετο, Μιλτοκύθης μὲν ὁ Θρᾷξ, ἔχων τούς τε ἱππέας τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τετρακοσίους καὶ τοὺς πεζῶν Θρᾳκῶν ὡς τριακοσίους, ὑπεχώρησε πρὸς βασιλέα. Κλέαρχος

vium jumenta *ſint*, extrà armati. Quæ cùm duces ac præfecti cohortium audiiſſent abierunt, ac ità fecerunt: atque poſthac imperium is obtinebat, parebant illi, non quòd *eum ad hoc* delegiſſent, ſed quia viderent ſolum ſic ſapere, ut principem *in exercitu virum* oporteat, cùm alii nullum rerum uſum haberent. Itineris autem, quod ab Epheſo Ioniæ *oppido* ad prælii *locum* confecerant, menſura *hæc eſt*, caſtra nonaginta tria, paraſangæ quingentæ triginta quinque, ſtadia ſedecies mille & quinquaginta: à pugnæ verò *loco* ad Babylonem uſque dicebantur eſſe tria millia ſtadiorum & ſexaginta.

Indè, tenebræ cùm *obductæ* eſſent, Miltocythes Thrax cum equitibus, ipſe quibus præerat, ferè quadraginta, & trecentis circiter peditibus Thraciis, ad regem perfugit. Cæteris ſe du-

1 Καὶ τὸ λοιπὸν] *Phavorin.* Λοιπὸν, ἐπίρρημα — (quâ formâ rectiùs ſcriberetur τολοιπὸν) ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀκολούθως: & hoc quidem ſenſu integra foret locutio, εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου, vel κατὰ τὸ &c.

2 Ἀριθμὸς δὲ τῆς &c.] Similiter ſub fin. Hiſtor. hujus: Ἀριθμὸς συμπάσης τῆς ὁδοῦ &c. *Phavorin.* Ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ πόσου τὸ ὑποκειμένου. Vide p. 53. n. 1. In hâc autem locutione rationem iter caſtris, paraſangis ſtadiiſque metiendi reſpicit.

3 Ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας] Supple πόλιν, quod deeſt etiam Act. XXII. 3. & cum μέχρι τῆς μάχης & ἀπὸ τῆς μάχης mox ſequuturis intellige χρόνου vel τόπου, quæ omnia paſſim deficere ſolent.

δὲ τοῖς ἄλλοις ἡγεῖτο, καὶ τὰ παραγγελλόμενα, οἱ δ' εἵποντο· καὶ ἀφικνοῦνται εἰς τὸν ἀρχαῖον σταθμὸν παρὰ Ἀριαῖον ἐκ τῆς ἐκείνου στρατιᾶς, ἀμφὶ μέσας νύκτας. [1] καὶ ἐν τάξει θέμενοι τὰ ὅπλα, συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ τῶν Ἑλλήνων παρὰ Ἀριαῖον· καὶ ὤμοσαν οἵτε Ἕλληνες καὶ Ἀριαίῳ, καὶ τῷ συὶ αὐτῷ οἱ κράτιστοι, μήτε προδώσειν ἀλλήλους, σύμμαχοί τε ἔσεσθαι· οἱ δὲ βάρβαροι προσώμοσαν, καὶ ἡγήσεσθαι ἀδόλως. Ταῦτα δ' ὤμοσαν, [2] σφάξαντες κάπρον, καὶ ταῦρον, καὶ λύκον, καὶ κριόν, [3] εἰς ἀσπίδα βάπτοντες οἱ μὲν Ἕλληνες ξίφει, οἱ δὲ βάρβαροι λόγχῃ. Ἐπεὶ δὲ

cem præstabat Clearchus, quemadmodùm convenerat, ac sequebantur; perveniúntque *adeò* ad prima castra prope Ariæum ejúsque exercitum, mediâ ferè nocte: cúmque arma ordine disposuissent, Græcorum duces & præfecti cohortium apud Ariæum convenêre; & tam Græci quàm Ariæus, cum *aliis* apud hunc *dignitate* præstantissimis, jurejurando firmabant, neque prodituros se mutuò, & societatem *fide* culturos: barbari prætereà jurejurando adfirmabant, sine fraude se itineris duces futuros. In hæc autem *sic* jurârunt, *ut* apro, tauro, lupo, ariete mactatis, Græci gladium, barbari hastam in scutum intingerent. Posteaquam

1 Καὶ ἐν τάξει θέμενοι &c.] Eodem sensu infrà paulò dicit, εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι, & alibi sæpè. Vide p. 56. n. 3. & p. 58. n. 2.

2 Σφάξαντες κάπρον, καὶ &c.] In peragendis fœderibus, ac sanciendâ publicè privatímque amicitiâ, multas apud gentes effusum fuisse sive ipsorum in societatem coëuntium, sive animalium sanguinem, tam ex historiâ passim antiquâ, quàm ex phrasibus *ferire, icere, percutere fœdus*, ὅρκια τέμνειν &c. constat. Morem autem in vase, quo sanguis fuerat exceptus, ensem, lanceam &c. tingendi apud Scythiæ populos obtinuisse tradit *Herodotus* l. 4. c. 70. Ὅρκια δὲ, inquit, ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε — εἰς κύλικα μεγάλην κεραμίνην οἶνον ἐγχέαντες, αἷμα συμμίσγουσι — καὶ ἔπειτα δόρυ καὶ ἀξίνην, καὶ ὀιστὸν, καὶ σάγαριν, καὶ ἀκόντιον — Quem ferè locum expressit *Mela* l. 2. c. 1. ubi vide quæ notavit Is. Vossius. Ἀφ' ἧς γῆς, (inquit Toxares de more firmandæ apud Scythas amicitiæ *Lucian.* pag. 630.) ἐντεμόντες ἅπαξ τὰς δακτύλους, ἐπιλαίξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα &c. Consule *Archæol. Gr.* l. 2. c. 6.

3 Εἰς ἀσπίδα &c.] Sanguini *scil.* excipiendo adhibitum. Cæterùm nonnihil sollicitus est *Ablancortius*, unde aprum tam opportunè lupúmque capere potuerint. Frustrá; nam neque feræ illic, neque viri captandis iis idonei deerant.

τὰ πιστὰ ἐγίγνετο, εἶπεν ὁ Κλέαρχος, Ἄγε δή, ὦ Ἀριαῖε, ἐπεὶ πῇ ὁ αὐτὸς ἡμῖν [1] σόλος ἔστι καὶ ὑμῖν, [2] εἰπὲ τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς πορείας· πότερον [3] ἆπιμεν ἦπερ ἤλθομεν, ἢ ἄλλην τινὰ [4] ἐννενοηκέναι δοκεῖς ὁδὸν ἀμείνω; Ὁ δ' εἶπεν, Ἦν μὲν ἤλθομεν ἀπόντες, πάντες ἂν ἴσως λιμῷ ἀπολοίμεθα· ὑπάρχει γὰρ νῦν ἡμῖν οὐδὲν τῶν ἐπιτηδείων. Ἑπταικαίδεκα γὰρ σταθμῶν τῶν ἐγγυτάτω οὐδὲ δεῦρο ἰόντες ἐκ τῆς χώρας οὐδὲν [5] εἴχομεν λαμβάνειν· ἔνθα δ' εἴ τι ἦν, ἡμεῖς διαπορευόμενοι κατεδαπανήσαμεν. Νῦν δ' ὑπονοοῦμεν πορεύεσθαι [6] μακροτέραν μέν, τῶν δ' ἐπιτηδείων οὐκ ἀπορήσομεν. Πορευτέον δ' ἡμῖν τὰς ταχίστους σταθμὰς ὡς ἂν δυνώμεθα μακροτάτας, ἵνα ὡς πλεῖστον [7] ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρα-

data erat *utrinque* fides, Clearchus ait, Age verò, Ariæe, quandoquidem nobis eadem & vobis est expeditio, dicito tua quæ sit de itinere sententia: eâdémne, quâ venimus, nobis abeundum sit viâ, an aliam animadvertisse *tibi* potiorem videris? Et ille, Si *viâ*, quâ venimus, abierimus, omnes fame peribimus: jam nobis enim nulli suppetunt commeatus. Nam denis septenis castris proximis hisce, nè *tum* quidem cùm huc pergeremus, ex *ipsâ* quidquam regione capere potuimus: & si quid istic fuit, nos cùm per *eam* proficiscéremur penitùs absumpsimus. Jam verò cogitamus *viâ* longiore quidem *illâ* proficisci, sed *in quâ* commeatûs non indigebimus. Ac primis quidem castris quàm longissimè poterimus nobis proficiscendum est; ut quàm maximè regiis à copiis ab-

1 Σόλος] Respice p. 30. n. 1.

2 Εἰπὲ] Edit. *Leunclav.* perperam exhibet εἶπε. Ipsa modi ratio, ut ὀξυτόνως scribatur, postulat. Sic suprà p. 120. σὺ δ' ἡμῖν εἰπὲ, τί &c. Leve hoc; atque ideò tantùm notatum, quòd seriò *Leunclavianum* hunc errorem castigat *Portus*, & editor quidam Xenophonteus fidelissimè servavit.

3 Ἆπιμεν &c.] Vide p. 43. n. 1. Cæterùm, ἦπερ ἤλθομεν dicitur ἐλλειπτικῶς pro καθ' ἣν &c. scil. ὁδὸν, utì mox iterum.

4 Ἐννενοηκέναι δοκεῖς] Lege, si tanti, quæ notavimus ad K. Π. p 1. in *Addend.*

5 Εἴχομεν λαμβάνειν] *Phavorin.* Ἔχω, τὸ δύναμαι, ἀπαρεμφάτως. Sic *Æschin* dial. 1. sect. 1. Τούτων ἂν ἐκάστου ἔχομεν διδάσκαλον εἰπεῖν; Οὐκ ἔχομεν, ὦ &c. Similiter alibi sæpé.

6 Μακροτέραν] Supple κατ' ὁδὸν, utì suprà modó.

7 Ἀποσπασθῶμεν] De profectione loquitur, quam

τούματος· ἦν γὰρ ἅπαξ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπόσχωμεν, οὐκέτι μὴ δυώνται βασιλεὺς ἡμᾶς καταλαβεῖν. Ὀλίγῳ μὲν γὰρ στρατεύματι ὁ τολμήσει ἐφέπεσθαι· πολλὴ δ' ἔχων [1] στόλον, ὁ δυνήσεται ταχὺ πορεύεσθαι· ἴσως δὲ καὶ τῆς ἐπιτηδείων ἀπορίᾳ. Ταύτην, ἔφη, γνώμην ἔχω.

113 Ἡ δ' αὖτε [2] ἡ στρατηγία οὐδὲν ἄλλο δυναμένη, ἢ [3] ἀποδράναι, ἢ ἀποφυγεῖν· ἡ ᾗ τύχη ἐστρατήγησε κάλλιον. Ἐπεὶ γὰρ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπορεύοντο ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸν ἥλιον, λογιζόμενοι ἥξειν ἅμα ἡλίῳ δυόντι εἰς κώμας τῆς [4] Βαβυλωνίας χώρας· καὶ [5] τοῦτο μὲν οὐκ ἐψεύσθησαν. Ἐπὶ δὲ ἀμφὶ [6] δείλην

ſtrahamur: nam ſi bidui ſemel aut tridui itinere *ab ipſis* abfuerimus, rex non *jam* ampliùs adſequi nos poterit. Parvis enim cum copiis inſequi non audebit; & magnum ſi ducat exercitum, celeriter progredi non poterit: atque forſan etiam commeatuum inopiâ premetur. Hæc mea, inquit, ſententia eſt.

Cæterùm hoc de ducendo exercitu conſilium ad nihil aliud quàm ad receſſum vel fugam accommodatum erat: verùm fortuna meliùs ducis eſt officio functa. Nam ubi dies illuxit, *ſic* iter faciebant, *ut* ſolem haberent ad dextram, cùm exiſtimarent ſole jam occidente ad vicos agri Babylonici ſe perventuros: in quo ſanè haudquaquam falſi ſunt. Verùm inclinato in veſperam

quam maturari ſtudet. Falluntur itaque interpretes ad Luc. XXII. 41. qui ex verbo ἀπεσπάσθη colligi poſſe putant, Jeſum à diſcipulis invitum diſceſſiſſe.

1 Στόλον,] Vide p. 30. n. 1.

2 Ἡ στρατηγία &c.] *Suidæ* eſt τὸ ἀξίωμα, i.e. *dignitas imperatoria*: & ſic ferè cæteri Lexicographi. *Amaſæus* vertit *conſilium*: ſed ejus ad verſionis marginem rectè & huic loco convenienter notat *Stephanus*, vocem στρατηγία *non ſignificare ſimpliciter conſilium, ſed ducis vel imperatoris conſilium de re aliquâ, ad ejus artem pertinente* Porrò, τὴν δυναμένην ſenſum iſtum rectè tribueris, quem δυώατην apud *Ariſtoph.* in Pluto v. 843. poſtulat.

ΚΑΡ. Τὸ πρόσωπον ᾧ τί δυώατην —; i. e. — *quid vult ſibi?* *Heſych.* Δυώασθαι, θέλειν.

3 Ἀποδράναι ἢ ἀποφυγεῖν·] Lege de his verbis notata p. 38.

4 Βαβυλωνίας χώρας·] Plenè dixit, cùm priùs p. 65. tantùm λέγει τὴν Βαβυλωνίαν, elliptícé.

5 Καὶ τοῦτο μὲν &c.] Quâ de ellipſi vide p. 26. n. 2.

6 Δείλην] Scil. πρωΐαν: infrà paulò venit ὀψὲ, deinde σκότος. Lege ſcripta p. 77. n. 3.

ἔδοξαν πολεμίους ὁρᾶν ἱππέας. [1] καὶ τῶν τε Ἑλλήνων οἱ μὴ ἔτυχον ἐν ταῖς τάξεσιν ὄντες, εἰς τὰς τάξεις ἔθεον, καὶ Ἀριαῖος (ἐτύγχανε γὰρ ἐφ' ἁμάξης πορευόμενος, διότι ἐτέτρωτο) καταβὰς ἐθωρακίζετο, ὡς οἱ σὺν αὐτῷ. [2] Ἐν ᾧ δὲ ὡπλίζοντο, ἦκον λέγοντες οἱ προπεμφθέντες σκοποί, ὅτι οὐχ ἱππεῖς εἰσιν, ἀλλὰ ὑποζύγια νέμοιτο. Καὶ εὐθὺς ἔγνωσαν πάντες, ὅτι ἐγγύς που ἐστρατοπεδεύετο βασιλεύς· ἦ γὰρ ἦ καπνὸς ἐφαίνετο ἐν κώμαις ὀλίγοις. Κλέαρχος δὲ ὅτι μὲν τοὺς πολεμίους οὐκ [3] ἦγεν· (ἤδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας τοὺς στρατιώτας, καὶ ἀσίτους ὄντας· ἤδη δὲ [4] καὶ ὀψὲ ἦν) ὁ μέντοι ὁδὸν ἀπέκλινε, φυλαττόμενος μὴ δοκοίη φεύγειν· ἀλλ' [5] εὐθύωρον ἄγων, ἅμα

die, hoſtilem *ſibi* videre viſi ſunt equitatum: quare tum Græci, qui fortè ordines non ſervârant, ad ordines currebant, tum Ariæus (quippe curru fortè faciebat iter, propterea quòd vulneratus eſſet) *de eo* cùm deſcendiſſet, thoracem induit, *quod* & ſui *fecerunt*. Intereà dum armis illi ſe induerent, ſpeculatores præmiſſi redeunt, ac non equites *iſtos* eſſe nuntiant, ſed jumenta paſtum quærentia. Itaque ſtatim animadvertebant omnes, regem alicubi in propinquo habere caſtra: nam & fumus haud procul in vicis conſpiciebatur. At Clearchus in hoſtes non duxit; (nôrat enim & fatigatos eſſe milites, & jejunio laborare: quin & ſerum jam *diei* erat) neque tamen *viâ* declinavit, cùm caveret, nè fugere videretur: ſed recto ducens trami-

1 Καὶ] Conſule p. 107. n. 1.

2 Ἐν ᾧ] Adi p. 107. n. 3.

3 Ἦγεν (ἤδει γὰρ καὶ ἀπειρηκότας &c.] *Leunclav.* reddit, *quòd nôrat milites tantùm non animos deſpondiſſe*. Sed ἀπειρηκὼς ſonat *defatigatus*. Sic Noſter Κ. Π. p. 643. καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους καὶ ἀνθρώπους, i. e. *defatigatos equos* &c. Et in Κυνηγ. ferè medio λαγὼ ἀπειρηκότα, ſcil. curſu *defatigatum* videre eſt. Cæterùm, pro ἦγεν in MS. Eton. & edit. *Ald.* eſt ἦσαν. Hinc forſan ſuum ἔλασεν confecit Cl. *Arnaud.* Atqui nihil vulgato ἦγεν rectius. Sic ſuprà p. 106. ὁ δὲ βασιλεὺς ταύτην μὲν οὐκ ἦγεν. mox εὐθύωρον ἄγων, & alibi perſæpe.

4 Καὶ ὀψὲ ἦν] Dixit ἐλλειπτικῶς, ut ſæpe Latini. In Κυνηγ. ferè medio integre legitur, καὶ ἦ ὀψὲ ἤδη τῆς ἡμέρας.

5 Εὐθύωρον &c.] *Suidas*: Εὐθυωρὸν, (ſcribitur enim & ὀξυτόνως) ἀντὶ τοῦ κατ' εὐθεῖαν· οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Ξενοφῶν. *Harpocration*: (ex quo ſua *Suidas*) Εὐθύωρον, τὸ κατ' εὐθεῖαν. Ἀντιφῶν μὲν τῷ ᾠδῇ Νικηκλέα. Τὸ ὄνομα δὲ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν δευτέρᾳ Ἀναβάσεως.

τῷ ἡλίῳ δυομένῳ εἰς τὰς ἐγγυτάτω κώμας τὰς πρότερας ἔχων [1] κατεσκήνωσεν, ἐξ ὧν διήρπασο ὑπὸ τ̃ βασιλικ̃ στρατεύματος καὶ αὐτὰ τὰ ἀπὸ τ̃ οἰκιῶν ξύλα. Οἱ μ̀ ἔν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ πῃ ἐστρατοπεδεύοντο, οἱ δ' ὕστερον [2] σκοταῖοι πορευόντες, [3] ὡς ἐτύγχανον ἕκαστοι κατέλιζοντο, καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν· ὥστε [4] οἱ μὲν ἐγγυτάτω τῶν πολεμίων ἔφυγον ἀπὸ τ̃ [5] σκηνωμάτων. Δῆλον δὲ τοῦτο τῇ ὑστεραίᾳ ἐγένετο· ὅτε γὰρ ὑπεζύγιον ἔτι οὐδὲν ἐφάνη, ὅτε στρατόπεδον, ὅτε καπνὸς ὁδαμοῦ πλησίον. Ἐξεπλάγη δὲ, ὡς ἔοικε, καὶ βασιλεὺς [6] τῇ ἐφόδῳ τ̃ στρατεύματος·

Trap. in Guid. I. 48. et Suid. V. Σκολιάος.

te, ſole jam occidente, cum iis qui primi erant, tabernacula proximis collocavit in vicis, è quibus à regiis copiis direpta erant etiam ipſa ædium ligna. Ac primi quidem tali quodam modo caſtra ſunt metati, poſteriores quia tenebris jam *terræ* inductis acceſſerant, quo fortè quilibet loco erat, cubabant; ac mutuò ſe adpellando magnum excitârunt clamorem, quem & hoſtes audiêrunt: quo factum eſt, ut hoſtium proximi è tentoriis etiam fugerent. Poſtridie facilè hoc intellectum eſt: nam neque jumentum adparuit ullum, neque caſtra, neque uſquam in propinquo fumus. Quin & rex *ipſe*, utì videbatur, exercitûs *noſtri* adventu fuit exterritus:

1 Κατεσκήνωσεν,] *Leunclav.* minùs accuratè vertit, *caſtra locat.* Verbum quidem ſimplex, ipſúmque adeò compoſitum, nonnunquam notionem iſtam repræſentare videbimus infrà. Propriè tamen σκηνῶ eſt πρὸς καιρὸν οἴκησιν ποιῆμαι, ἢ ἁπλῶς οἰκῶ. Hìc commorationem ſignificat, licèt non prorſùs caſtrenſem, militum tamen in vicis, in quos nocte jam admonente diverterant; ideóque caſtrenſi ſimilem: id quod his Xenophon verbis innuere videtur, Οἱ μὲν ἔν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ πῃ ἐστρατοπεδεύοντο, &c.

2 Σκοταῖοι πορευόντες] *Suidas*: Σκοτιαῖος· ἐλθὼν ἀντὶ τοῦ, ἔτι σκοτίας οὔσης. Deinde loci hujus verba citat, eâdem (σκοτιαῖοι ſcil. non σκοταῖοι) ſervatâ ſcripturâ.

3 Ὡς ἐτύγχανον &c.] *Nullo certo ordine, ut quiſque potuit, quem* quiſque nactus eſt loco, pernoctabant. *Phavorin.* Αὐλίζεται, κατασκηνοῖ, φυλάττεται, παρεμβάλλει, κοιμᾶται. Αὐλιζόμενοι ἀντὶ τ̃ κοιμώμενοι..

4 Οἱ μ̀ ἐγγύτατα τῶν &c.] Vide pag. 70. n. 5.

5 Σκηνωμάτων,] Fallitur omnino *Tho. Magiſter*, qui σκήνωμα & σκηνόω, ῶ, παρὰ τὴν θείαν γραφὴν μόνον reperiri putaverit. Utrâque eum oberrâſſe voce docet tam nominis quàm verbi κατεσκήνωσεν lin. 2. uſu Xenophon.

6 Τῇ ἐφόδῳ] *Heſych.* & *Phavor.* Ἔφοδος, ὁρμὴ, ἄφιξις, ἐπιδρομὴ, παρουσία, βλάβη. *Scholiaſtæ Thucyd.* ad l. 7. non longè ab initio, eſt ἐπίθεσις πολεμική.

ἐδήλωσε ᾧ τοῦτο, οἷς τῇ ὑστεραίᾳ ἔφραζε. Προϊούσης μέντοι τῆς νυκτὸς ταύτης, καὶ τοῖς Ἕλλησι φόβος ἐμπίπτει, καὶ θόρυβος καὶ δεῖμα ἦν, οἷον εἰκὸς, φόβου ἐμπεσόντος, γίγνεσθαι. Κλέαρχος δὲ [1] Τολμίδῃ Ἠλεῖον, ὃν ἐτύγχανεν ἔχων πρὸ ἑαυτοῦ κήρυκα ἄριστον τότε, τοῦτον ἀνειπεῖν ἐκέλευσε, σιγὴν καταπηρύξαντα, ὅτι φραγορεύουσιν οἱ ἄρχοντες, ὃς ἂν [2] τὸν ἀφιέντα τὸν ὄνον εἰς τὰ ὅπλα καταμηνύσῃ, ὅτι λήψεται μισθὸν [3] τάλαντον ἀργυρίου. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκηρύχθη, ἔγνωσαν οἱ στρατιῶται ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη, καὶ οἱ ἄρχοντες σῶοι. [4] Ἅμα

ídque declaravit iis, quæ altero die fecit. Verùm hâc procedente nocte, Græcis etiam incidit terror, ac tumultus erat ſtrepitúſque *tantus*, quantum eſſe conſentaneum eſt, cùm terror incidit. Clearchus verò Tolmidem Eleum, quem præſtantiſſimum ejus temporis præconem apud ſe fortè habebat, pronuntiare juſſit, ſilentio *priùs* indicto, ſignificare duces, qui indicârit eum, aſinum qui in caſtra emiſerat, *iſtum* præmium argenti talentum acceptúrum. Hæc poſteaquam per præconem enuntiata fuerunt, intellexêre milites vanum fuiſſe terrorem, ac duces *eſſe* ſalvos. Pri-

1 *Τολμίδην Ἠλεῖον —— τοῦτον*] Redundat pronomen hoc, planè ſicut Act. VII. 35. *Τοῦτον ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; τοῦτον ὁ Θεὸς* &c. Vide p. 81. n. 1.

2 *Τὸν ἀφιέντα τὸν ὄνον* &c ] *Leunclav.* τὸν φοῖνον pro τὸν ονον ſubſtituendum conjicit: quæ quidem conjectura talo ſatis firmo niti haudquaquam videtur. A libris certè tam ſcriptis quam editis, quos mihi videre contigit, recedit: & locutionem, *ἀφιέναι φοῖνον*, mihi quidem ſuſpectam inducit. Aſinos in impedimentis fuiſſe ex p. 115. conſtat: atque adeò unum ex his aliquem, cùm è debito τὴν ὑποζυγίων loco ad eum, milites ubi pernoctabant, deerrâſſet, metum iis motúſque caſtrenſes excitâſſe crediderim. *Οπλα* autem hìc, opinor, denotat locum, ubi excubabant armati. *Thucyd.* l. 8. ferè medio, *Ησαν δ' Αθηναίων πάντες ἀεὶ, οἱ μὲν ἐπὶ τείχει, οἱ δ' ὑπὸ τείχει, — ἐφ' ὅπλοις.* ubi ſic *Scholiaſtes*: *Οπλα νῦν, καὶ μετ' ὀλίγον, ὡς ἐν ἄλλοις τισὶ παρὰ τούτῳ συγγραφεῖ χωρίοις, σημαίνει τὸν τόπον, ἐφ' ᾧ οἱ στρατιῶται φυλακὰς ἔχουσιν ὡπλισμένοι.* Quo ſenſu infrà paulò nomen illud adhibuiſſe videtur Xenophon, necnon apud Κ. Π. p. 494. ubi Perſarum *τὰ ὅπλα, ὥσπερ ἐδεῖ, φυλακόντων* diligentia, negligentiæ Chaldæorum, quorum *ὅπλα ἔρημα* deprehenderat Cyrus, opponitur.

3 *Τάλαντον ἀργυρίου.*] Conſule *indic.* pondera & menſ. complectentem.

4 *Ἅμα δὲ ὄρθρῳ*] *Phavorin.* & *Tho. Magiſter*: *Ορθρος, ὁ περὶ τὸν λυκαυγοῦς καιρὸς, ὅτε ἔτι λύχνῳ δυνάταί τις χρῆσθαι.* Crepuſculi autem matutini pars dicitur τὸ λυκαυγὲς, cùm dubia jam lux eſt.

δὲ ὄρθρῳ παρήγγειλε Κλέαρχος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα τίθεσθαι τοὺς Ἕλληνας, ἧπερ εἶχον, ὅτε ἦν ἡ μάχη.

Ὃ δὴ ἔγραψα ὅτι βασιλεὺς ἐξεπλάγη τῇ ἐφόδῳ τῇδε, δῆλον ἦν. Τῇ μὲν γὰρ πρόσθεν ἡμέρᾳ [1] πέμπων, τὰ ὅπλα παραδιδόναι ἐκέλευε, τότε δὲ ἅμα ἡλίῳ ἀνατέλλοντι κήρυκας ἔπεμψε πρὸς τοὺς πρόσθεν. Οἱ δ' ἐπεὶ ἦλθον πρὸς τὰς προφύλακας, ἐζήτουν τοὺς ἄρχοντας. Ἐπεὶ δ' ἀπήγγειλαν [2] οἱ προφύλακες, Κλέαρχος τυχὼν τότε τὰς τάξεις ἐπισκοπῶν, εἶπε τοῖς παραφύλαξι, κελεύειν τοὺς κήρυκας περιμένειν, ἄχρις ἂν σχολάσῃ. Ἐπεὶ δὲ κατέστησε τὸ στράτευμα, [3] ὥστε καλῶς ἔχειν ὁρᾶσθαι πάντη φάλαγγα πυκνὴν, τῷ δὲ ὁπλων μηδένα καλαφανῆ εἶναι, ἐκέλευσε [4] τοὺς

mo autem diluculo Clearchus Græcis imperat, ut *illo* armati consisterent ordine, quo se prælii tempore tenuerant.

Cæterùm quod paullò ante scripsi, regem hoc adventu nostro exterritum fuisse, *id quidem* manifestum erat. Nam cùm pridie nuntiis *ad nos* missis, ut arma traderemus præceperat, tunc sanè sub ortum solis caduceatores misit, *qui* de fœderibus *agerent*. Hi cùm ad primos excubitores venissent, *ubi* duces *essent* quærebant. *Quod* ubi renuntiàssent excubitores, Clearchus id qui fortè temporis ordines inspiciebat, excubitoribus mandavit, caduceatores expectare juberent, donec sibi otium esset. Cùm autem sic instruxisset exercitum, ut omni ex parte commodè densa cerni posset phalanx, nec quisquam ex inermis esset in conspectu, nuntios

1 Πέμπων,] Scil. κήρυκας, de quibus suprà p. 116. seu ἀγγέλους, uti mox infrà. Sic & Latini *mittere*, passim absolutè ponunt pro *epistolam* modò, modò *nuncium*, *legatum* mittere. Confer Matth. II. 16. Act. XIX. 31.

2 Οἱ παραφύλακες] Haud anxiè præpositioni inhærendum videtur; cùm illud compositum & simplex φύλακες, ut & φυλακαὶ ac παραφυλακαὶ, de iisdem non rarò adhibeantur. Vide sis K. Π. p. 217, 219, 221, 238, 360, 362, alibi.

3 Ὡς καλῶς ἔχειν &c.] De πυκνώσει φάλαγγος vide sis *Arri.* Tact. p. 32. edit. *Blanc.* & *Æli.* c. 32.

4 Τοὺς ἀγγέλους,] Quos modò κήρυκας appellaverat. Nimirum hi, præter alia haud pauca, ἀγγέλων etiam obibant munia. *J. Poll.* l. 4. segm. 91. Τὸ δὲ κηρύκων γένος, — κατεκήρυττε ἡσυχίας, ἤν τι ἀγῶσι καὶ ἱερηγίας· καὶ σπονδὰς παρῄτηντο, καὶ συνεχείαν ἐπῄτουν, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνεκήρυττε. Et segm. 94. Τάχα δ' ἄν τις τοὺς κήρυκας, ἢ ἑρμηνίας, καὶ σπονδοφόρους, καὶ συνεχειροφόρους, καὶ ἀγγέλους ὀνομάσειε. Vide sis *Eustath.* ad Homer. Il. α'. p. 112.]

ἀγγέλους, καὶ αὐτός τε σφῆλθε τούς τε εὐοπλοτάτους ἔχων [1] καὶ εὐειδεστάτους τῶν αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς ταῦτα ἔφρασεν. Ἐπεὶ δὲ σφῶν τοῖς ἀγγέλοις ἦσαν, ἠρώτα τί βούλοιντο. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι σφὶ περὶ σπονδῶν ἥκοιεν ἄνδρες, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται τά τε σφῶν βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἑλλήνων, βασιλῆ. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· Ἀπαγγέλλετε τοίνυν αὐτῷ, ὅτι μάχης δεῖ σφῶν· ἄριστον γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ τολμήσων περὶ σπονδῶν τοῖς Ἕλλησι λέγειν, μὴ σφρίσας ἄριστον. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἄγγελοι ἀπήλαυνον, καὶ ἦκον ταχύ· ([2] ᾧ καὶ δῆλον ἦν ὅτι ἐγγύς που ἦν βασιλεὺς ἢ ἄλλῳ τις, ᾧ ἐπετέτακτο ταῦτα σφάττειν) ἔλεγον δὲ, ὅτι εἰκότα δοκοῖεν λέγειν βασιλῆ, καὶ ἥκοιεν ἡγεμόνας ἔχοντες, οἳ αὐ-

arceſſivit, ac tum ipſe proceſſit cum parte militum ſuorum armis inſtructiſſimâ atque pulcherrimâ, tum aliis hæc ducibus denuntiavit. Poſteaquam prope nuntios erant, quid vellent, interrogat. Aiunt illi, *ut* de fœderibus *agerent* veniſſe homines, qui & ad regis *mandata* Græcis, & ad Græcorum regi *mandata* referenda forent idonei. Reſpondit *Clearchus*: Ergo renuntiate ei, primùm prælio decertandum eſſe: prandium enim *nobis* non eſt, nec *quiſquam unus* qui Græcis verba de fœderibus facere audeat, niſi prandium præbuerit. Hæc cùm audîſſent nuntii abequitabant, ac ſtatim redibant: (unde conſtabat in propinquo regem alicubi eſſe, vel quendam alium, cui de his agendis datum eſſet negotium) aiebant autem regi æqua, quæ protuliſſent, eſſe videri, atque *adeò* venire ſe cum ducibus *itinerum*, qui eos, ſi inirentur fœ-

1 Καὶ εὐειδεστάτους τῶν &c.] Formæ multum tribuiſſe veteres, apud K. Π. p. 315, 316. n. 3. docuimus. Hinc Poëta Il. γ'. unumquemque ferè Græcorum ducem ipſo adſpectu Priamo ſui admirationem injeciſſe narrat. Referente *Juſtino* l. 13. c. 1. *amici Alexandri tantæ virtutis ac venerationis erant, ut ſingulos reges putares.* Quin & Soloni apud *Herodot.* l. 1. c. 32. homo felix eſt εὐειδής. Vide ſis K. Π. p. 305. Hanc in rem ut plura veterum congeramus loca nihil eſt neceſſe.

2 Ω καὶ] Particulam hanc immeritò neglexerunt interpretes, cùm animum ad illa, quæ p. 130. memorat Auctor, ejuſdem rei indicia revocet.

τες, ἐὰν σπονδαὶ γένωνται, ἄξουσιν ἔνθεν ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια. Ὁ δ' ἠρώτα, [1] εἰ αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι σπένδοιτο ἴοιεν ἢ ἀπιοῖεν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔσονται σπονδαί. Οἱ δὲ, πᾶσιν, ἔφασαν, μέχρις ἂν βασιλῆ [2] τὰ πρὸ ὑμῶν ἀγγελθῇ. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπον, μεταστρέμμυος αὐτὸς ὁ Κλέαρχος, ἐβουλεύετο. Ὡς ἐδόκει ταχὺ τὰς σπονδὰς ποιεῖσθαι, καὶ [3] κατ' ἡσυχίαν ἐλθεῖν τε ὅπῃ τὰ ἐπιτήδεια καὶ λαβεῖν. Ὁ δὲ Κλέαρχος εἶπε, Δοκεῖ μὲν καὶ ἐμοὶ ταῦτα· ὡς μέντοι ταχύ γε ἀπαγγελῶ, ἀλλὰ [4] διατρίψω ἕως ἂν ὀκνήσωσιν οἱ ἄγγελοι, μὴ ἀποδόξῃ ἡμῖν τὰς σπονδὰς ποιήσασθαι· οἶμαί γε μέντοι, ἔφη, καὶ τοῖς ἡμετέροις στρατιώταις τὸν αὐτὸν φόβον παρέσεσθαι. Ἐπεὶ δ' ἐδόκει καιρὸς εἶναι, ἀπήγγελλεν ὅτι σπένδοιτο, καὶ εὐθὺς ἡγεῖσθαι ἐκέλευε πρὸς τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ οἱ μὲν ἡγοῦντο.

dera, ducturi essent, ubi commeatus essent habituri. Et quærebat ille, an fœdera iis *tantùm* viris offerret, *ad ipsum* qui ituri essent ac redituri, an aliis quoque *cum ipso pacta* forent fœdera. Illi, omnibus, aiunt *oblata esse fœdera*, quoad regi à vobis *proposita* renuntientur. Hæc cùm dixissent, Clearchus, iis submotis, *totâ de re* consultabat: visúmque est ut fœdera statim inirent, pacatéque *adeò* ad commeatum tum proficiscerentur, tum caperent. Et Clearchus, Mihi quoque, inquit, hæc placent: *quod* tamen ipsis non confestim significabo, sed cunctabor donec vereantur nuntii, nè nobis fœdera ut ineamus minimè videatur: verùm nostris etiam,ait, militibus eundem adfuturum metum arbitror. Posteaquam visum est *illi* esse commodum, percussurum se fœdus significabat, statímque ut ad commeatus ipsum ducerent, præcepit. Atque illi quidem præibant:

1 Εἰ αὐτοῖς &c.] Eandem pronominis hujusce potestatem notavimus K. Π. p. 611. De ellipsi præp. σὺν, vide suprà p. 30. n. 4.

2 Τὰ παρ' ὑμῶν &c.] Exaudias hìc oportet δόγματα vel δεδογμένα; & in iis quæ modò præcesserant, οἵπερ ἱκανοὶ ἔσονται τά τε παρὰ βασιλέως τοῖς Ἕλλησιν ἀπαγγεῖλαι, καὶ τὰ &c.

3 Κατ' ἡσυχίαν] Peculiariter eâ de *quiete* dicitur, quæ pacem sequitur & inducias. Sic & *Thucyd.* l. 4. ferè medio, ἡσυχίαν πολέμῳ opposuit.

4 Διατρίψω,] Vide p. 52. n. 4.

Κλέαρχος μέντοι ἐπορεύετο, τὰς μὲν σπονδὰς ποιησόμενος, τὸ δὲ στράτευμα ἔχων ἐν τάξει, καὶ αὐτὸς ὠπισθοφυλακῶν. Καὶ ἐνετύγχανον τάφροις καὶ [1] αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος, ὡς μὴ δυνάσθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν· ἀλλ' ἐποιοῦντο [2] διαβάσεις ἐκ τῶν φοινίκων, οἳ ἦσαν ἐκπεπτωκότες, τὰς δὲ καὶ ἐξέκοπτον. Καὶ ἐνταῦθα ἦν [3] Κλέαρχον καταμανθάνειν ὡς ἐπεσάτης, ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τὸ δόρυ ἔχων, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βακτηρίαν· καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοίη τῶν [4] τοῦ τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, [5] ἐκλεγόμενος τὸν ὁπτήδειον ἔπαυσεν ἄν, καὶ ἅμα

At Clearchus fœdera percuſſurus, copiis inſtructis iter faciebat, ipſéque *eas* à tergo cuſtodiebat. Et in foſſas ac valles incidebant aquâ plenas, adeò ut *eas* abſque pontibus tranſire non poſſent: ſed ex palmis, quæ deciderant, quáſve ipſi excidebant, pontes faciebant. Atque ibi tum animadverti poterat, quomodo præeſſet Clearchus; cùm manu lævâ teneret haſtam, baculum dextrâ: ac ſi quis ei videretur illorum, quibus hoc negotii datum erat, ſegniter ſe gerere, *mox* idoneum eligens, *illum alterum* amovit; & ipſe ſimul in cœnum deſcendens *cum aliis* ma-

1 Αὐλῶσι] *Heſych.* & *Phavorin.* Αὐλὼν, γενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος· λειμὼν, ἔφυδρος τόπος. *Suidas*: Αὐλῶνες, φάραγγες, ἢ τόποι πλατεῖς ὡσεί τινὲς ὄρη. Quippe & foſſæ anguſtæ & valles αὐλὸν ſuâ referunt figurâ; cavæ nimirum quæ ſint, & mediocri latitudine patentes.

2 Διαβάσεις] *Phavorin* Διάβασις, πορεία, γέφυρα, πέραμα. *Thucyd.* l. 4. haud longè à fine, Ἀπέχει δὲ τὸ πόλισμα πλέον τῆς ἀβάτου, ubi Schol. τῆς ἀβάτου, τῆς γεφύρας.

3 Ἐνταῦθα ἦν Κλέαρχον &c.] Pro ἐνταῦθα ἦν καταμανθεῖν ὡς Κλέαρχος &c. Similiter *Ælian.* H. V. l. 8. c. 13. Λέγουσι δὲ καὶ Ἀριστίξενον —— Ἡράκλειτόν τε, ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἐκλαιεν. Act. XVI. 3. — ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Planè ſic Latini: *Nôſti Marcellum, quàm tardus & parùm efficax ſit*, Cicer. famil. 8. 10. *Scin' me, in quibus ſim gaudiis?* Terent. Eun. act. 5. ſc. 8. v. 5. Vide p. 86. n. 3.

4 Τῶν τοῦ τοῦτο πεπαγμένων] *Scil.* ad expediendas διαβάσεις, ſeu ad ea adparanda, ſine quibus foſſas aliáve aquis repleta loca trajicere non potuerunt.

5 Ἐκλεγόμενος τὸν ὁπτήδειον &c.] Nugantur *Stephanus* & *Mureius*, qui legendum cenſeant, ἐκλεγόμενος τὸ ὁπτήδειον ἔπαυσεν ἄν vel ἔπαυε, καὶ ἅμα &c. atque τὸ ὁπτήδειον dici velint ἢ δόρυ ἢ βακτηρίαν. Edit. *Ald* & MS. Bodl. habent ἔπαυσιν ἄν, pro quibus *Leunclavius* reponit ἔπαυσιν αὐτόν. Ipſe malim reticeri pronomen, atque adeò ſcribi ἔπαυσιν tantùm; vel, quod propiùs ad vulgatas accedit lectiones, ἔπαυσεν ἄν, Clearchus *ſcil.* τὸν δεκάζοντα βλακεύειν amovebat, deſiſtere jubebat opere, quod ſegniùs obibat.

αὐτὸς προσελάμβανεν εἰς τὸν πηλὸν ἐμβαίνων· ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶ), μὴ ὐ σπουδάζειν. Καὶ ἐτάχθησαν μὲν πρὸς αὐτὸν οἱ τριάκοντα ἔτη γεγονότες· ἐπεὶ δὲ ἡ Κλέαρχον ἑώρων σπουδάζοντα, προσελάμβανον ἡ οἱ πρεσβύτεροι. Πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ Κλέαρχος ἔσπευδεν, ὑποπτεύων μὴ αἰεὶ ὧδε πλήρεις εἶ) τὰς τάφρους ὕδατος· (1 ὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα τὸ πεδίον ἄρδειν) ἀλλ' ἵνα πολλὰ τὰ ἄπορα φαίνοιτο τοῖς Ἕλλησιν εἶ) εἰς τ' πορείαν, τούτου ἕνεκα βασιλέα ὑπώπτευεν ἐπὶ τὸ πεδίον τὸ ὕδωρ ἀφεικέναι.

Προσιόντες δὲ ἀφίκοντο εἰς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια. Ἐνταῦθα δὲ σῖτος πο-

num operi admovebat; adeò ut omnibus pudori eſſet, ſi non & *ipſi* ſtrenuam navarent operam. Ac apud ipſum quidem triginta *tantùm* annos nati conſtituti fuerunt: verùm ubi Clearchum opus ſedulò facientem viderunt, ſeniores etiam *ei* manus admoverunt. Et multò magìs feſtinabat Clearchus, quòd foſſas hunc ad modum non ſemper aquâ plenas eſſe ſuſpicaretur: (quippe cùm *illud anni* tempus non eſſet, quo ſolum rigare ſolebant) at quò multa Græcis ad iter *faciendum* impedita viderentur, idcircò regem aquam in campum emiſiſſe ſuſpicabatur.

Confecto itinere ad vicos pervenerunt, unde *viæ* duces commeatus capiendos eſſe demonſtraverant. *In his* multum inerat

1 Οὐ γὰρ ἦν ὥρα οἵα &c.] Noſter οἷος, pro ἐπιτήδειος, ἱκανὸς, δυνατὸς, ſemel atque iterum, eandem ſtructuram ſequutus, adhibuit. *Memor.* l. 1. haud longè à fine, Καὶ μὴν γλῶτταί γε πάντων τῶν ζώων ἐχόντων, μόνῳ τῳ τῶν ἀνθρώπων ἐποίησαν (θεοὶ) οἵαν — ἀρθρῶν τε τῷ φωνῇ, καὶ σημαίνειν &c. Et l. 3. propiùs à fine, Γυναικὸς δὲ ποτε ὄσης — οἵα σωτῖναι τῇ &c. Itémque ſub finem l. 4. Κακὸς γὰρ ἄρα τὰς οἴκους τύπτοις κακῶς χρῆται; Cæterùm, rei ipſæ, quam Noſter hoc loco reſpicit, lucem fœnerant *Arriani* verba, l. 7. c. 7. Ὁ δὲ Εὐφράτης μιτίων· ρός τε ῥεῖ καὶ ἰσχυρὸς πανταχῇ τῇ γῇ, καὶ διώρυχές τε πολλαὶ ἀπ' αὐτοῦ πεποίηνται, αἱ μὲν ἀέναοι, ἀφ' ὧν ὑδρεύονται οἱ παρ' ἑκάτερα ᾠκισμένοι· τὰς δὲ καὶ πρὸς καιρὸν ποιοῦνται, ὁπόταν σφίσιν ὕδατος σπάνις ἔχῃ, ἐς τὸ ἐπαρδεῖν τῷ χώρᾳ, (ἐν γὰρ ὕεται τὸ πολὺ ἡ γῆ αὕτη ἐξ ἐρανοῦ) καὶ ἔστιν &c. *Plin.* H. N. l. 6. c. 26. de Euphrate ad rigua diſtracto loquitur: cujus nimirum aquæ, in alveos foſſáſque immiſſæ, circumjectos rigare campos, tepefactos ſolis æſtivi vapore, ſolebant. Vide ſuprà p. 71. n. 4. & *Strab.* l. 11. p. 767.

λὺς, [1] ἢ οἶνον φοινίκων, ὃς ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. [2] Αὗται δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔστιν ἰδεῖν, τοῖς οἰκέταις ἀπέκειντο· αἱ δὲ τοῖς δεσπόταις ἀποκείμεναι, ἥσαν ἀπόλεκτοι, [3] θαυμάσιοι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος· ἡ δὲ ὄψις [4] ἠλέκτρου οὐδὲν διέφερε. [5] Τὰς δέ τινας ξηραί-

frumentum, & vinum ex palmis, acetúmque ex iiſdem coctum. Iſtæ palmarum glandes, quales apud Græcos quidem videre eſt, famulis reſervabantur; quæ verò dominis reſervabantur, delectæ erant, pulchritudine & magnitudine admirabiles: ſpecie autem ab electro nihil differebant. *Nonnullas* exſiccatas pro bel-

1 οἶνον φοινίκων, ἢ ὄξος &c.] Vide ſcripta p. 54. n. 4. Pro ὄξος ἑψητὸν *Muretus* nè dubitandum quidem putat, quin legendum ſit ὄψον καὶ ἑψητὸν, quam ſcripturam exhibet *Athenæi* edit. *Ald.* Rectiùs edit. poſtrema ſcripturam loci Xenophontéi vulgatam, quam & MS. Eton. & typis impreſſi libri tuentur, revocavit. *Suidas*: Ὄξος ἑψητὸν, τὸ ἀπὸ φοινίκων: quæ verba ex hoc loco deprompta eſſe conſtat. De συκοδυσίᾳ ὄξυς tam γλυκέος quàm δριμέος vide ſis *Geopon.* l. 8. c. 36, 37. *Strabo* l. 16. p. 1078. καὶ γὰρ ἄρτον, καὶ οἶνον, ἐξ ὄξους, καὶ μέλι — ἐκ τούτου, ſcil. τοῦ φοίνικος.

2 Αὗται δὲ αἱ — οἵας μὲν &c.] Ità repoſui ex MSto Eton. adſentientibus *Suidâ* ad v. Ἀπέκειντο & Βάλανος, & veteri verſione Gallicâ. Huic etiam lectioni optimè reſpondet particula δὲ, quæ proximè ſequitur. Paulò aliter *Athenæus* l. 14. c. 17. αὕτη δὲ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων, οἵας μὲν ἐν τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἔστιν ἰδεῖν. ubi particulam negativam deleas oporteat. Dictum autem eſt οἵας μὲν ellipticè, pro τοιαῦται μὲν οἵας &c. Eâdem ellipſi tum alibi, tum *Memor.* lib. 2. ſub fin. uſus eſt Noſter: Οὐ γὰρ ἦν (Ἀρχέδημος) οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, pro Οὐ γὰρ ἦν τοιοῦτος οἷος &c. Minores autem hæ fuêre palmæ, Græci quibus, Xenophontis tempore, importatis utebantur. Vide ſuprà p. 54. n. 4.

3 Θαυμάσιοι τὸ κάλλος &c.] Ità legit *Athen.* loco cit. Vulgò, θαυμάσιαι: illa terminatio ἀπλικωτέρα eſt. *Ælian.* H. V. l. 4. c. 8. καὶ σπὼ ὀλίγοις μυελάδας παμπόλλας κατηρώντο, pro παμπόλλας. Idem, l. 14. c. 30. Ὀρνῖθας γὰρ τὰ ᾠδικὼν παμπόλλας πειάμενος. Vide ſis *Stephan.* append. ad ſcripta de dial. Atticâ p. 151. Noſter autem his verbis deſignare videtur *caryotas*; quæ auctore *Plinio* H. N. l. 13. c. 4. *maximè celebrantur, & cibo quidem, ſed & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti.* Et paulo infrà: *Siccantur in hoc genere Nicolai, ſed amplitudinis præcipuæ, quaterni cubitorum longitudinem* (cum Salmaſio legerim, *cubitum longitudine*) *efficiunt.*

4 Ἡ δὲ ὄψις ἠλέκτρου &c.] Cujus ferè aureus eſt color. *Theophraſt.* l. 2. c. 8. ait, τὰς μὲν ξηροῖς, οἱ μὲν λευκοὶ, οἱ δὲ μέλανες, οἱ δὲ ξανθοί. De his palmulis *Galeni* ξηροβάλανος intelligenda videtur *Salmaſio*, Plin. exercit. p. 929. edit. *Traj.* De electro autem vide ſis *Plin.* H. N. l. 33. c. 4. & Cl. *Harduini* notas ad locum; necnon quæ diſſeruit *Camelli* in *Actorum Philoſoph. Londin.* parte tertiâ, ſect. 16. curâ *Motte* editorum; & *Bochart.* Hieroz. part. poſt. l. 6. c. 16.

5 Τὰς δέ τινας &c.] Ità MS. Eton. Libri editi & *Athenæus* loco cit. τὰς δὲ τινας. Quod ſi retinueris τὰς δὲ, rectiùs, monente *Stephano*, leges τινὰς, i. e. *aliquas earum*: ſin τινὰς malis, ſcribendum τάσδε, i. e. *has*. *Muretus* legit ἐς τροφήματα. Sed iſta præpoſitio ſæpiſſimè

νοντες, τραγήματα ἀπετίθεσαν. Καὶ ἦν καὶ [1]παρὰ πότον ἡδὺ μὲν, κεφαλαλγὲς δέ. Ἐνταῦθα καὶ [2]τὸν ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος ἔφαγον οἱ στρατιῶται, καὶ οἱ πολλοὶ ἐθαύμαζον τό, τε εἶδος, καὶ τὴν ἰδιότητα τῆς ἡδονῆς. Ἦν δὲ σφόδρα [3]καὶ τοῦτο κεφαλαλγές. [4]Ὁ δὲ φοῖνιξ, ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλος αὐαίνετο. Ἐνταῦθα δὲ ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς·

lariis repoſuerant. Et inter potandum ſuave quidem *illud* erat, ſed capitis *tamen* dolorem excitabat. Ibi primùm milites etiam cerebro palmæ veſcebantur, atque multi tum *cibi* genus *ipſum*, tum propriam ſuavitatis *ejus* naturam admirabantur. Sed & hoc acrem capiti dolorem adferebat. Palma autem *ipſa*, undè cerebrum extractum eſſet, tota exareſcebat. Tres hìc dies commorati ſunt:

ſæpiſſimè ellipſin patitur. Vide p. 119. n. 5. Cæterùm, *Plinius* de iiſdem, loco cit. *Syri — tragemata appellant.* Pro ἀπετίθεσαν, quod MS. Eton. & libri editi rectè ſervant, *Athenæus* exhibet παρετίθεντο. Vide ſis *Salmaſii* Plin. exercit. p. 930.

1 Παρὰ πότον &c.] Edit. *Ald.* exhibet ποτὸν, quod & aliàs ſæpè pro πότον perperam ſcribitur. *Phavorinus*: Πότῳ καὶ ποτὸς διαφέρει. Ποτὸς, τὸ πινόμενον ὑγρὸν, ὀξύνεται· πότος δὲ, τὸ συμπόσιον, βαρύνεται. Similiter *Suidas* & *Ammonius*. Vina autem hæc iniqua capiti *Plinius* l. 13. c. 4. & *Dioſcor.* l. 5. c. 40. eſſe ſtatuunt.

2 Καὶ τὸν ἐγκέφαλον τοῦ &c.] *Plinius* H. N. l. 13. c. 4. *Dulcis medulla earum* (palmarum) *in cacumine, quod cerebrum appellant.* Ἐν τῷ ἄνω μυελῷ τὸν ἐγκέφαλον ponunt etiam *Theoph.* l. 2. c. 8. & *Galenus* l. 4. de fac. ſimpl. medic. c. 15. Locum Xenophontis cìtat *Athenæus* ſub fin. l. 2. *Nicander*, eodem citante *Athen.* φοίνικος ἐγκέφαλον vocat ἀπαρχὴν ἐδέσματος.

3 Καὶ τοῦτο &c.] Reſpicit neutrum βρῶμα vel ξέμμα, exaudiendum; ut ſuprà modò ἡδὺ fertur ad πόμα vel χρῆμα: utroque à ſubſtantivis ſuis, quæ ſcilicet exſtant, οἶνος & ἐγκέφαλος, genere pariter diſcordante. Hujuſmodi ellipſeos notiſſimum exemplum eſt, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· — Il. β'. v. 204. Similiter 2 Cor. II. 6. Ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. *Pauſan.* l. 1. c. 33. Ὁ δὲ Ἄτλας ὑψηλὸν μέν ἐστιν ὄρος, &c. ubi ὑψηλὸν, regula licèt, ut in Xenophontéis iſtis, genus maſcul. poſtulet, ad ὄρος ſubintelligendum refertur. *Diphilo*, citante *Athen.* Οἱ τῶν φοινίκων ἐγκέφαλοι ſunt βλήσμιοι, καὶ πολύτροφοι, ἔτι δὲ βαρεῖς καὶ δυσεκκρίμενοι, διψώδεις τε καὶ στρεπτικοὶ χολίας. Atque adeò mirum minime eſt, quod dolorem capitis excitarent.

4 Ὁ δὲ φοῖνιξ, ὅθεν &c.] Iſtarum palmarum, quæ vocantur *chamærepes*, vel χαμαιριφεῖς, auctoribus *Theoph.* & *Plinio*, locis cit. proprium eſt, ut exemtâ medullâ vivant. Aliarum autem ἐγκέφαλος ideò à *Dioſcoride* l. 1. c. 150. ἐγκάρδιον adpellari videtur, quòd vis earum vitalis in ſummâ illâ parte, ut hominis in corde, tota ſit poſita. Paulò aliter locum hunc repræſentat *Athenæus* ſub fin. l. 2. Ὁ δὲ φοῖνιξ, ὅταν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλως ἐξαυαίνετο. Edit. *Stephan.* & *Ald.* dant ἐξηραίνετο, quod haud dubiè ſcholion eſt τοῦ αὐαίνετο. Hoc certè exhibet MS. Eton. & bis uſurpat Noſter, in *Oeconom.* haud ità longè à fine. *Phavor.* Αὐανθεὶς, ξηρανθεὶς. *Suidas*: Αὐάνθη, ἐξηράνθη. Gloſſam itaque, pro germano verbo, in textum invexit librariorum, utì fit, imperitia.

ἡ[1] ὡς δὲ μεγάλε βασιλέως ἦκε Τισσαφέρνης, ⸂καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, καὶ ἄλλοι Πέρσαι τρεῖς· δοῦλοι δὲ πολλοὶ εἵποντο. Ἐπεὶ δὲ ἀπήντησ⸃ε αὐτοῖς οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ, ἔλεγε μὲν τοῦτον Τισσαφέρνης δι' ἑρμηνέως τοιάδε·

"Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, γείτων οἰκῶ τῇ Ἑλλάδι· [2] καὶ "ἐπεὶ ὑμᾶς εἶδον εἰς πολλὰ κακὰ καὶ ἀμήχανα πεπτωκότας, [3] εὕ- "ρημα ἐποιησάμην, εἴ πως δυναίμην ὡς βασιλέως αἰτήσασθ⸃αι "δοῦναί μοι [4] ἀποσῶσαι εἰς τὴν Ἑλλάδα ὑμᾶς. Οἶμαι γὰρ, [5] οὐκ

[a] Sic Lap. N. Εὑρήμα. [c] [b] ἐμπεπτωκότας

& *interea* Tissaphernes à magno rege venit, regis item uxoris frater, & tres alii Persæ; *quos* servi multi sequebantur. Iis autem cùm duces Græcorum obviam processissent, Tissaphernes primùm per interpretem in hunc modum loquutus est:

"Ego, Græci, loca Græciæ proxima habito: quare cùm vos "in multa & ineluctabilia mala incidisse viderem, in lucro mihi "deputandum censui, si quâ ratione petere à rege possem, ut vos "in Græciam salvos reducendi mihi copiam daret. Arbitror enim

1 Μεγάλε βασιλέως] Respice p. 10. n. 4.

2 Καὶ ἐπεὶ] De vi istius particulæ jam suprà diximus p. 107. n. 1.

3 Εὕρημα ἐποιησάμην,] *Suidas*: Εὕρημα, ἐπίτευγμα, i. e. *successus* quidem seu *eventus lætus*, at *insperatus* ferè & casu tanquam oblatus. Deinde, verba hæc Xenophontea, lectione nonnihil immutatâ, adducit. Ab eodem *Suidâ* exponitur etiam βούλευμα, ἐπιτήδευμα, *consilium*, *studium*: ab *Hesychio* & *Phavorino* etiam, ἐπινόημα: adeò ut phrasis εὕρημα ἐποιησάμην ἐγὼ &c. commodè reddi possit, *rationem excogitare cœpi*, *quâ* &c. Scribitur autem nonnunquam εὕρεμα. minùs rectè. *Tho. Magister*: Εὕρημα, οὐχ εὕρεμα.

4 Ἀποσῶσαι ὡς &c.] Eodem ferè sensu occurrit Διασώζω Act. XXIII. 24.

5 Οὐκ ἀχαρίστως μοι &c.] MS. Eton. οὐκ ἂν ἀχαρίστως &c. quæ tamen particula malim abesse, nisi ἔξειν in ἔχειν mutaveris. *Suidas*: Ἀχαρίστως, μὴ εὐχαρίστως: deinde Xenophontis hunc locum sic repræsentat, Οἶμαι γὰρ ὅτι οὐκ ἂν ἀχαρίστως μὴ ἔχειν, ἅτε θεὸς ὑμῶν, ἅτι θεὸς ἡ ἄλλης παίσης Ἑλλάδος. Hæc contra fidem exemplarium Xenoph. sic legenda censet Cl. *Kusterus*: οἶμαι γὰρ, οὐκ ἂν ἀχαρίστως μοι ἔχειν, ἅτι θεὸς ὑμᾶς, ἅτε θεὸς τὴν ἄλλην πᾶσαν Ἑλλάδα, quam lectionem in versione sequutus est. Sed locum, verba hæc unde desumpta sunt, vel non inspexit vir eruditus, vel inspectum parum accepit. Vulgata scriptura minimè sollicitanda videtur. Dicitur autem οὐκ ἀχαρίστως μοι ἔξειν pro οὐκ ἀχάριστον μοι ἔσται, i. e. *gratiam* facti *mihi non defuturam*. Similis est ferè structura, p. 97. ἐδεῖτο πώποτε ἀχάριστον ἅπασι τὴν προθυμίαν, *nulli non gratiam animi alacritatis habuit*: vel, *nullius unquam animi alacritatem munere*, seu *gratiâ debitâ*, *carere patiebatur*. Itidem *Dionys. Halic.* A. R. l. 5. sect. 48. ἃ μέντοι βελὴ μαθεῖται ὡς εἶχεν αὐτῷ τὰ πράγματα ἀπόρως, pro ὡς ἦν αὐτῷ τὰ πράγματα ἄπορα. Idem lib. 10. sect. 6. εἰ ἄρα καλῶς ὑμῖν ἔχει, pro καλὸν ὑμῖν ἐστὶν. Noster Κύρου Παιδ. pag. 244. καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτῷ, pro καλὸν

"ἀχαρίστως μοι ἔξειν οὔτε πρὸς ὑμᾶς, οὔτε πρὸς τῆς Ελ-
"λάδος ἁπάσης. Ταῦτα δὲ γνὺς, ἠτιμοῦν βασιλέα, λέ-
"γων αὐτῷ ὅτι δικαίως ἄν μοι χαρίζοιτο, [1] ὅτι αὐτῷ Κῦρόν
"τε ὑπεστρατεύοντα πρῶτος ἤγγειλα, καὶ βοήθειαν ἔχων
"ἅμα τῇ ἀγγελίᾳ ἀφικόμην· καὶ μόνος τῶν κατὰ τὰς Ελ-
"λήνας τεταγμένων οὐκ ἔφυγον, ἀλλὰ διήλασα καὶ συν-
"έμιξα βασιλεῖ ἐν τῷ ὑμετέρῳ στρατοπέδῳ, ἔνθα βασι-
"λεὺς ἀφίκετο, ἐπεὶ Κῦρον ἀπέκτεινε· καὶ τοὺς σὺν Κύ-
"ρῳ βαρβάρους ἐδίωξα σὺν τοῖσδε τοῖς παροῦσι νυνὶ μετ'
"ἐμοῦ, οἵπερ αὐτῷ εἰσι πιστότατοι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ὑπέσχε-
"το μοι [2] βουλεύσασθαι· ἔρεσθαι δέ με ὑμᾶς ἐκέλευσεν ἐλ-
"θόντα, τίνος ἕνεκα ἐστρατεύσατε ἐπ' αὐτόν. Καὶ συμβουλεύω

"gratiam mihi nec à vobis, nec ab universâ Græciâ defuturam.
"Hæc cùm existimarem, *id* à rege petii, dicens ei, jure *ipsum*
"*hâc in parte* mihi gratificaturum, quippe qui primus ipsi & Cy-
"rum ei bellum parare nuntiârim, & unà cum nuntio auxiliis
"comitantibus accesserim; ac solus ex iis, qui oppositi Græcis
"fuêre, non fugerim, sed *aciem* perruperim & cum rege vestris
"in castris me conjunxerim, quò rex, Cyrum ubi interfecerat,
"pervenerat; qui barbaros etiam Cyrum secutos cum iis ipsis,
"quas nunc mecum habeo, fidissimas sanè ipsi, copiis persequu-
"tus fuerim. Ac de his quidem se deliberaturum mihi pollici-
"tus est: sed tamen *huc* me venire atque vos interrogare jussit,
"quamobrem adversùs ipsum arma ceperitis. Atque *adeò* vobis

καλὸν ἐδόκει εἶναι αὐτῷ. Porrò πρὸς ὑμῶν, πρὸς τῆς Ελλάδος valent *à vobis, à Græciâ*, gratiam *scil.* non mihi defuturam arbitror: seu, *quod ad vos, ad Græciam attinet* &c. Æschin. *dial.* 2. sect. 29. πρός γε τοῦτο, i. e. *quod ad hoc attinet* &c. Idem sect. 30. πρὸς τοῦτον, *ad hæc quod attinet.* Et *dial.* 3. sect. 2. — τὴν ἀεὶ φυλαττομένην πρὸς σὲ σοφίαν, i. e. *quæ semper abs te* &c. Mox sect. 3. πρὸς ἁπάντων &c. *ab omnibus* &c.

1 Οτι αὐτῷ Κῦρόν τε &c.] Vide suprà p. 9. & 106.

2 Βουλεύσασθαι·] Forsan βουλεύσεσθαι. Nonnunquam tamen futuri vicem obtinet tempus aoristum illud. *Hesiod.* Εργ. v. 334.

Εργων ἀντ' ἀδίκων κάλλιπεν ἐπίδικον ἀμοιβήν.

"ὑμῖν μετρίως ἀποφήνασθαι, ἵνα μοι εὐπρακτότερον ᾖ, ἐάν
"τι δυνώμεθα ἀγαθὸν ὑμῖν παρ' αὐτοῦ προπράξασθαι."

Πρὸς ταῦτα [1] μεταστάντες οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο, ἢ ἀπε-
κρίνοντο· (Κλέαρχος δ' ἔλεγεν) "Ἡμεῖς ὅτε συνήλθομεν ὡς
"βασιλῆ πολεμήσοντες, οὔτ' ἐπορευόμεθα ἐπὶ βασιλέα· ἀλλὰ
"πολλὰς [2] προφάσεις Κῦρος εὗρισκεν, (ὡς ἢ σὺ εὖ οἶσθα)
"ἵνα ὑμᾶς τε ἀπαρασκευάστους λάβοι, καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε
"ἀναγάγοι. Ἐπεὶ μέντοι ἤδη ἑωρῶμεν αὐτὸν [3] ἐν δεινῷ ὄν-
"τα, ᾐσχύνθημεν ἢ θεὸς καὶ ἀνθρώπους προδῶναι αὐτὸν, ἐν
"τῷ πρόσθεν χρόνῳ πρέχοντες ἡμᾶς αὐτὸς εὖ [4] ποιεῖν. Ἐπεὶ

"suadeo modicè reſpondeatis; ut factu mihi facilius ſit, ſi quid
"*equidem* boni vobis ab ipſo impetrare potero."

Ad hæc *verba* Græci nonnihil ſecedentes *inter ſe* conſultabant, atque *ità* reſponderunt; (Clearcho *pro omnibus* loquente) "Nos
"neque *eo conſilio* convenimus, ut regi bellum faceremus, neque ad-
"versùs regem profecti ſumus: ſed multos Cyrus inveniebat (utì
"& tu probè nôſti) prætextus, ut & vos imparatos offenderet,
"& nos huc perduceret. Poſteaquam verò eum in periculo jam
"eſſe ingenti videremus, & apud deos & apud homines puden-
"dum exiſtimavimus, eum ſi deſereremus, *præſertim* qui ſuperio-
"ribus temporibus noſmet ipſos *ejus* beneficiis exhibuiſſemus. At

1 Μεταστάντες οἱ &c.] Conf. p. 121. n. 4.

2 Προφάσεις] Adi p. 4. n. 3.

3 Ἐν δεινῷ] Similiter τὸ δεινὸν ſonat *malum* ſeu *periculum* ferè cuiquam imminens, Κ. Π. p. 105. *Æſchin.* dial. 3. ſect. 3. παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν ἡγουμένῳ &c. *Ælian.* l. 3. c. 26. ἢ σὺ ὀφθαλμοῖς ἑώρα τὸ δεινὸν, &c. Sæpiùs tamen dicitur ἐν τοῖς δεινοῖς pro ἐν τοῖς κινδυνώδεσι vel ἐν τοῖς φοβεροῖς.

4 Ποιεῖν.] Pro ποιεῖσθαι. *Dionyſ. Halic.* in epiſt. 2. de idiom. *Thucyd.* ſect. 7. obſervat eum ἀλλάττειν τὰ εἴδη παθητικῶν ἢ ἐνεργητικῶν. e. g "Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ταῖς σπονδαῖς, ὅτε "τόδε." τὸ γὰρ "κωλύει," inquit Criticus, ῥῆμα ἐνεργητικὸν ὑπάρχον, ἀντὶ τοῦ "κωλύεται," παθητικοῦ ὄντος, παρείληπται· ἦν δ' τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς λέξεως τοιοῦτον· "Οὔτε γὰρ ἐκεῖνο κω-
"λύεται ταῖς σπονδαῖς, ὅτε τόδε." Locum certè, ubi *Thucydidis* iſta reperiuntur verba, atque adeò lectionis varietatem, ab editoribus operum *Dionyſii Hal.* notari oportuit. Extat autem ſub fin. l. 1. & ſic legitur: ὅτε γὰρ ἐκεῖνο κωλύει ἐν ταῖς σπονδαῖς &c. Pergit *Dionyſ.* Καὶ ἔτι τὰ ἐν παροιμίᾳ λεγόμενα· "Τῆς γὰρ ἐμπορίας
"οὐκ ἔσης, ἐσθ' ὅτε ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις."
Καὶ γὰρ ἐν τούτοις, τὸ "ἐπιμιγνύντες," ἐνεργητικὸν ὑπάρχον ῥῆμα, τοῦ "ἐπιμιγνύμενοι," παθητικοῦ ὄντος, χώραν ἔχει. Sic & *Schol.* Ἐπιμιγνύντες

"δὲ Κῦρος [1] τέθνηκεν, ὅτε [2] ἀντιποιούμθα βασιλεῖ τῆς ἀρχῆς,
"ὅτ' ἔστιν ὅ ἕνεκ' ἂν βουλοίμεθα τῷ βασιλέως χώραν κα-
"κῶς ποιεῖν· οὐδ' αὐτὸν ἀποκτεῖναι ἂν ἐθέλοιμεν, [3] πορευοί-
"μθα δ' ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη· ἀδικοῦντα μέν-
"τοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνασθαι. Ἐὰν μέντοι τὶς
"ἡμᾶς εὖ ποιῶν ὑπάρχῃ, καὶ τότε εἴς γε δύναμιν οὐκ
"ἀπησόμθα εὖ ποιοῦντες." Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν.

Ἀκούσας δὲ ὁ Τισσαφέρνης, ἔφη, Ταῦτα ἐγὼ ἀπαγγελῶ βα-
σιλεῖ, καὶ ὑμῖν πάλιν τὰ παρ' ἐκείνου· μέχρι δ' ἂν ἐγὼ ἥκω, αἱ
σπονδαὶ [4] μενόντων· ἀγορὰν δὲ ἡμεῖς παρέξομεν. Καὶ εἰς μὲν τὴν
ὑστεραίαν οὐκ ἦκεν· ὥθ' οἱ Ἕλληνες ἐφοβοῦντο· τῇ δὲ τρίτῃ
ἥκων ἔλεγεν, ὅτι διαπεπραγμένος ἥκοι παρὰ βασιλέως δοθῆναι

"ubi Cyrus occubuit, neque de regno cum rege contendimus,
"neque *cauſæ quidquam* eſt, cur regis agrum infeſtare vellemus;
"nec eum occidere cupimus, ſed domum profecturi ſumus, ſi
"nemo nobis moleſtiam exhibeat: verùm ſi quis injuriam faciat,
"eum cum deorum ope propulſare conabimur. Quòd ſi quis etiam
"beneficiis nos proſequatur, nec ab illo pro viribus *noſtris* bene-
"faciendo vincemur." Hæc ille loquutus eſt:

Quæ cùm audîſſet Tiſſaphernes, Hæc regi, inquit, renuntiabo, viciſſímque ipſius *mandata* vobis: maneant autem, donec ego rediero, fœdera: & nos forum *vobis* ſuppeditabimus. Ac poſtridiè quidem non rediit; ex quo Græci ſoliciti erant: tertio verò cùm rediiſſet die, venire ſe aiebat rege exorato, ut ipſi Græcos

τες, ἐπιμιγνύμθοι. Apud eund. Hiſtor. l. 3. ferè medio, φοβοῦσι pro φοβίζουσι ponitur: l. 6. ferè medio, ἄρχειν pro ἄρχεσθαι: & l. 7. haud longè ab initio, ἄρξαι ἀντὶ παθητικῶς, ait *Scholiaſtes*, εἵλκυσται. *Ælian.* H. V. l. 7. c. 1. Η ἧττησεν —— τὰ ἀπὸ ταύτης πεφυτεύμθα δράσαι: cujus in δρᾶσι mutationem ſenſus non poſtulat, utì Cl. editor exiſtimavit.

1 Τέθνηκεν,] Conſule p. 114. n. 1.

2 Ἀντιποιούμθα βασιλεῖ τῆς &c.] Eandem videre eſt ſtructuram ſuprà p. 118. Τίς γὰρ αὐτῷ ἐστὶν ὅστις ἀρχῆς ἀνθαποιεῖται;

3 Πορευοίμθα δ' ἂν οἴκαδε, &c.] Adi *Grot.* de jure B. & P. l. 2. c. 2. ſect. 13.

4 Μενόντων] Eâdem uſus Atticâ formâ K. Π. p. 260. ſcripſit καινόντων, pro καινέτωσαν: & p. 359. ἀχθόντων pro ἀχέτωσαν. Reſpice etiam ſuprà p. 39. n. 1.

2 Suidas. V. Ἀνθαποιηθέντα.

αὐτῷ [1] σώζειν τὰς Ἑλληνας· καίπερ πάνυ πολλῶν ἀντιλεγόντων, ὡς οὐκ [2] ἄξιον εἴη βασιλέως, ἀφεῖναι τὰς ἐφ' ἑαυτὸν στρατευσαμένους. Τέλος δ' εἶπε, Καὶ νῦν ἔξεστιν ὑμῖν πιστὰ λαβεῖν παρ' ἡμῶν, [3] ἢ μὲν φιλίαν ὑμῖν παρέξειν τὴν χώραν, καὶ ἀδόλως ἀπάξειν εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἀγορὰν παρέχοντας. Ὅπου δ' ἂν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν, λαμβάνειν ὑμᾶς ἐκ τῆς χώρας ἐάσομεν τὰ ἐπιτήδεια. [4] Ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν δεῖσθαι ὀμόσαι, ἢ μὲν πορεύεσθαι ὡς μετὰ φιλίας ἀσινῶς, ὅπου καὶ ποτὲ λαμβάνοντας, ὁπόταν μὴ παρέχωμεν ἀγοράν· ἐὰν δὲ παρέχωμεν ἀγοράν, ἀνυμήρους ἔξειν τὰ ἐπιτήδεια. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ [5] ὤμοσε, καὶ δεξιὰς ἔδοσαν Τισσαφέρνης καὶ ὁ τῆς βασιλέως γυναικὸς ἀδελφὸς, τοῖς τῶν Ἑλλήνων στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς, καὶ ἔλαβον παρὰ τῶν Ἑλλήνων. Μετὰ δὲ ταῦτα Τισσαφέρνης εἶπε· Νῦν μὲν

*domum* incolumes reducere liceret; tametsi quamplurimi fuissent, qui contradicerent, non ex regis esse dignitate, qui adversùs ipsum arma cepissent, dimittere. Postremò, Licet itaque jam vobis, ait, fidem à nobis accipere, certò nos amicam vobis regionem præbituros, & sine dolo, datâ commeatûs coëmendi copiâ, in Græciam abducturos. Sicubi forum non præbuerimus, vos ex regione commeatus sumere patiemur. Vos vicissim dato nobis jurejurando polliceri oportebit, certò tanquam per *regionem* amicam sine *ullo* damno vos iter facturos, *atque adeò* esculenta & potulenta sumpturos, ubi forum non præbuerimus; sin forum præbuerimus, commeatus pretio redemturos. Decreta sunt hæc; & jurejurando interposito, dextras Tissaphernes & conjugis regiæ frater Græcorum ducibus & præfectis cohortium dederunt, *vicissimque* à Græcis acceperunt. Post hæc Tissaphernes: Jam qui-

1 Σώζειν τὰς Ἑλληνας] *Scil.* εἰς τὴν Ἑλλάδα, utì suprà modò p. 140. n. 4.

2 Ἄξιον εἴη βασιλεῖ,] Sic Latini *dignum* adhibere solent. Vide *Sallust.* in Jugurthâ, c. 21. extremum, & quæ Cl. *Cortius* ibi notavit. Valet hìc, & alibi sæpè apud Nostrum, πρέπον.

3 Ἢ μὲν &c.] Vide K. Π. p. 252. n. 3.

4 Ὑμᾶς δ' αὖ ἡμῖν &c.] Vide *Grot.* de jure B. & P. l. 3. c. 17. initio.

5 Καὶ δεξιὰς ἔδοσαν] Lege scripta K. Π. 252. n. 2.

δὴ ἄπειμι [1] ὡς βασιλέα· ἐπειδὰν δ' ἀφικέωμαι ἃ δέομαι, ἥξω συσκευασάμενος, ὡς ἀπάξων ὑμᾶς εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀρχήν.

Μετὰ ταῦτα δὲ ἐμέμενον Τισσαφέρνει οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀριαῖος, ἑκατὸν ἀπὸ ἀλλήλων ἑστρατοπεδευμένοι, ἡμέρας πλείους ἢ εἴκοσιν. Ἐν δὲ ταύταις ἀφικνοῦντο πρὸς Ἀριαῖον καὶ οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκαῖοι, καὶ παρὰ τοὺς σὺν ἐκείνῳ Περσῶν τινὲς παραθαρρύνοντές τε [2] καὶ δεξιάς ἔνιοι παρὰ βασιλέως φέροντες, μὴ μνησικακήσειν βασιλέα αὐτοῖς τὰ σὺν Κύρῳ στρατείας, μηδὲ ἄλλου μηδενὸς τῶν πρόσθεν γενομένων. Τούτων δὲ γιγνομένων, ἔνδηλοι ἦσαν [3] οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον ἥκιστα τοῖς Ἕλλησι προσέχοντες τὸν νοῦν· ὥστε καὶ τοῦτο τοῖς μὲν πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἤρεσκεν, ἀλλὰ παρῄνουν τῷ Κλεάρχῳ ἔλεγόν τε καὶ τοῖς ἄλ-

dem ad regem abeo: poſteaquam verò quæ mihi opus ſunt perfecero, redibo collectis *viaticis eo conſilio*, ut vos in Græciam deducam, & ipſe meum ad principatum diſcedam.

Poſt hæc & Græci & Ariæus, caſtris quæ hinc inde propè aberant locatis, Tiſſaphernem dies plus viginti opperiebantur. In his veniunt ad Ariæum fratres & neceſſarii cæteri, *itém*que nonnulli Perſarum ad eos qui cum illo erant, qui fiduciam *eis* addebant, nonnullis etiam fidem à rege *datam* adferentibus, non cum animo eis infenſo regem recordaturum expeditionis adverſùs ipſum cum Cyro *ſuſceptæ*, nec ullius rei alterius præteritæ. Quæ cùm *ità* fierent, palam erat Ariæum cum ſuis minùs *jam* Græcis attentum animum præbere: adeò ut hoc etiam Græcorum pleriſque non placeret, qui cùm Clearchum cæterósque ac-

1 Ὡς βασιλέα.] Vide p. 9. n. 1.

2 Καὶ δεξιὰς παρὰ &c.] Adi K. Π. p. 252. n. 2.

3 Οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον] Articulus iſte cum præpoſ. περὶ vel ἀμφὶ, ſcriptores præſertim apud Atticos, periphraſi inſervire ſolet. Exempla ſunt paſſim obvia. Vide *Budæi* Comm. L. G. p. 1055 — 6. Conf. Joh. XI. 19. Idem tamen rectè obſervat, *hominem & comitatum ejus vel ſodalitatem* phraſi iſtâ aliquando deſignari. Sic Act. XIII. 13. locutio οἱ περὶ τὸν Παῦλον, ſonat *Paulus & qui cum eo erant.*

λοις στρατηγοῖς, [1] Τί μένομεν; ἢ οὐκ ὀπισάμεθα ὅπι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσαι πρὸ πάντος ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ελλησι φόβος ἦ ὅτι βασιλέα στρατεύειν; Καὶ νυῦν μὲν ἡμᾶς [2] ὑπάγεται μένειν, ἕως τὸ διεσπάρθαι αὐτῷ τὸ στράτευμα· ἐπειδὰν δὲ πάλιν ἀλισθῇ αὐτῷ ἡ στρατιά, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ὀπισθήσεται ἡμῶν. Ισως δέ που ἢ ἀποσκάπτει τι ἢ ἀποτειχίζει, ὡς ἄπορος ἦ ἡ ὁδός. Οὐ γάρ πω [3] ἑκών γε βουλήσεται ἡμᾶς ἐλθόντας εἰς τὴν Ελλάδα ἀπαγγεῖλαι, ὡς ἡμεῖς τοσοῖδε ὄντες ἐνικῶμεν τὴν βασιλέως δύναμιν [4] ὅτι ταῖς θύραις αὐτοῦ, καὶ καταγελάσαντες ἀπήλθομεν.

Κλέαρχος ὃ ἀπεφήνατο τοῖς ταῦτα λέγουσιν, Εγὼ ἐνθυμοῦ-

cessissent duces, Quid, inquiunt, manemus? an nescimus regem nos perditos in primis velle, ut sit Græci etiam quod cæteri metuant adversùs regem arma capere? Et jam quidem nos ad manendum pellicit, propterea quòd copiæ ejus dispersæ sint: verùm ubi rursum ipsi coactæ fuerint copiæ, fieri non potest quin nos adoriatur. Fortassis etiam alicubi fossam ducit aliquam vel murum extruit, ut iter nobis sit impervium. Neque enim valdè voluerit nos ut in Græciam reversi nuntium perferamus, nos utique tot *exiguósve numero viros* regis copias pro portis ejus vicisse, *eóque* illuso rediisse.

Clearchus autem iis, qui hæc dicebant, Hæc quidem ipse, re-

1 *Τί*] Pro Ἀλλὰ τί &c.] Eadem ἐλλείπει præpos. Marc. XII. 15. & passim alibi.

2 *Υπάγεται*] Respice verbi hujus significationem p. 121. & not. 4. p. 119. *Phavorinus*, Υπάγει, ἐξαπατᾷ. Similiter *Suidas*: cui Υπαγόμενος itidem est ἐξαπατῶν, πειθόμενος, ἀπατώμενος. Pari ferè ratione Latini *ducere*, *circumducere* &c. pro *eludere* moras nectendo usurpant.

3 *Εκών γε βουλήσεται*] Ornatûs seu ἐμφάσεως potiùs quàm significationis causâ ἑκὼν additur. Vide p. 66. n. 1. Similis est elegantiæ Atticæ species *Histor.* Gr. l. 4. haud longè ab init. νυκτὸς συσκευασάμενοι ὡς ἔχοντο ἀπιοῦσι ἐς &c. *Pausan.* etiam l. 2. c. 32. hujusmodi significationis epitasin in his sequitur, ἡ Δαναΐδων ἐδὼν οἶδα Ιππολύτου: & l. 9. c. 32. ὃ δὲ ἐγὼ ἐνόησα ἰδὼν οἶδα &c. Sic & Act. VII. 34. ἰδὼν εἶδον &c. Vide sis *Steph.* de dial. Atticâ p. 73.

4 *Επὶ ταῖς θύραις*] Vide quæ notavimus K. Π. p. 287.

μαι μὲν ἓ ταῦτα πάντα· ἐννοῶ δὲ ὅτι εἰ νεῦν ἄπιμεν, δόξομεν ἐπὶ πολέμῳ ἀπέναι, καὶ οὕτω τὰς σπονδὰς ποιεῖν. [1] Ἔπειτα, σῖτον μὲν ἀγορὰν οὐδεὶς ἡμῖν παρέξει, οὐδ' [2] ὁπόθεν ὀψοποιήμεθα· αὐτὸς δὲ ὁ ἡγησόμενος οὐδεὶς ἔσται· καὶ ἅμα ταῦτα ποιοῦντων ἡμῶν εὐθὺς Ἀριαῖος ἀφεστήξει· ὥστε φίλος ἡμῖν οὐδεὶς λελείψεται, ἀλλ' οἱ καὶ πρόσθεν ὄντες, πολέμιοι ἡμῖν ἔσονται. Ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, οὐκ οἶδα· τὸν δ' οὖν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι, κωλυόντων πολεμίων. Οὐ μὲν δή, ἂν μάχεσθαι δέῃ, ἱππεῖς εἰσιν ἡμῖν σύμμαχοι· τῶν δὲ πολεμίων ἱππεῖς εἰσιν οἱ πλεῖστοι καὶ πλείστου ἄξιοι· ὥστε νικῶντες μὲν τίνα ἂν ἀποκτείναιμεν; ἡττωμένων δὲ μοὶ οὐδένα οἷόν τε σωθῆναι. Ἐγὼ μὲν οὖν βασιλέα, ᾧ πολλαὶ ἔστωσαν αἱ σύμμαχοι, εἶπε πρὸς ταῦτα

spondit, omnia mecum in animo conſidero: ſed *& illud* cogito, ſi jam diſcedamus, futurum ut belli *gerendi* cauſâ diſcedere, & contra fœdera facere videamur. Tum, primò quidem nemo forum nobis præbebit, neque unde cibaria ſumpſerimus; deinde nemo erit nobis qui ſe ducem præbuerit; etiam Ariæus, ſimul atque hæc fecerimus, à nobis ſtatim deficiet: adeò ut nullus nobis reliquus futurus ſit amicus, ſed illi etiam, qui priùs erant *amici*, hoſtes nobis fient. Fluvius quidem num quis alius nobis trajiciendus ſit, haud ſcio: Euphratem certè ſcimus, hoſtibus impedientibus, nullo modo tranſiri poſſe. Nec ſanè nobis, ſi pugnandum fuerit, equites ſunt auxiliarii; at hoſtium equitatus plurimus eſt & præſtantiſſimus: quemnam itaque interficiemus, ſi *maximè* vicerimus? certè ſi vincemur, nemo ſalvus evadere poterit. Equidem regem, cui multa adeò ſunt auxilia, ſiquidem nos perditos

1 Ἔπειτα, πρῶτον] Voce primâ refertur animus ad δέξομεν ἐπὶ πολέμῳ &c. alterâ, ad ſequentia ducitur iſta, ἀγορὰν οὐδεὶς &c. & αὖ- ὃς &c.

2 Ὁπόθεν] MS. Eton. ὅθεν. Sic ſuprà p. 137. — ἀφίκοντο ἐς κώμας, ὅθεν ἀπέδειξαν οἱ &c. Parum refert, utro modo legas.

ἡμᾶς ἀπολέσαι, [1]οὐκ οἶδα ὅ, τι δεῖ [2]αὐτὸν ὀμόσαι, καὶ [3]δεξιὰν δοῦναι, [4]καὶ θεοὺς ἐπορκῆσαι, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πιστὰ ἄπιστα ποιῆσαι Ἕλλησι καὶ βαρβάροις. Τοιαῦτα ἔλεγε πολλά.

[5]Ἐν δὲ τούτῳ Τισσαφέρνης ἦκεν, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ὡς εἰς οἶκον ἀπιών, καὶ Ὀρόντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ὃν γάμῳ. Ἐντεῦθεν δὲ Τισσαφέρνους ἡγεμόνος καὶ ἀγορὴν παρέχοντος ἐπορεύοντο· ἐπο-

cupiat, haud ſcio cur jusjurandum dextrámque dediſſe neceſſe fuerit, ac per deos fallendi animo jurâſſe, datámque *adeò* ab ipſo fidem Græcis barbarísque ſuſpectam feciſſe. Hujuſmodi multa dicebat.

Intereà ſuis cum copiis venit Tiſſaphernes, quaſi domum profecturus, *itém*que cum copiis ſuis Orontas: quin & regis *hic* filiam, matrimonio ſibi junctam *ſecum* ducebat. Indè Tiſſaphernе præeunte præbentéque forum proficiſcebantur: comitabatur

1 Οὐκ οἶδα ὅ, τι] Pro οὐκ οἶδα διότι. *Iſocrat.* ſimiliter ſcripſit in epiſt. ad *Mitylen. magiſtr.* p. 426. καὶ ὧν οὐκ οἶδ' ὅ, τι δεῖ πλείω λέγειν. *Ariſtoph.* in Pluto v. 19.

Ἢν μὴ φράσῃς, ὅ, τι τῷδ' ἀκολουθεῖν ποτε,
Ὦ δέσποτ'.

Sic alii paſſim οὐκ ἔστ' ἔξω. Et Marc. IX. 11. Ὅ, τι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, &c. & v. 28. Ὅ, τι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν &c. In priore loco libri quidam omittunt ὅ, τι: alii exhibent Πῶς ἂν λέγουσιν &c. In altero pro Ὅ, τι dant Διατί & Τί ὅτι, quam lectionem amplexus eſt *Vigerus* de Idiot. Gr. dict. c. 8. ſect. 9 gloſſam ſcilicet pro germanâ ſcripturâ, Ὅ, τι, cujus iſtas omnes eſſe explicationes rectè notavit olim *Lucas Brug.* Directæ quidem ſunt apud Evangeliſtam interrogationes; qualem etiam ab eâdem particulâ incipientem apud *Homer.* Il. κ'. v. 142. videre eſt: Ὅτι ᾗ χρειὼ τόσον ἵκει; Ubi rectiùs ſcripſeris ὅ, τι: & ſic alibi quoties vocula iſta valet *cur* &c.

2 Αὐτὸν] Hanc Noſter amat pleonaſmi ſpeciem, de quâ vide p. 132. n. 1. Sic & *Pauſan.* l. 1. c. 24. Ἐς δὲ τὸν ναὸν, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον &c. *Thucyd.* l. 4. paulò ultra medium, Τῷ ᾗ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη &c.

3 Καὶ δεξιὰν δοῦναι,] Vide p. 144. n. 5.

4 Καὶ θεοὺς ἐπορκῆσαι,] *Lyſias* adv. *Theomn.* orat. 1. p. 117. ἐπορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω, ὀμόσαι ἐστὶ, inquit: quem locum reſpiciunt *Harpocration* & *Suidas* ad v. Ἐπορκήσαντα. Hìc autem amplior ei tribuenda vis eſt: ut non tantum ὀμόσαι, quod jam modò de eodem adhibuerat auctor, ſed ἐπίορκον ὅρκον ὀμόσαι, (utì Comicus) denotet. Ἐπιορκεῖν itaque dicatur is, qui verbis quidem, & numen teſtatus, juret; ſed dolo malo, animoque exuendi, non ſervandi, promiſſa. Senſu nonnihil diverſo venit hoc verbum apud Xenophontem alióſque, de quo infrá. Si cui binos porticûs magiſtros verbum hoc argutiis ſuis perſequentes audire libet, adeat *Grot.* ad Matt. V. 33. & de B. & P. l. 2. c. 13. ſect. 13.

5 Ἐν δὲ τούτῳ] Vide p. 80. n. 4.

ρθυετο δὲ ⸌ Αριαῖος, ἔχων τὸ Κύρε βαρβαρικὸν στράτευμα, ἅμα Τισσαφέρνῃ ⸌ Ορόντᾳ, ᾗ συνεστρατοπεδεύετο σὺν ἐκείνοις. Οἱ ᾧ Ελληνες [1] ὑφορῶντες τούτους, [2] αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἐχώρευν, ἡγεμόνας ἔχοντες. Εστρατοπεδεύοντο ᾧ [3] ἑκάστοτε ἀπέχοντες ἀλλήλων παρασάγγην, ᾗ μεῖον· [4] ἐφυλάττοντο δὲ οἱ ἀμφότεροι, ὥσπερ πολεμίους, ἀλλήλους, ⸌ εὐθὺς τοῦτο [5] ὑποψίαν παρεῖχεν. Ενίοτε δὲ ᾗ ξυλιζόμενοι [6] ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ χόρτον καὶ ἄλλα τοιαῦτα συλλέγοντες, πληγὰς ἐνέτεινον ἀλλήλοις· ὥστε ᾗ τοῦτο ἔχθραν παρεῖχε. Διελθόντες ᾧ τρεῖς σταθμούς, ἀφίκοντο πρὸς τὸ

etiam Ariæus Tiſſaphernem & Orontam, cum copiis Cyri è barbaris *quas conſcripſerat*, & unà cum illis caſtra metatus eſt. Græci autem cùm eos ſuſpectos haberent, ſeorſum *ſuis* cum ducibus pergebant. Et ſemper caſtra poſuerunt *ità*, ut *aliquanto* minus unà paraſangâ ab ſe invicem diſtarent: prætereà ſibi cavebant utrique ab utriſque tanquam hoſtibus, atque hoc *adeò* ſtatim ſuſpicionem præbuit. Nonnunquam etiam *loco* dum ex eodem ligna petebant, dum pabulum aliáque id genus colligebant, verbera invicem ingerebant; adeò ut hoc etiam inimicitias excitaret. Confecto trium caſtrorum itinere, ad Mediæ murum per-

1 Υφορᾶντες τούτους] Quòd nimirum, ἔνδηλοι ἦσαν οἱ ⸌ περὶ τὸν Αριαῖον ἦπον τοῖς Ελλησι ⸌ εὐσεβοῦντες τὸν νῶν, uti ſuprà p. 145. ſcripſit.

2 Αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν &c.] Sic loqui ſolent auctores, id cùm ſignificare velint, quod quis per ſe, ſeorſum ab aliis, facit. Lucian. *de non temerè credendo calum.* extr. —— αὐτὸ (forſ. αὐτὴν) ἐφ' ἑαυτῇ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν. *Dionyſ. Halic* A. R. l. 2. ſect. 58. ᾗ πολὺ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν βελούσταλμοι — Et l. 10. ſect. 12. ζητήσεις ἐφ' ἑαυτῶν ποιεῖσθαι.

3 Εκάστοτε] *Heſych.* exponit ἀεὶ παρ' ἕκαστα. ubi minor diſtinctio poſt ἀεὶ ponenda videtur. *Phavor.* Εκάστοτε, ἀεί, ᾗ καθ' ἡμέραν. Et ſic ferè *Suidas* ἀντὶ ᾧ ἀεὶ poni tradit.

4 Εφυλάττοντο] Mediam ab activâ voce luculento τῆ φυλακῆς & φυλάττειν diſcrimine ſeparavit Noſter K. Π p. 282. Πρῶτον μὲν χαίρ νῦν σὸν ἂν φυλάτταις· δὲ φυλάττειν τοὺς ἡμᾶς δέοι, — ubi prius valet *cuſtodire me, proſpicere mihi* vel *cavere*: poſterius, *cuſtodire*, vel *ſervare alterum.* Vide p. 122. n. 3.

5 Υποψίαν] *Ammonius*: Υποψία Υφοράσεως διαφέρει. Υποψία μὲν γὰρ, ἔστι καλῶς τις ὑπόνοια· Υφοράσεις ᾗ, δόξα ἐπὶ τὸ χεῖρον. Acutiùs hæc, quàm veriùs protuliſſe Grammaticum, ex hoc ipſo loco intelligere eſt. Simul intelligas, quantis obnoxii ſunt ludibriis, qui familiari ad Lexica Grammaticóſque aditu nonnihil elati, dogmata de mente auctorum effutire ſua non vereantur, quorum in linguâ peregrini ferè ſunt & hoſpites.

6 Εκ τοῦ αὐτοῦ,] *Scil.* τόπου: quæ vox ſæpiſſimè patitur ellipſin. *Dionyſ. Hal.* l. 6. A. R. ſect. 14. ἐξ ὑπάτου τοῖς Ρωμαίοις &c. *ſcil.* τόπου. Et ſic paſſim in aliis caſibus alii.

[1] Μηδίας τεῖχος, καὶ παρῆλθον αὐτοῦ ἔσω· ἦν δὲ ὠκοδομημένον [2] πλίνθοις ὀπταῖς ἐν ἀσφάλτῳ κειμέναις, [3] εὖρος ἐίκοσι ποδῶν, ὕψος δὲ ἑκατόν· μῆκος δὲ ἐλέγετο εἶναι εἴκοσι παρασαγγῶν· ἀπεῖχε δὲ Βαβυλῶνος οὐ πολύ.

Ἐντεῦθεν δὴ ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας ὀκτώ· εἰς διέβησαν [4] διώρυχας δύο, τὴν μὲν, ἐπὶ γεφύρας, τὴν δὲ, ἐζευγμένην πλοίοις ἐπλέον· (αὗται δὲ ἦσαν ἀπὸ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· κατετέτμηντο δὲ ἐξ αὐτῶν εἰς τάφρους ἐπὶ τὴν χώραν, αἱ μὲν πρῶται, μεγάλαι, ἔπειτα δ' ἐλάττους· τέλος δὲ καὶ μικροὶ [5] ὀχετοὶ, ὥσπερ ἐν τῇ Ἑλλάδι [6] ἐπὶ τοὺς μελίνους) καὶ ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Τίγρητα πο-

venerunt, intráque eum ingreſſi ſunt: erat autem extructus lateribus coctis in bitumine poſitis, latitudine pedum viginti, centum altitudine; longitudo ferebatur eſſe paraſangarum viginti; neque procul à Babylone aberat.

Inde caſtris alteris, paraſangas octo progreſſi ſunt; binóſque trajecerunt alveos fodiendo ductos, ponte alterum, alterum navigiis ſeptem junctum: (*ducti* erant hi à Tigri fluvio; & ab his foſſæ etiam in regionem *illam* diducebantur, primæ, magnæ, deinde minores; tandem etiam exigui canales, qualiter ad panici ſegetem in Græciâ *ducuntur*) ac ad Tigrim fluvium perveniunt;

1 Μηδίας τεῖχος, καὶ &c.] Vide p. 71. n. 3. Cæterùm, pro παρῆλθον αὐτοῦ ἔσω, pleniùs Noſter p. 72. dixit, — ἡ φρατιὰ παρῆλθε, καὶ ἐγένοντο ἔσω &c.

2 Πλίνθοις ὀπταῖς οὖσι &c.] Sic *lateres cocti* apud *Plin.* H. N. l. 2. c. 56. & alibi extant; & πλίνθοι ὀπταὶ apud *Herodian.* l. 7. §. 5. quibus opponitur ὠμὴ πλίνθος, in *Pauſan.* l. 8. c. 8. Unde ea deſumpſit *Suidas*, quæ ad v. Πλίνθος ſcripſit. Cæterùm, bitumen illis in locis paſſim reperiri teſtantur *Plin.* l. 35. c. 15. *Herodot.* l. 1. c. 179. *Juſt.* l. 1. c. 2. *Curt.* lib. 5. c. 1. & K. Π. p. 526. *Strab.* lib. 16. p. 1078. *Diodor. Sic.* l. 2. p. 96.

3 Εὖρος ἐίκοσι &c.] Vide ſis p. 72. n. 2.

4 Διώρυχας δύο, τὴν &c.] Confer p. 71.

5 Ὀχετοὶ] Minores paulò τάφροις, ut & τάφροι, διώρυξι: quæ tamen inter ſe nonnunquam confunduntur.

6 Ἐπὶ τοὺς μελίνους] Suprà Noſter p. 19. ἐν πεδίῳ ἐπῤῥύτῳ hoc plantæ genus inventum eſſe tradit. Vide ſis ibi notata. Auctore quoque *Columellâ* l. 2. c. 9. riguum poſtulat ſolum, ſiccum cretoſúmque reformidat. Apud *Theophr.* alióſque paſſim ſcribitur μελίνη. Unde rectè *Etymol.* m. Μελίνη, — λέγεται γλυκῶς καὶ ὡρσενικῶς.

ταμόν· πρὸς ᾧ πόλις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, ᾗ ὄνομα [1] Σιτάκη, ἀπέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους πεντεκαίδεκα. Οἱ μὲν οὖν Ἕλληνες πρὸ αὐτῆς [2] ἐσκήνωσε, [3] ἐγγὺς παραδείσου καλοῦ καὶ μεγάλου, καὶ δασέος παντοίων δένδρων· οἱ δὲ βάρβαροι διαβεβηκότες τὸν Τίγρητα, ὃ μέντοιγε καταφανὲς ἦσαν. Μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἔτυχον ἐν φρουρᾷ ὄντες [4] πρὸ τῶν ὅπλων Πρόξενος καὶ Ξενοφῶν· καὶ προσελθὼν ἐρώτησεν ἄνθρωπός τις τοὺς [5] προφύλακας, πῇ ἂν ἴδοι Πρόξενον ἢ Κλέαρχον. (Μένωνα δὲ οὐκ ἐζήτει, [6] καίτοι, πρὸς Ἀριαίου ὢν τοῦ Μένωνος [7] ξένος.) Ἐπεὶ δὲ Πρόξενος εἶπεν ὅτι αὐτὸς εἴη, ὃν ζητεῖ, εἶπεν ὁ ἄνθρωπος, Ἐπεμψάν με Ἀριαῖος καὶ Ἀρτάζος, πιστοὶ ὄντες Κύρῳ, καὶ ὑμῖν

propter quem urbs erat magna & hominibus frequens, cui nomen Sitace, à flumine ſtadiis quindecim diſtans. Et Græci quidem ad hanc caſtra ſunt metati, prope hortum amœnum magnúmque, & arboribus omnis generis denſum: barbari verò cùm Tigrim tranſiiſſent, conſpici certè non poterant. Cæterùm à cœnâ fortè Proxenus & Xenophon pro loco armati ubi excubârunt ambulabant: cùm quidam accedens excubitores interrogavit, ubinam Proxenum vel Clearchum reperiret. (Menonem non quærebat, quanquam ab Ariæo *miſſus* eſſet Menonis hoſpite.) Cùm dixiſſet Proxenus ſe *illum* eſſe, quem quæreret, Ariæus, inquit ille, & Artaëzus, fideles *olim* Cyro, & vobis benevoli, me

1 Σιτάκη,] Quâ de urbe conſule *Diſſert. Geograph.*

2 Ἐσκήνωσαν,] Vide p. 131. n. 1. & 5.

3 Ἐγγὺς παραδείσου &c.] Hortorum umbras & frigora Perſarum captâſſe reges nec mirum eſt; & Cyri minoris, Sardianum qui propriâ manu (utì Noſter in *Oeconom.*) παραδείσους arboribus herbíſque ſuaves miſcentibus odores inſtrueret, exemplo docemur.

4 Πρὸ τῶν ὅπλων] Hinc, opinor, liquidò ſatìs conſtat, ὅπλα locum denotare poſſe, militès ubi excubias agerent armati; cùm ejus, excubitores qui adloqueretur, verba exaudirent ii, qui περὶ τὰ ὅπλα jam tum ambularent. Vide p. 132. n. 2.

5 Προφύλακας,] *Scil.* qui περὶ τὸ στρατόπεδον (utì Noſter in *Oeconom.*) ἐφύλαττον. Vide p. 133. n. 2.

6 Καίτοι ζητοῦντα.] Valet hìc καί ὡς, i.e. *tametſi, quanquam*: cùm aliàs, ídque ἐμφατικῶς, ſonet *præſertim, ídque*.

7 Ξένος] Vide pag. 6. n. 1. & *Thomaſin.* de Teſſerâ hoſpit.

εὖνοι, καὶ κελεύσι φυλάττεσθαι, μὴ ὑμῖν ἐπιθῶνται τῆς νυκτὸς οἱ βάρβαροι· ἔστι [1] δὲ στράτευμα πολὺ ἐν τῷ πλησίον παραδείσῳ. Καὶ ἐπὶ τὴν γέφυραν τὴν Τίγρητος ποταμοῦ πέμψαι κελεύσι φυλακὴν, ὅπως ἀφανοῖται λύσαι αὐτὴν Τισσαφέρνης τῆς νυκτὸς, ἢν πῃ δύνηται, ὡς μὴ ἀφεθῆτε, ἀλλ' ἐν μέσῳ ἀπολημφθῆτε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς διώρυχος. Ακούσαντες ταῦτα ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν Κλέαρχον, καὶ φράζουσιν ἃ λέγει. Ο δὲ Κλέαρχος ἀκούσας ἐταράχθη, καὶ ἐφοβεῖτο σφόδρα. Νεανίσκος δέ τις τῶν παρόντων ἐννοήσας, εἶπεν ὡς οὐκ ἀκόλουθα εἴη, τό, τε ἐπιθήσεσθαι καὶ τὸ λύσειν τὴν γέφυραν. Δῆλον γὰρ ὅτι ἐπιθεμένους ἢ νικᾶν δεήσει αὐτοὺς, ἢ ἡττᾶσθαι. Εἰ μὲν οὖν νικῶσι, τί δεῖ αὐτοὺς λύειν τὴν γέφυραν; οὐδὲ γὰρ, ἂν πολλαὶ γέφυραι ὦσιν, ἔχοιμεν ἄν, ὅποι φυγόντες ἡμεῖς σωθῶμεν. Αν δ' αὖ ἡμεῖς νικῶμεν, λελυμένης

miſerunt; cavendúmque vobis eſſe denuntiant, nè barbari noctu vos adoriantur: eſt enim magnus in vicino *vobis* horto exercitus. Ad pontem etiam Tigris fluminis ut præſidium mittatis, hortantur, propterea quòd Tiſſaphernes de eo noctu ſolvendo cogitat, ſi poſſit, ut non tranſeatis, ſed inter fluvium & alveum intercludamini. Hæc cùm audiſſent, eum ad Clearchum ducunt, & quæ diceret, exponunt. *Ea* cùm audiſſet Clearchus, perturbatus erat, & metu vehementi commotus. At adoleſcens quidam ex iis qui aderant, re conſideratâ, non eſſe aiebat conſentanea, *Tiſſaphernem ipſos* adgreſſurum & pontem ſoluturum. Perſpicuum enim *eſt*, neceſſe eſſe eos, ſi nos adoriantur, vel vincere vel vinci. Si ergò vicerint, quid iis opus eſt pontem ut ſolvant? neque enim, multi ſi fuerint pontes, habebimus, quo fugiendo ſalvi evadamus. Contrà verò ſi nos vicerimus, ſoluto

1 Δὲ] *Phavorinus*: Δὲ πολλάκις χρῶνται οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ γάρ. Exemplorum adfatim eſt apud *Homerum*, *Ariſtoph.* & alios. *Thucyd.* l. 1. haud ità longè à fine, Καὶ ἦν ᾧ ἔτως. Schol. τὸ δὲ, ἀντὶ τοῦ γάρ, & ſic idem ſæpiús. Vide Matt. XXIII. 5. 2 Cor. I. 21.

τῆς γεφύρας ὐχ ἕξουσιν ἐκεῖνοι, ὅποι ἂν φύγωσιν· ϖόδὲ μὴν βοηθῆσαι, ϖολλῶν ὄντων πέραν, ϖόδεὶς αὐτοῖς δυνήσεται, λελυμένης τῆς γεφύρας.

Ακούσας δὲ ταῦτα ὁ Κλέαρχος, ἤρετο τὸν ἄγγελον, ϖόση τις εἴη χώρα ἡ ἐν μέσῳ τε Τίγρητος καὶ τῆς διώρυχος. Ο δὲ εἶπεν ὅτι ϖολλὴ, καὶ κώμας ἔνεισι, καὶ ϖόλεις ϖολλὰς ⸗ μεγάλας. Τότε δὲ καὶ ἐγνώσθη ὅτι οἱ βάρβαροι τὸν ἄνθρωπον [1] ὑϖοϖέμψαιεν, ὀκνοῦντες μὴ οἱ Ελληνες διελθόντες τὴν γέφυραν, μένοιεν ἐν τῇ νήσῳ, ἐρύματα ἔχοντες, ἔνθεν μὲν τὸν Τίγρητα ϖοταμὸν, ἔνθεν δὲ τὴν διώρυχα· τὰ δ' ὑϖτιάδεια ἔχοιεν ἐκ τῆς ἐν μέσῳ χώρας, ϖολλῆς καὶ ἀγαθῆς ὔσης, καὶ τ' [2] ἐργασομένων ἐνόντων· εἶτα δὲ ⸗ [3] ἀϖοστροφὴ γένοιτο, εἴ τις βάλοιτο βασιλέα κακῶς ϖοιεῖν. Μετὰ

ponte, deerit illis, quò fugiant: nè quidem ferre quiſquam ipſis auxilium poterit, ponte ſoluto, licèt trans amnem multi ſint.

Quæ cùm audîſſet Clearchus, nuntium interrogabat, quanta *ea* eſſet regio, quæ inter Tigrim *jacet* & alveum. Dixit is amplam eſſe, atque vicos *in eâ*, multáſque & magnas urbes ineſſe. Tum etiam cognitum eſt, barbaros ſubmiſiſſe hominem, qui vererentur nè Græci cùm tranſiiſſent pontem, in inſulâ manerent, in *quâ* hinc Tigris fluvius, illinc alveus iis munimento foret; ac commeatum ex agro *inter hos* interjecto haberent, qui & amplus eſſet & fertilis, cùm etiam qui colerent *eum* adeſſent: tum autem perfugium fieret, ſi quis regi injurias inferre vellet. Secundùm

1 Υποπέμψαιεν] *Suidâ* interprete, eſt μετὰ δόλε ϖέμψαιεν. Deinde citat idem Xenophontis hunc locum, & pro διελθόντες legit ϰαθελθόντες, pro μένοιεν, μείνειαν. Quâ de re Cl. Editor nè verbum quidem.

2 Εργασομένων] Vide p. 97. n. 3. MS. Eton. ἐργαζομένων· cui vulgata anteferenda eſt lectio. Sicuti autem hoc in loco χώρας ἀγαθῆς dixit, ſic K. Π. p. 200. γῆς ἀγαθῆς.

3 Αποστροφὴ] *Harpocrat.* & *Phavor.* Αποστρέφω, ἀντὶ τοῦ ϰαταφυγὴν, Δημοσθένης ἐν Φιλιππιϰοῖς. Oratoris extant verba hæc, ἐν τῷ ϰατὰ Τιμοϰράτες, ſub init. σύνοισθ' ὑμῖν ἀδιϰίας ὔσης ἀποστροφῆς τοῦ μὴ &c. ubi ἀποστροφὴ *mora* verti ſolet, vel *effugium*, *tergiverſatio*. Noſter *Memorab.* l. 2. ſub fin. Νομίσας δὲ ὁ Αρχέδημος ἀποστροφὴν οἱ τ' Κείτωνος οἶϰον, &c. ubi *refugium*, perinde atque hoc loco, ſonat.

ταῦτα ἀνεπαύοντο· ὅτι μέντοι τὴν γέφυραν ὅμως φυλακὴν ἔπεμψαν· [1] ἡνίκα ἔτε ἐπέλετο οὐδεὶς ἀδαμόθεν, ἔτε πρὸς τὴν γέφυραν οὐδεὶς ἦλθε τῶν πολεμίων, ὡς οἱ φυλάττοντες ἀπήγγελλον. Ἐπειδὴ δὲ [2] ἕως ἐγίγνετο, διέβησαν τὴν γέφυραν ἐζευγμένην πλοίοις τεσσαράκοντα καὶ ἑπτά, ὡς οἷόν τε μάλιστα πεφυλαγμένως· ἐξήγγελλον γάρ τινες τῶν παρὰ Τισσαφέρνους Ἑλλήνων, ὡς διαβαινόντων μέλλοιεν ἐπίθεσθαι· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ψευδῆ ἦν· διαβαινόντων μέντοι [3] Γλοῦς αὐτοῖς ἐπεφάνη μετ' ἄλλων, σκοπῶν εἰ διαβαίνοιεν τὸν ποταμόν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν, [4] ᾤχετο ἀπελαύνων.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Τίγρητος ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τέτταρας, παρασάγγας εἴκοσιν, ἐπὶ τὸν Φύσκον ποταμόν, [5] τὸ εὖρος πλέθρου· ἐπῆν δὲ

hæc quieti ſe dabant; nihilominus tamen ad pontem præſidium miſerunt: at nec ullâ ex parte quiſquam *eos* invaſit, nec ad pontem ullus hoſtium venit, quemadmodùm ii, qui præſidium *ibi* agitaverant, renuntiârunt. Primâ aurorâ pontem triginta ſeptem navigiis junctum, quàm cautiſſimè fieri poſſet, tranſiêrunt: nam quidam ex iis, qui apud Tiſſaphernem fuerant, Græcis enuntiârant futurum, ut *ipſos* inter tranſeundum adorirentur *hoſtes*; quod ſanè falſum erat: ab iis tamen in ipſo tranſitu conſpectus fuit Glus cum *quibuſdam* aliis, qui num amnem tranſirent ſpecularetur; *quod* cùm *Græcos facere* videret, abequitabat.

A Tigri caſtris quartis, paraſangas viginti progreſſi ſunt, uſque ad Phyſcum amnem, latitudine plethri; cui pons erat im-

1 Καὶ ἔτε — οὐδεὶς &c.] Vide p. 85. n. 3.

2 Ἕως] *Thom. Magiſter*: Ἕως, ὁδὸν ἠοῦς. At ſic paſſim Poëtæ. Διαφέρει δὲ τὸ ἕως ἢ ἠὼς καὶ πρόπας πόσμος, inquit Etymol. m. auctor; καὶ τύπον, καὶ κλίσιν, καὶ χρόνον, καὶ πᾶν σῶμα. Ἀττικοὶ μὲν ἕως λέγουσι ἀπὸ τοῦ ἕω, πέμπω — Αἰολικῶς δὲ αὔως, ἀπὸ δὲ αὔω, τὸ φαίνω — ἠὼς δὲ παρὰ Ἴωσι &c. *Suidas*: λέγεται δὲ ἡμέρα κοινῶς, ἠώς· Ἰωνικῶς, ἕως· Δωρικῶς ἀώς· Αἰολικῶς ἐκ τούτου αὔως.

3 Γλοῦς — μετ' ἄλλων] Vide ſuprà p. 44. n. 1. & p. 113. Edit. *Ald. Flor.* & MS. Eton. dant μετ' ἄλλων: quam ſcripturam ſequitur *Amaſæus*. Natus eſt forſan error ex initiali proximè ſequentis participii literâ.

4 Ὤχετο ἀπελαύνων.] Vide p. 146. n. 3.

5 Τὸ εὖρος πλέθρου.] Vide 35. n. 2. Pleniùs p. 40. dicit τὸ εὖρος.

γέφυρα. Καὶ ἐνταῦθα ᾠκεῖτο πόλις μεγάλη, ᾗ ὄνομα Ωπις· πρὸς ἣν ἀπήντησε τοῖς Ελλησιν ὁ Κύρου καὶ Αρταξέρξου νόθος ἀδελφὸς, ἀπὸ Σούσων καὶ Εκβατάνων στρατιὰν πολλὴν ἄγων, ὡς βοηθήσων βασιλεῖ· ὡς δὲ ἔστησας τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα, παρεχομένους ἐθεώρει τοὺς Ελληνας. Ο δὲ Κλέαρχος [1]ἦγεν μὲν εἰς δύο, ἐπορεύετο δὲ ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε [2]ἐφιστάμενος. Οσον δ' ἂν χρόνον [3]τὸ ἡγούμενον τοῦ στρατεύματος ἵστηται, τοσοῦτον ἀνάγκη χρόνον δι' ὅλου τοῦ στρατεύματος γίγνεσθαι τὴν [4]ἐπίστασιν· ὥστε τὸ στράτευμα [5]καὶ αὐτοῖς τοῖς Ελλησι δόξαι πάμπολυ εἶναι, καὶ τὸν Πέρσην ἐκπεπλῆχθαι θεωροῦντα. Εντεῦθεν δὲ ἐπορεύθησαν διὰ τῆς Μηδίας σταθμοὺς ἐρήμους ἓξ, παρασάγας τριάκοντα, εἰς τὰς Παρυσάτιδος κώμας, τῆς Κύρου καὶ βασιλέως μητρός. Ταύτας Τισσαφέρνης Κύρῳ ἐπεγγελῶν διαρπάσαι τοῖς Ελλησιν ἐπέτρεψε, πλὴν ἀν-

positus. Atque ibi incolebatur urbs magna, cui nomen Opis: ad quam Græcis obviam venit Cyri & Artaxerxis frater nothus, qui ut opem regi ferret, à Susis & Ecbatanis magnum ducebat exercitum; & cùm suas subsistere jussisset copias, Græcos prætereuntes spectabat. Cæterùm Clearchus *suos* in binos *dispositos* ducebat, & *sic* faciebat iter, *ut* subinde subsisteret. Quanto autem tempore prima pars copiarum substiterit, tanto per omnem exercitum inhibitionem ab itinere fieri necesse erat; adeò ut ipsis etiam Græcis ingentes esse copiæ viderentur, & *iste* Persa spectans eas obstupesceret. Indè per Mediam castris in solitudine sex*is, parasangas triginta, ad Paryssatidis, Cyri regísque matris, vicos progressi sunt. Hos Tissaphernes, Cyro ut illuderet, diripiendi potestatem Græcis fecit, exceptis mancipiis.

1 Ηγεῖτο μὲν εἰς δύο,] Scil. τοῖς ἑαυτοῦ εἰς δύο πταγμάτοις. Locutione hâc ellipticâ usus est Noster K. Π. p. 524. — εἰς δύο ἄγοντας τὴν &c. Et sic alibi. Vide suprà p. 15. n. 1.

2 Εφιστάμενος] Vide p. 47. n. 1.

3 Τὸ ἡγούμενον] *Scil.* μέρος. Adi pag. 42. n. 4.

4 Επίστασιν·] In MSto Eton. & libris quibusdam editis legitur *ἐπίπασιν*. Perperam autem sic legi ex participio, quod modò præcesserat, ἐφιστάμενος abundè liquet.

5 Καὶ αὐτοῖς τοῖς Ελλησι] *Leunclavius* suspicatur legendum esse τοῖς ἐχθροῖς. Sed nil mutandum.

δραπόδων. Ενῆν ᾗ σῖτος πολὺς, καὶ πρόβατα, καὶ ἄλλα χρήματα. Ενταῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς ἐρήμους πέντε, παρασάγγας εἴκοσι, πρὸς τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες. Ἐν ᾗ τῷ πρώτῳ σταθμῷ, πέραν τοῦ ποταμοῦ, πόλις ᾠκεῖτο μεγάλη καὶ εὐδαίμων, [1] ὄνομα Καιναὶ, ἐξ ἧς οἱ βάρβαροι διῆγον [2] ἀπὸ χειρίδων διφθερῶν ἄρτους, τυρὸν, οἶνον.

Μετὰ ταῦτα ἀφίκοντο [3] ἐπὶ τὸν Ζάβατον ποταμὸν, τὸ εὖρος τετταράκοντα πλέθρων. Καὶ ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας τρεῖς· ἐν ᾗ τινὰς ὑποψίας μὲν [4] εἶχε, φανερὰ δ' ἀδεμία ἐφαίνετο ἐπιβουλή. Ἐδόξεν οὖν τῷ Κλεάρχῳ συμπέμψαι Τισσαφέρνει, καὶ εἴ πως δύναιτο, παῦσαι τὰς ὑποψίας, πρὶν ἐξ αὐτῶν πόλεμον γενέσθαι· καὶ ἔπεμψέ τινα ἐρῶντα, ὅτι συμπέσθαι αὐτῷ χρήζοι. Ὁ δ' ἑτοίμως ἐκέλευσεν ἥκειν. Ἐπειδὴ δ' συνῆλθον, λέγει ὁ Κλέαρχος τάδε·

Inerat autem *in eis* frumentum multum, & pecudes, & res aliæ. Hinc per ſolitudinem caſtris quintis, paraſangas viginti progreſſi ſunt, cùm Tigrim fluvium ad lævam haberent. Ad caſtra prima, trans flumen, urbs magna incolebatur & opulenta, *cui* nomen Cænæ, ex quâ barbari ratibus è pellibus *factis* panes, caſeum, vinum tranſportabant.

Poſt hæc ad Zabatum fluvium perveniunt, *qui erat* plethrorum quatuor latitudine. Atque hìc dies tres manſerunt; in quibus *nonnullæ* ſuſpiciones *ortæ* ſunt, nullæ tamen manifeſtæ adparebant inſidiæ. Quamobrem Clearcho viſum eſt convenire Tiſſaphernem, & ſi quâ ratione poſſet, ſuſpiciones priùs amovere, quàm bellum ex eis oriretur: miſit itaque qui diceret, cupere ſe eum convenire. Hortatus eſt is promptè ut veniret. Cùm autem conveniſſent, orationem hanc habuit Clearchus:

1 Ονομα Καιναὶ,] Pleniùs ſuprà modò p. præced. & alibi, ἧ ὄνομα Ωπις.

2 Επὶ χειρίδων &c.] Sic repoſui ex conjecturâ: cui favet MS. Eton. qui pro διφθερῶν exhibet διφθεραίνων. Sic ſuprà p. 54. — χειρίδων διφθαίνοντες: ubi vide notata. Priùs legebatur χειρίδων.

3 Επὶ τὸν Ζάβατον] Conſule *Diſſertat. Geograph.* operi præmiſſam.

4 Καὶ] Vide p. 107. n, 1.

"Εγὼ, ὦ Τισσαφέρνη, οἶδα μὲν ἡμῶν [1] ὅρκους γεγυημένους,
"καὶ δεξιὰς δεδομένας, μὴ ἀδικήσειν ἀλλήλους· [2] φυλαττόμενον
"δέ σε ὁρῶ ὡς πολεμίους ἡμᾶς· καὶ ἡμεῖς ὁρῶντες ταῦτα, ἀντι-
"φυλαττόμεθα. Ἐπεὶ δ' σκοπῶν οὐδὲν δύναμαι ὅτε σὲ αἰσθέσθαι
"πειρώμενον ἡμᾶς κακοποιεῖν, ἐγώ τε σαφῶς οἶδα ὅτι ἡμεῖς
"γε οὐδ' ἐπινοοῦμεν οὐδὲν τοιοῦτον, ἔδοξέ μοι εἰς λόγους σοι
"ἐλθεῖν, ὅπως, εἰ δυναίμεθα, ἐξέλοιμεν ἀλλήλων τὴν ἀπι-
"στίαν. [3] Καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ μαχολῆς,
"τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἱ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βου-
"λόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν κακὰ τοὺς ἔτι [4] μέλ-
"λοντας ἔτι βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν. Τὰς δὲν τοιαύτας [5] ἀγνω-

"Equidem novi, Tiſſaphernes, nos *mutuò* jurejurando ob-
"ſtrictos eſſe, datáſque dextras, nullam alterum alteri illaturum
"injuriam: ſed *tamen* cavere te tibimet à nobis, tanquam ab
"hoſtibus, video; & nos viciſſim, cùm id videamus, nobis à te
"cavemus. Cùm verò *mecum* cogitans nihil animadvertere poſ-
"ſim, in quo tu nos lædere coneris, & ipſe certò ſcio nos tale
"quidquam nè quidem meditari, viſum eſt te mihi colloquendi
"cauſâ conveniendum eſſe, ut, ſi quâ ratione poſſimus, diffiden-
"tiam alterius alteri eximeremus. Jam equidem homines novi,
"qui cùm partim propter criminationem, partim propter ſuſpi-
"cionem mutuò ſeſe metuerent, priuſquam quid ipſis accideret,
"antevertendi ſtudio graviſſimis malis eos adfecerunt, qui nihil
"tale jam tum pararent cuperéntve. Quare cùm iniquos hujuſ-

1 Ὅρκους γεγυημένους &c.] Vide p. 144. & ibi notata.

2 Φυλαττόμενον &c.] Adi p. 149. n. 4.

3 Καὶ γὰρ οἶδα &c.] *Atque illæ quidem injuriæ*, inquit Cicero de Offic. l. 1. c. 7. *quæ nocendi cauſâ de induſtriâ inferuntur, ſæpè à metu proficiſcuntur: cùm is, qui nocere alteri cogitat, timet nè, niſi id fecerit, ipſe aliquo adficiatur incommodo.* Vide *Grot.* de B. & P. l. 2. c. 1. Et *Iſocrat.* ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως, p. 313, 314. edit. *Steph.*

4 Μέλλοντας ἔτι &c.] *Heſych.* & *Phavor.* Μελλήσω, ἀποδιάσω. *Thucyd.* l. 2. ferè medio, de Archidami in Platæam impetu, καθίσας τὸ στρατὸν ἔμελλε δῃώσειν τὴν γῆν. i. e. *parabat vaſtare.* Et ſic ſæpè Scriptores Attici.

5 Ἀγνωμοσύνας] *Phavor.* & Etymol. m. Ἀγνωμοσύνη, ἀναισθησία, ἄγνοια, ὀλιγωρία. Noſter

" μοσμύας νομίζων σωφρόσαις [1] μάλιστα ἂν παύεσθαι, ἦκω,
" καὶ διδάσκειν σὲ βούλομαι, ὡς σὺ ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς ἀπιστεῖς.
" Πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον, οἱ [2] θεῶν ὅρκοι ἡμᾶς κω-
" λύουσι πολεμίους εἶναι ἀλλήλοις· ὅστις δὲ τούτων σμικρὸν
" ἀμφὶ παρημελημκὼς, τοῦτον ἐγὼ οὔποτ' ἂν εὐδαιμονίσαι-
" μι. [3] Τὸν γὰρ θεῶν πόλεμον οὐκ οἶδα οὔτ' ἀπὸ ποίου
" ἂν τάχους φεύγων τις ἀποφύγοι, οὔτ' εἰς ποῖον ἂν σκό-
" τῳ ἀποδραίη, οὔθ' ὅπως ἂν εἰς ἐχυρὸν χωρίον ἀποσαίη.
" [4] Πάντη γὰρ πάντα τοῖς θεοῖς ὑπόκεται, καὶ πανταχῆ πάν-

" modi errores exiſtimarem maximè colloquiis finiri poſſe, *hus*
" venio, téque docere cupio, non rectè nobis te diffidere. *Quod*
" enim primum eſt & maximum, ipſum quod per deos uterque
" juravimus jusjurandum nos invicem infeſtos eſſe vetat: quod
" quicunque ſe contempſiſſe ſibimet conſcius eſt, eum ego neu-
" tiquam beatum prædicare poſſum. Nam haud ſcio, quâ quis
" fugæ celeritate à diis *ſibi* bellum *illatum* effugere, quáſve in te-
" nebras aufugere, vel quâ ratione locum in munitum ſecedere
" poſſit. Quippe omnino omnia diis ſubjecta ſunt, & ubique dii

ſter in *Apol. Socr.* extr. Αὐτὸς μὲ δὴ (Anytus) ἀφ' ἑνὸς μὲν ἐξ πονηρὸν παιδείαν, καὶ ἀφ' ἑνὸς αὐτὸ ἀγνωμοσύνην, i. e. *propter ſuam amentiam.* Apud *Herodot.* l. 2. c. 172. opponitur σοφίη. Hoc in loco denotare videtur *ſimultates*, vel *indignitates* etiam *ex errore natas.*

1 Μάλιστα ἂν παύεσθαι,] Ità MS. Eton. & libri editi. Cl. *Arnaud* cenſet ἂν ante παύεσθαι nullum locum habere, & pro utrâque voce reponendum διαπαύεσθαι. At jure locum hunc iſta ſibi vindicet particula; cùm verbo, cui adjungitur, vim δυνητικὸν, ut paſſim alibi, tribuat. Sic mox infrà: ὃς ἐλπίζω ἂν — ταπεινὸς ὑμῖν παρέχειν: & paucis interjectis — ἃ οἶμαι ἂν πᾶσιν &c. ubi aoriſtis illis vim futuri cum ſenſu potentiali conjunctum largitur. Junxit & cum præſenti infinitivi, perinde atque hoc loco, Noſter K. Π. p. 80. — μοὶ δοκεῖ — μάλιστα ἂν ποιεῖν, i. e. *poſſe efficere* vel *effecturum* &c.

2 Θεῶν ὅρκοι &c.] Vide p. 144.

3 Τὸν γὰρ θεῶν &c.] Numinis *ſcil.* in teſtem & vindicem invocati; *perjuri capitis, fraudiſque* Ultorem. *Quis enim læſos impunè putavit Eſſe deos?* Lege omnino *Pſal.* CXXXIX. 7. & ſeq. & agnoſce, quàm humilis, quàm jejuna ſit etiam Atticæ Muſæ oratio; præ altâ illâ, uberrimíſque ſententiis abundanti, θεοπνεύστου Pſaltis eloquentiâ.

4 Πάντη γὰρ πάντα &c.] Illud hìc genus figurarum adhibet, quæ aut ſimilitudine vocum, aut paribus, aut contrariis vertunt in ſe aures, & animos excitant. Huic nomen eſt παρονομασία, quæ dicitur *agnominatio*: Quinctil. *Inſt. Orat.* l. 9. c. 3. Cæterùm, L. G. theſauri non agnoſcunt ὑπόκειμαι. *J. Poll.* de eo, qui αἰτίαν ὑπέχει, rectè adhiberi docet l. 8. ſegm. 68. Vide ſis *Cicer.* de N. D. l. 3. c. 39.

"των ἴσον οἱ θεοὶ κρατοῦσι. Περὶ μὲν δὴ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν ὅρ-
"κων οὕτω γιγνώσκω, [1] παρ' οὓς ἡμεῖς τὴν φιλίαν σπεισάμενοι
"κατεβάμεθα· τῶν δὲ ἀνθρωπίνων σε ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι νο-
"μίζω μέγιστον ἡμῖν εἶναι ἀγαθόν. Σοὶ μὲν γὰρ σοὶ πᾶσα ἡ-
"μῖν ὁδὸς εὔπορος, πᾶς ὁ ποταμὸς βαδιστός, καὶ ὁ ὕπνος
"θείων οὐκ ἄπορος· ἄνευ δέ σου πᾶσα μὲν ἡ ὁδὸς [2] βαθὺ σκό-
"τος, (οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ὑπεσάμεθα) πᾶς δὲ ποταμὸς δύσπορος,
"πᾶς δ' ὄχλος φοβερός· [3] φοβερώτατον δ' ἐρημία· μεστὴ
"γὰρ πολλῆς ἀπορίας ἔξω. [4] Εἰ δὲ δὴ καὶ μανέντες σὲ κα-
"τακτείναμεν, ἄλλο τι ἂν, ἢ τὸν εὐεργέτην κατακτείναντες,
"πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον [5] ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα; Οσων

"pariter omnia ſuâ poteſtate continent. Atque ità de diis ac
"jurejurando ſentio, apud quos initam amicitiam depoſuimus:
"inter humanas autem res equidem te nobis in præſenti maxi-
"mum eſſe bonum exiſtimo. Nam cum te nobis omnis via tranſi-
"tu facilis, omne flumen trajici poſſit, nulla commeatûs *erit* in-
"opia: ſine te iter omne tenebricoſum *erit*, (quippe cujus ig-
"nari planè ſumus) flumen omne tranſitu difficile, omnis turba
"terribilis; maximéque terribilis ſolitudo; quippe quæ multis
"difficultatibus referta ſit. Quòd ſi te furore impulſi occidamus,
"quid aliud *futurum eſt*, quàm ut occiſo homine *de nobis* benè me-
"rito, adverſùs regem maximum vindicem decertemus? Quas

1 Παρ' ὅς] *Muretus* legit παρ' οἷς. nec male.

2 Διὰ σκότους,] Metaphoricè ſumitur hæc vox, ſicut Rom. II. 19. & ſæpè alibi.

3 Φοβερώτατον &c.] *Scil.* χρῆμα. Vide p. 139. n. 3.

4 Εἰ δὲ δὴ &c.] Deeſt vocula poſterior in MSto Eton. & quibuſdam editis. Rectè tamen eam retinuerunt *Stephanus* & *Leunclavius*: nam ſic ſuprà Noſter p. 133. Ο δὲ δὴ ἔρξας &c. Porrò, quod ad phraſin ἄλλο τι attinet, eâ uſus eſt Noſter K. Π. p. 200. Hìc valet τι ἄλλο ἄν *ſcil.* ποιοῖμεν: quod verbum deeſt itidem K. Π. p. 52. — μόνῳ ἐκείνῳ ἀδὲν ἄλλο (*ſcil.* ἐποίει,) ἢ τὸς πεπτωκότας ἐλεαίνων ἐθεᾶτο.

5 Ἔφεδρον] Ab re athleticâ ducitur nomen, impoſitum olim ei, qui duobus inter ſe luctantibus adſidebat, certamen inſpiciebat, ejúſque eventum eo expectabat conſilio, victorem ut integer adgrederetur. *Triclin.* ad *Sophoc.* Ajac. v. 615. Ἔφεδρος κυρίως, ὁ παρισκαζόμενος, ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι, παλαίσειν τῷ νικήσαντι. Et ſic ferè vetus alter *Scholiaſtes* ad locum. Hinc ſua *Suidas* ad v. Exempla huc facientia ſuppeditabit *Budæus* in Comm. G.

L.

"δὲ δὴ ἢ οἵων ἐλπίδων ἐμαυτὸν ἂν σερήσαιμι, εἴ σέ τι ἀγα-
"κὸν ἐπιχειρήσαιμι ποιεῖν, ταῦτα λέξω. [1] Ἐγὼ γὰρ Κύ-
"ρον ἐπεθύμησά μοι φίλον γενέσθαι, νομίζων [2] τῶν τότε
"ἱκανώτατον εἶ) εὖ ποιεῖν ὃν ἂν βούλοιτο. Σὲ δὲ νῦν ὁρῶ
"τήν τε Κύρου δύναμιν & χώραν ἔχοντα, ἢ τὴν σεαυτοῦ δό-
"χὴν σώζοντα, τὴν ὃ βασιλέως δύναμιν, ἣ Κῦρος πολεμίαν
"ἐχρῆτο, σοὶ [3] ταύτην σύμμαχον ἕξ. Τούτων ὃ τοιούτων ὄντων,
"τίς ἂν μανείη), ὅστις σοὶ βούλοι) φίλος εἶ); Ἀλλὰ μήν,
"ἐρῶ γὰ & ταῦτα, ἐξ ὧν ἔχω ἐλπίδας, καί σε βουλήσεσθαι
"φίλον ἡμῖν εἶ). Οἶδα μὲν γὰρ ὑμῖν Μυσοὺς λυπηροὺς
"ὄντας, οὓς ἐλπίζω ἂν σὺ τῇ παρούσῃ δυνάμει ταπεινοὺς ὑ-
"μῖν παρέχειν· οἶδα δὲ καὶ Πισίδας· ἀκούω δὲ καὶ ἄλλα
"ἔθνη πολλὰ τοιαῦτα εἶ), ἃ [4] οἶμαι ἂν πᾶσιν ἐνοχλοῦντα

"ſanè & quales mihi ipſe ſpes erepturus ſim, ſi quid tibi mali
"facere coner, id *verò* exponam. Cyrum ego mihi fieri ami-
"cum expetivi, propterea quòd *illum* inter ſui temporis homines
"ad conferenda in quem vellet cunque beneficia maximè ido-
"neum arbitrarer. Nunc te video potitum & potentiâ & regio-
"ne Cyri, cùm tuum etiam imperium incolume retineas, regif-
"que *adeò* potentiam, quam Cyrus infeſtam expertus eſt, tibi
"hanc auxilio eſſe. Quæ cùm ità ſe habeant, quis uſque adeò
"inſanit, ut eſſe tibi nolit amicus? Enimverò ea etiam profe-
"ram, undè ſpem habeam fore, ut tu quoque nobis amicus eſſe
"velis. Quippe novi Myſos vobis eſſe moleſtos, quos me cum
"his quæ adſunt copiis vobis ſubjicere poſſe ſpero: quin & Piſi-
"das *hoſtili in vos eſſe animo* novi; audio & alias gentes eſſe mul-
"tas ejuſmodi, quæ ut ab interpellando ſemper felicitatem ve-

L. p. 742. Quibus omnino velim addas quæ *Lucianus* differit *in Hermotimo* ferè medio.

1 Ἐγὼ γὰ &c.] Vide K. Π. 222. n. 1.

2 Τῶν τότε] Hâc perſæpè Attici ſcriptores elliptică utuntur locutione, pro τῶν τότε ὄντων vel γενομένων. Sic ſuprà p. 132. — κήρυκα ἄριστον τῶν τότε — *Æſchin.* dial. 1. ſect. 8. Οἵτοι δέ πω ἐδόκουν κρίνεσθαι τῶν τότε παλαίειν. Et paſſim alibi.

3 Ταύτην] Vide p. 132. n. 1.

4 Οἶμαι ἂν ποῦσιν] Vide p. 158. n. 1.

"ἀεὶ τῇ ὑμετέρᾳ εὐδαιμονίᾳ. [1] Αἰγυπτίοις ἴσθι, οἷς μάλιστα ὑμᾶς
"νῦν γιγνώσκω τεθυμωμένους, οὐχ ὁρῶ ποίᾳ δυνάμει συμμά-
"χῳ χρησάμενοι μᾶλλον ἂν κολάσεσθε τὸ νεῦν σὺν ἐμοὶ ὅσης.
"Ἀλλὰ μὴν ἔν γε τοῖς πέλας οἰκοῦσι σὺ, εἰ μὲ βέλτιό τῳ φί-
"λος εἶ), ὡς μέγιστος ἂν εἴης· εἰ δέ τις σὲ λυποίη, ὡς δεσπό-
"της ἀναστρέφοιο, ἔχων ἡμᾶς ὑπηρέτας, οἵ σοι οὐκ ἂν τῷ μι-
"σθοῦ ἕνεκα μόνον ὑπηρετοῖμεν, ἀλλὰ καὶ τῆς χάριτος, ἣν
"σωθέντες ὑπὸ σοῦ σοὶ ἂν ἔχοιμεν δικαίως. Ἐμοὶ μὲν ταῦ-
"τα πάντα ἐνθυμουμένῳ οὕτω δοκεῖ θαυμαστὸν εἶ), τὸ σὲ
"ἡμῶν ἀπιστεῖν, ὥστε καὶ ἥδιστ' ἂν ἀκούσαιμι τίνομα, τίς ὢν
"οὕτω δεινὸς λέγειν, ὥστε πεῖσαι λέγων, ὡς ἡμεῖς σοι οὐ βου-
"λόμεθα." Κλέαρχος μὲν οὖν τοσαῦτα εἶπε· Τισσα-
φέρνης δὲ ὧδε [2] ἀπεμείφθη·

"stram desistant, effecturum me arbitror. Porrò Ægyptios, qui-
"bus nunc maximè vos iratos esse intelligo, non video quibus
"copiis auxiliariis usi potiùs, quàm quæ mihi jam adsunt, casti-
"gare poteritis. At verò etiam inter eos qui circumcircà habi-
"tant, si cui *eorum* amicus esse velis, quàm maximus esses; sin
"quis aliquid tibi molestiæ crearet, *eum* tanquam dominus ever-
"teres, nos cùm haberes *ultionis* ministros, qui tibi non tantùm
"stipendii causâ subserviremus, sed etiam gratiæ, quam à te in-
"columes servati meritò tibi haberemus. Mihi quidem hæc om-
"nia animo agitanti adeò mirum esse videtur, te fidem nobis
"non habere, ut libentissimè etiam *ejus* sim auditurus nomen,
"qui tantùm dicendo valeat, ut oratione *suâ* persuadere possit
"tibi nos insidiari." Hæc quidem dixit Clearchus: *ad quæ* Tissa-
phernes in hunc modum respondit:

1 *Αἰγυπτίοις*] In libris quibusdam editis perperam legitur *Αἰγυπτίοις*. Confer p. 119. Bellum inter Ægyptios tandem & Persas conflatum est anno ante æram Christianam 377, cùm jam 28 ferè annos imperio exple-verat Artaxerxes, in Ægypto regnante Acoride. Vide sis *Diodor. Sic.* l. 15. ad Olymp. 98. & *C. Nep.* in Iphicrate & Chabriâ.

2 *Απημείφθη*·] In libris nonnullis scribitur *ἀπεμείφθη*. Sed rectè *Stephanus* & ex Attico-

"Αλλ' ἥδομαι μὲν, ὦ Κλέαρχε, ἀκούων σε φρονίμους λό-
"γους· ταῦτα γὰρ γιγνώσκων, εἴ τι ἐμοὶ κακὸν βουλεύοις, ἅμα
"ἂν μοὶ δοκῇς σεαυτῷ κακόνους εἶναι. Ὡς δ' ἂν μάθῃς, ὅτι
"καὶ ἂν ὑμεῖς δικαίως ἔτε βασιλῆ ἔτ' ἐμοὶ [1] ἀπιστοίητε, ἀν-
"τάκουσον. Εἰ γὰρ ὑμᾶς ἐβουλόμεθα ἀπολέσαι, πότερά σοι δο-
"κοῦμεν ἱππέων πλήθους ἀπορεῖν, ἢ πεζῶν, ἢ [2] ὁπλίσεως, ἐν ᾗ
"ὑμᾶς μὲν βλάπτειν ἱκανοὶ ἂν ἦμεν, ἀντιπάσχειν δὲ οὐδὲν
"κινδυνῶ; Ἀλλὰ χωρίων ἐπιτηδείων ὑμῖν ἐπίστασθαι
"ἀπορεῖν ἄν σοι δοκοῦμεν; Οὐ τοσαῦτα μὲν πεδία ἡμῖν φί-
"λια ὄντα σοὶ πολλῷ πόνῳ διαπεπολέμησθε, τοσαῦτα δὲ ὄρη

"Equidem, Clearche, lætus orationem tuam prudentem au-
"dio: nam cùm hæc cognoscas, si quid in me mali moliaris,
"mala simul contra teipsum agitare mihi visus fueris. Verùm ut
"intelligas non jure vos vel regi vel mihi diffidere posse, *me* vi-
"cissim audi. Nam si vos perdere vellemus, equitúmne nobis co-
"piam deesse arbitraris, an peditum, an armaturæ, quâ sanè vos
"lædere parati fuerimus, cùm nullum *nobis* sit damni vicissim fe-
"rendi periculum? Num locorum ad invadendum vos idoneo-
"rum copiam nobis defuturam putas? Nonne per tot campos
"nobis pacatos magno cum labore transitis; tótque montes vo-

rum indole dat ἀπημείφθη: quod Homericis verbis, quibus nonnunquam alibi usus est Noster, meritò adnumeres.

Ex τούτου Ξενοφῶν ἀνίσταται, [1] ἐσταλμένος εἰς πόλεμον ὡς ἐδυνάτο κάλλιστα· νομίζων, εἴ τε νίκην διδοῖεν οἱ θεοὶ, τὸν κάλλιστον κόσμον τῇ νικᾷν πρέπειν· [2] εἴ τε τελευτᾷν δέοι, ὀρθῶς ἔχειν, τῷ καλλίστων ἑαυτὸν ἀξιώσαντα, ἐν τούτοις τῆς τελευτῆς τυγχάνειν. Ὁ δὲ λόγου ἤρχετο ὧδε· "Τὴν μὲν τῶν
"βαρβάρων ἐπιορκίαν τε καὶ ἀπιστίαν [3] λέγω Κλεάνωρ, ὁπό-
"σασδε δὲ, οἶμαι, καὶ ὑμεῖς. Εἰ μὲν οὖν [4] βουλοίμεθα πάλιν

"*cavere* oportet, nè ab iis ampliùs decipiamur, ſed ubi quàm
"*quidem* poterimus fortiſſimè dimicaverimus, quidquid diis vi-
"ſum fuerit, id ferre."

Dein ſurgit Xenophon, ad pugnam quàm potuit elegantiſſimè ornatus: exiſtimabat enim, ſive dii victoriam darent, ornatum pulcherrimum victoriæ convenire; ſive moriendum eſſet, par eſſe utì, ſe elegantiſſimo cultu dignatus, eodem *indutus* extremum diem morte conficeret: is in hunc modum dicere orſus eſt: "Cleanor barbarorum & perjuria & perfidiam expoſuit,
"atque vos, opinor, nôſtis. Quòd ſi ergo rurſùm amicitiâ eo-

1 Ἐσταλμένος εἰς &c.] Verbum στέλλεσθαι *Phavorinus* rectè exponit κοσμεῖσθαι. Nam στέλλειν propriè quidem *mittì*, dein etiam *ad aliquid parari* denotat, & vel maximè *armis* ad pugnam ineundam. Vide *Hom.* Il. ψ'. v. 284. *Ælian.* V. H. l. 3. c. 24. Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων ἀπροβούλων, ὅ ἦν ὅπλα καλὰ ἔχειν. Νικῶντι γὰρ, ἔλεγε, τὰς πολεμίους τῷ καλλίστην στολὴν ἁρμόττειν· καὶ ἀποθνήσκοντα σὺν τῇ μάχῃ κεῖσθαι καλῶς σὺν καλῇ τῇ παντοπλίᾳ. Τῷ γὰρ ἀνδρὶ τῷ γενναίῳ ταῦτ' εἶναι τὰ σύμφορα, τὰ ὡς ἀληθῶς κοσμοῦντα αὐτόν.

2 Εἴ τε τελευτᾷν δέοι,] Ità MS. Eton. & edit. *Steph.* & *Ald.* At *Leuncl.* & alia quædam peſſimè repræſentant θεοὶ pro δέοι.

3 Λέγω] Præſens hic præteriti vice fungitur, ut apud Joh. II. 4. ὅπω ἥκει ἡ ὥρα μου.

4 Βουλοίμεθα πάλιν &c.] Poſſet aliquis, inquit Cl. *Arnaud*, conjicere pro βουλοίμεθα legendum eſſe βουλόμεθα. Non malè quidem: cùm Noſter ſuprà p. 160. dixerit, ὅστις ὁ σὸς βέλτιστος φίλος εἶναι; & mox iterum, ἢ σὲ βελτίστου φίλου ἡμῖν εἶναι. Sed vulgatam lectionem rectè ſervant libri omnes, & tuetur ἀξιοῦμεθα, à quo proxima incipit ſententia. Eleganter autem dicitur αὐτοῖς ἀξιοῦ φιλίας εἶναι, utì mox infrà, ἀξιοῦ παντὸς πολίτου αὐτοῖς εἶναι: quemadmodum ἀξιοῦ πείρας εἶναι apud *Æſchin.* dial. 3. ſect. 13. & *Ælian.* V. H. l. 13. c. 2. ἀξιοῦ τιμῆς ἦλθε δημοσίᾳ.

"αὐτοῖς ἀφ' φιλίας ἰέναι, ἀνάγκη ἡμᾶς πολλὴν ἀθυμίαν
"ἔχειν, ὁρῶντας [1] τὺς στρατηγὺς, οἳ ἀφ' πίστεως αὐτοῖς ἑαυτὺς
"ἐνεχείρις, οἷα πεπόνθασιν· εἰ μέντοι ἀνοήμθα σὺν τοῖς
"ὅπλοις ὧν τε πεποιήκασι δίκην ἐπιθεῖναι αὐτοῖς, ἢ [2] τὸ λοιπὸν
"ἀφ' παντὸς πολέμου αὐτοῖς ἰέναι, σὺν τοῖς θεοῖς, πολλαὶ
"ἡμῖν ἢ καλαὶ ἐλπίδες εἰσὶ σωτηρίας." Τῦτο ὃ λέγονθος αὐτ῀,
[3] πάρυσαί τις· ἀκύσαντες ὃ οἱ στρατιῶται, πάντες μιᾷ ὁρμῇ
προσεκύνης τ θεόν· ἢ Ξενοφῶν εἶπε, "Δοκῶ μοι, ὦ ἄνδρες,
"ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων [4] οἰωνὸς ὑπὲρ Διὸς ὑπὲρ Σωτῆρος

"rum *nobis* utendum ſtatuimus, neceſſe eſt magnam nos habere
"ſolicitudinem, cùm videamus qualia duces, qui ſe ipſis in ma-
"nus *datâ acceptâque* fide tradiderunt, paſſi ſunt: at verò ſi pœ-
"nas eorum quæ perpetrârunt, ipſis irrogare armis inſtructi co-
"gitamus, & in poſterum omni genere belli eos perſequi, mul-
"tæ, diis juvantibus, ac præclaræ nobis ſpes ſalutis *oblatæ* ſunt."
Hoc eo loquente, quidam ſternuit: quo audito milites uno om-
nes impetu deum adorârunt: & Xenophon ait, "Quando, viri,
"nobis de ſalute loquentibus augurium Jovis Servatoris exſtitit,

1 Τὺς στρατηγὺς — οἷα πεπόνθασιν.] Vide p. 86. n. 3.

2 Τὸ λοιπὸν] Vide p. 126. n. 1. & confer p. 63. n. 1.

3 Πτάρυταί τις· &c.] Medii fuiſſe ancipitiſque ominis videntur ſternutamenta. Quare cùm minùs conſtaret, quæ ſecunda forent, quæ adverſa, factum eſt ut Veteres, vanâ capti ſuperſtitione, rem dubiam bonis eſſe verbis adjuvandam exiſtimaverint, atque ut fauſtè felicitérque tandem eveniret, precibus votiſque à deo quódam, tanquam ominis auctore, petendum. Occaſionem militum animos confirmandi amplexus Xenophon, à Jove ſtatim Servatore profectum omen, fauſtúmque adeò futurum ſtatuit. *Schol.* ad *Theocrit.* εἰδ. ζ'. v. 96. ſcribit τ πταρμῶν τὺς μὲν εἶναι ἀφελίμους, τὺς ὃ βλαβερύς: ibi verò, ἐπὶ τῇ χείρονι μοίρᾳ exponendum eſſe πταρμόν. Contrà, lætum quid felixque ſonat εἰδυλ. ιή'. v. 16.

Ολοῖτε γάμοῖ', ἀγαθός τις ἐπίπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ες Σπάρτην, &c.

Similiter apud *Homer.* Οδυσσ. ρ'. v. 545.

Οὐχ ὁρόας ὅ μοι υἱὸς ἐπίπταρεν; —

Ubi *Euſtath.* p. 1831. Ὄρνις γάρ ποτε ἦν τοῖς παλαιοῖς ὁ πταρμός. Lege quæ de πταρμῷ diſſerit eruditiſ. *Archæol.* Græcæ auctor, l. 2. c. 17.

4 Οἰωνὸς ὑπὲρ Διὸς &c.] *Suidas*: Οἰωνὸς, τὸ σημεῖον. Adi Κ. Π. p. 647. lin. penult. Οἰωνὸς, nimirum, κωλῦσαι καὶ τὸ μὴ ὄρνεα, uti notat *Schol.* ad *Ariſtoph.* Ορνιθ. v. 720.

Ὄρνιν τι νομίζετε παῖθ' ὁπόταν περὶ μαντείας
Ἀφικνῆται·
Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστὶ· πτερυγίου τ' ὄρνιθα καλεῖτε.

Variis autem varias ob cauſas epithetis nu-

" ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ θύσειν [1] σωτήρια, ὅπου ἂν
" πρῶτον εἰς φιλίαν χώραν ἀφικώμεθα· συνευθύξασθαι δὲ
" καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς θύσειν κατὰ δύναμιν. Καὶ ὅτῳ δοκεῖ
" ταῦτ', ἔφη, [2] ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα." Καὶ ἀνέτειναν ἅπαν-
τες. Ἐκ τούτου εὔξαντο καὶ [3] ἐπαιάνισαν. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν θεῶν
καλῶς εἶχεν, ἤρχετο πάλιν ὧδε·

" Εὐήγγελον λέγων ὅτι [4] πολλαὶ καὶ καλαὶ ἐλπίδες ἡμῖν εἶεν
" σωτηρίας. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς μὲν ἐμπεδοῦμεν τὸν τῶν θεῶν ὅρ-

" huic deo votum nuncupemus cenſeo, ſacra nos datam ob ſa-
" lutem facturos, quamprimùm in regionem pacatam perveneri-
" mus: prætereà diis cæteris vota ſimul faciamus, ſacrificaturos
" nos pro copiâ *noſtrâ*. Atque hæc cuicunque placuerint, manum,
" inquit, tollat." Ac ſuſtulerunt *quidem* omnes. Deinde vota
nuncupârunt & pæana cecinêre. Peractis ritè omnibus, ad deo-
rum quæ pertinebant cultum, rurſùs ità cœpit dicere:

" Aiebam *modò* multas ac præclaras ſpes ſalutis nobis *oblatas*
" eſſe. Primùm enim fidem, *quam* per deos jurati *dedimus*, ratam

men illud inſigniri ſolet; de quibus conſu-
lendus eſt *Phurnutus*, de N. D. c. 9. Idem
ſuprà p. 82. teſſeræ loco militibus datur:
ſimiliter Κ. Π. p. 475. In primis verò vel
pericula paſſuri, vel iis defuncti, σωτῆρι ſup-
plicabant Jovi. De Hercule in leonem Ne-
mæum contendente *Apollodor.* l. 2. c. 4.
— καὶ θύειν ἱερεῖ (lego, ἱερεῖον) θέλοντι, εἰς ἡμέραν
ἔφη τηρεῖν τελευταίαν· καὶ ἂν μὲ ἀπὸ τῆς θήρας σῶον
ἐπανέλθῃ, Διὶ σωτῆρι θύειν· — & infrà paulò
de eodem, ferâ jam occisâ, — σωτῆρι θύσας
Διΐ, ἦλθεν εἰς Μυκήνας τὸν λέοντα. *Ariſtid.* Orat.
T. 1. p. 1. Τάδε σοὶ κατ' εὐχὴν, Ζεῦ βασιλεῦ τε
καὶ σῶτερ, δῶρα &c.

1 Σωτήρια] *Scil.* θύματα, ob ſalutem ac-
ceptam oblata. Noſter Κ. Π. p. 647. — θεοὶ,
δέχεσθε τάδε, ἐπὶ τελευτῇ πολλῶν καὶ καλῶν πραγ-
μάτων, καὶ χαριστήρια — eâdem dixit formâ.
Sic & p. 503. —— δεκὼ χαριστήρια ὀφειλήσειν.

2 Ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.] Nimirum moris
Græcorum erat ætate Xenophontis, ut in
concionibus quotquot adſenſum ſignificare
vellent, manu protenſâ ſuffragia ferrent.
Morem hunc reſpicit Noſter *Hiſt. Gr.* l. 1.
haud ità longè à fine: τότε γὰρ ὀψὲ ἦν, καὶ ταῖς
χερσὶν οὐκ ἂν καθεώρων. Hinc χειροτονεῖν valet
καθιστᾶν, ψηφίζειν· Χειροτονία, ἐκλογή.

3 Ἐπαιάνισαν.] *J. Poll.* l. 1. ſegm. 26. in-
ter phraſes *de accedentibus ad deos* rectè adhibi-
tas, παιᾶνας ἀεῖσαι recenſet. Scholiaſt. ad *Ari-
ſtoph.* Eip. v. 554. παιωνίσας eſt εὐξάμενος τοῖς
θεοῖς· ὁμολογήσας χάριν. Παιὼν (leguntur uti-
que παιὼν καὶ παιὰν, παιωνίζω καὶ παιανίζω) γάρ
ἐστιν ὕμνος εὐχαριστήριος. Vide ſis p. 83. n. 2.
& *Archæol. Gr.* l. 2. c. 4.

4 Πολλαὶ καὶ καλαὶ &c.] Extant verba p.
præced. Similiter *Euripid.* in *Hec.* v. 351.
Ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο. Sic & Lati-
ni *ſpem magnam, bonam* adhibent.

"κας, οἱ δὲ πολέμιοι ἔπωρκήκασί τε, κὴ [1] τὰς σπονδὰς καὶ
"τὰς ὅρκας λελύκασιν. Οὕτω δ' ἐχόντων, εἰκὸς τοῖς μὲ πο-
"λεμίοις ἐναντίας εἶναι τὰς θεὰς, ἡμῖν δὲ συμμάχας, οἵπερ
"ἱκανοί εἰσι καὶ [2] τὰς μεγάλους ταχὺ μικρὰς ποιεῖν, καὶ τὰς
"μικρὰς, κἂν [3] ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βού-
"λωνται. [4] Ἔπειτα δὲ, (ἀναμνήσω γὰρ ὑμᾶς καὶ τὰς τῶν
"προγόνων τῶν ἡμετέρων κινδύνους· ἵν' εἰδῆτε ὡς ἀγαθοῖς τε
"ὑμῖν προσήκει εἶ), σώζονταί τε σὺν τοῖς θεοῖς καὶ ἐκ πάνυ
"δεινῶν οἱ ἀγαθοί) [5] ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν καὶ τ σὺν

"fecimus; at hoſtes pejurârunt, & fœdera fidémque jurejuran-
"do adligatam ſolverunt. Quæ cùm ità ſe habeant, conſenta-
"neum eſt hoſtibus *noſtris* infenſos, nobis auxiliares eſſe deos,
"qui quidem magnos citò parvos facere, parvóſque, etiamſi eos
"circumſtent pericula, facilè, cùm velint, conſervare poſſunt.
"Deinde, (vobis enim majorum etiam noſtrorum pericula in me-
"moriam revocabo; ut ſciatis & veſtrum eſſe ſtrenuè vos ge-
"rere, & ſtrenuos *viros* deorum ope graviſſimis etiam ex periculis
"incolumes evadere) cùm Perſæ eorúmque ſocii permagno cum

1 Τὰς σπονδὰς] Vide p. 93. n. 4.

2 Τὰς μεγάλους &c.] Similiter Noſter *Hiſt. Gr.* l. 6. ferè medio: Καὶ ὁ θεὸς ᾖ, ὡς ἔοικε, πολλάκις χαίρει τὰς μὲ μικρὰς, μεγάλους ποιῶν· τὰς δὲ μεγάλας, μικράς. Cæterùm, de vocibus μέγας & μικρὸς, ad *conditionem*, non *ſtaturam* tantùm, hominum deſignandam adhibitis lege contra *Voſſium* ſcripta K. Π. p. 391. n. 1.

3 Ἐν δεινοῖς] Adi p. 174. n. 2.

4 Ἔπειτα δὲ, (ἀναμνήσω &c.] "Poſt ἔπειτα δὲ "interruptus eſt orationis curſus: quoniam "verſu ult. dicit, ἐλθόντων μὲ γὰ Περσῶν &c. A-"lioqui ſi abeſſent particulæ μὲ & γὰ, poſt "ἔπειτα δὲ includi hæc parentheſeos notis po-"tuiſſent, ἀναμνήσω γὰ ὑμᾶς &c. uſque ad ἐλ-"θόντων: perinde ac ſi, omiſſis iis, quæ "ſunt intra parentheſin, dixiſſet, ἔπειτα δὲ "ἐλθόντων Περσῶν." Hactenus *Stephanus*. Mihi quidem non obſtare videntur particulæ μὲν γὰ, quominùs verba prædicta parentheſeos notis includantur. Sic enim ſolet Noſter: K. Π. p. 19, 20. Καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν &c. deinde haud paucis interjectis, pergit, ὁρῶν δὴ τ κόσμον &c. Ibid. p. 307. τοῦτον ὁ νῦν βασιλεὺς ἔτ, καλέσαντες &c. poſteà, facto intervallo haud mediocri, redit rurſùm, ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς &c. Et p. 324 & ſeq. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ· deinde, longam ſanè poſt ἐπιμυθολόγησε, orationis ſeriem ità reſtituit: οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ὅπως ποιήσουσιν, αὐτοὶ ἐρήσεσθε· ἐγὼ δὲ, ὦ Κῦρε, κὴ &c. Suprà quoque p. 80 & ſeq. Ὁρῶν δὲ ὁ Κλέαρχ τὸ μέσον &c. tandem ſubjungit ἀλλ' ὅμως ὁ Κλέαρχ &c.

5 Ἐλθόντων μὲν γὰ Περσῶν &c.] Juſſu Darii Hyſtaſpis f. qui vires ſuas omnes in debellandâ Græciâ experiri ſtatuerat; atque

" αὐτοῖς [1] παμπληθεῖ στόλῳ ὡς ἀφανιόντων τὰς Ἀθήνας, [2] ὑπο-
" σῆναι αὐτοῖς Ἀθηναῖοι τολμήσαντες, ἐνίκησ[c] αὐτούς. [3] Καὶ
" εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν [4] κατακάνοιεν τῶν πολε-
" μίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ [5] ἔιχον
" ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς καθ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν·
" ἃ ἔτι καὶ νῦν καθύουσιν. Ἐπειτα [6] ὅτε Ξέρξης ὕστερον ἀγείρας

" exercitu *eo* venirent *consilio*, ut Athenas delerent, ausi Athe-
" nienses ipsis resistere, eos vicerunt. Cùmque votum Dianæ fe-
" cissent, quot hostes occiderint, tot se *illi* deæ capras macta-
" turos, quia satìs multas invenire non poterant, visum est iis
" quotannis quingentas mactare: atque hoc etiam tempore *non-*
" *nullas* immolant. Pòst deinde cùm Xerxes coacto illo innume-

adeò adversùs Eretriam & Athenas cum ingenti exercitu duces misit Datin & Artaphernem: qui tamen ab Athenienſibus profligati sunt, anno ante æram Christianam 490. ante res gestas, de quibus hìc agitur, 89. Vide *A. Gell.* l. 17. c. 21. & ibi notata. Quâ de victoriâ lege *Herodot.* l. 6. c. 112. & seq. *C. Nep.* de Miltiade sect. 5 & seq. *Justin.* l. 2. c. 9. & *Agath.* l. 2. p. 46. edit. Par.

1 Παμπληθεῖ στόλῳ ὡς &c.] *Suidas*: Παμπληθεῖς, πάνυ πολλάς. Pro ἀφανιόντων libri quidam perperam ἀφανιστῶντων. *Thomas Magister*: Ἀφανίζεται, ἀντὶ τοῦ ἀπόλλυται καὶ φθείρεται παντελῶς· ἀφανίζεται, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀφανὴς ἐπὶ καιρὸν γίνεται.

2 Ὑποσῆναι αὐτοῖς] Eundem isti verbo casum tribuit *Histor. Gr.* l 7. sub fin. — ὡς τοῖς ἀπιενοημόνοις ἀδεὶς ἂν ὑποσταίη. Tam accusativum quàm dativum addit *Euripid.* Herc. Fur. v. 1349, 1350.

Ταῖς συμφοραῖς γὰρ ὅσοις ἐχ ὑφίστατα,
Οὐδ' ἀνδρὸς ἂν δυνατὸ' ὑποσῆναι βέλος.

Ubi vide sis quæ notavit *Barnesius*.

3 Καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι &c.] Cognomento Ἀγροτέρᾳ. De voto illo alii paulò aliter. *Scholiastes* ad *Aristoph.* Ἱππ. v. 657. Καλλίμαχος, (de quo *Herodotus* l. 6. c. 111.) ὁ πολέμαρχος, λέγεται εὐξασθαι τῇ Ἀρτέμιδι τοσαύτας βοῦς θύσειν, ὅσους ἂν φονεύσῃ βαρβάρους ἐν Μαραθῶνι. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐφονεύθησαν, μὴ δυνάμενος τοσαύτας βοῦς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. Alluſit nimirum, loco citato, Comicus ad votum, cujus hìc meminit Xenophon. Ejusdem meminit etiam *Agathias* lib. 2. p. 46. Edit. Pariſ. Ταῦτά τοι καὶ ἠσθῶντο ἀνακρούτῳ ὑπὸ Μιλτιάδῃ οἱ Μῆδοι. Τοσοῦτοι γὰρ αὐτῶν ἐν τῷδε ἔργῳ ἀνῃρηντο, ὥστε ἀμέλει καὶ τὴν μάχην τὴν Ἀθηναίων· λέγεται γὰρ ὅτι, χιμαίρας ἰσαρίθμους τῶν ἀπολομένων δυσμενῶν Ἀρτέμιδι θύσειν ἀπειλήσαντας, ἐς τοσοῦτον ἴλεω ἐυτυχεῖν τῇ ἀγροτέρᾳ, ὡς ἀπώναδε τὴν εὐημελίας, ἐς ὅσον μὴ οἷός τε γένεσθαι τὸ χαριστήριον ἀποτίσαι, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν θυομένας ἔτι τὰς αἰγας, καὶ τοὺς ἀντίδοσιν μὴ δύνασθαι. Adde *Plutarch.* περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθ. p. 862. *Ælian.* H. V. l. 2. c. 25.

4 Κατακάνοιεν] Leguntur etiam κατακαίνοιεν & κατακτάνοιεν. Sed rectè se habet scriptura vulgata.

5 Ἐπεὶ οὐκ εἶχον &c.] Vide p. 128. n. 5. *Herodot* l. 6. c. 117. Ἐν ταύτῃ τῇ τῶν Μαραθῶνι μάχῃ ἀπέθανον τῶν βαρβάρων καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι ἄνδρες. *Justin.* l. 2. c. 9. *Ducenta millia Persæ eo prælio, sive naufragio, amisêre.*

6 Ὅτι Ξέρξης ὕστερον &c.] Anno *scil.* ante æram Christianam 480. decimo post pugnam

"τὴν ἀναρίθμητον στρατιὰν ἦλθεν ἐπὶ τὴν Ελλάδα, καὶ τότε ἐνί-
"κων οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι τὰς τούτων προγόνους, καὶ κατὰ γῆν
"καὶ κατὰ θάλατταν. Ων ἐστι μὲν τεκμήρια ὁρᾶν [1] τὰ τρόπαια,
"μέγιστον δὲ μαρτύριον ἡ ἐλευθερία τῶν πόλεων, ἐν αἷς ὑμεῖς
"ἐτράφητε καὶ ἐτέθητε· οὐδένα γὰρ ἄνθρωπον δεσπότην, [2] ἀλλὰ
"τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. Τοιούτων μέν ἐστε προγόνων. Οὐ μὰ δὴ
"τοῦτό γε ἐρῶ, ὡς ὑμεῖς καταισχύνετε αὐτούς· ἀλλ' οὔπω
"πολλαὶ ἡμέραι, [3] ἀφ' ἧς ἀντεταξάμεθα τούτοις τοῖς ἐκεί-

"rabili exercitu in Græciam profectus esset, tum quoque majo-
"res nostri horum majores terrâ marique vicerunt. Quarum
"quidem *victoriarum* est certa videre indicia, *quæ tum posita sunt*
"tropæa; maximum verò testimonium *est* libertas civitatum, in
"quibus nati estis & educati: neque enim hominem ullum *tanquam*
"dominum, sed deos adoratis. Hujusmodi majoribus *prognati*
"estis. Nec id sanè dixerim, vos eis dedecori esse: enimverò
"necdum multi dies *abiêre*, cùm hos illorum posteros instructâ

nam Marathoniam suprà modò memoratam. In numero Xerxis copiarum tradendo veteres auctores non consentiunt. Vide sis *Herodot.* l. 7. c. 60 & seq. *Isocrat.* Panathen. p. 242. *Diodor. Sic.* l. 11. p. 3. *Plin.* N. H. l. 33. c. 10. *Justin.* l. 2. c. 10. alios. Hujus & victoriæ meminit *Agathias* loco cit. necnon *A. Gellius*. His adde *Isocrat.* Panegyr. p. 58. edit. H. Steph. *Q. Curt.* l. 3. c. 10. Athenienſium concionem apud *Thucyd.* l. 1. fere medio.

1 Τὰ τρόπαια &c.] *Phavorin.* Ἐστι ἓν τροπαῖον, ὃ ἐν ταῖς νίκαις οἱ παλαιοὶ ἐποίουν τοῖχον ἢ λίθον μέγαν ἱστάντες, καὶ χαράττοντες ἐν τούτῳ ἃ κατὰ τῶν ἀντιπάλων ἔργα διεπράξαντο· καλεῖται δὲ τρόπαιον (hunc enim ei recentiores adpingunt accentum) ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῇ τροπῇ τῶν ἐχθρῶν γίγνεσθαι. De tropæis vidi *Archæol. Gr.* l. 3. c. 12. *Valer. Maxim.* l. 5. c. 3. *Lucet Marathon Persicis tropæis: Salamis & Artemisium Xerxis naufragia numerantur.* C. Nep. in vitâ Themist. *Sic unius viri* (Themistoclis) *prudentiâ Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria,* (à Xerxe reportata) *quæ cum Marathonio posit comparari tropæo.*

2 Ἀλλὰ τοὺς θεούς &c.] Deficit μόνον: quâ de ellipsi scripsimus p. 168. n. 2. Tangit autem reges adorandi morem apud Persas usu receptum, de quo paucis egimus *Dissert.* II. κ. π. præmissæ p. 50.

3 Ἀφ' ἧς &c.] *Scil.* χρόνος. Similis exstat in articulo postpositivo (relativo potiùs) synthesis generis & numeri, Philip III. 20. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ &c. Vide etiam Rom. IX. 23, 24. XI. 14. Galat. IV. 19. De victoriâ, quam hìc loci respicit, lege p. 104 & seq. Solent autem duces tum pristinæ ipsorum virtutis, tum hostium ignaviæ suos admonere. Sic Phormio apud *Thucyd.* l. 2. haud ità longè à fine, — πολὺ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε ἢ πίστιν, κατά τε προγενικηκέναι, καὶ &c. Scipio apud *Liv.* l. 21. c. 40. *Nè genus belli, néve hostium ignoretis, cum iis est vobis, milites, pugnandum*

"νων ἐπιγόνοις, πολλαπλασίως ὑμῶν αὐτῷ ἐνικᾶτε σὺν τοῖς
"θεοῖς. Καὶ τότε μὲν δὴ περὶ τῆς Κύρου βασιλείας ἄν-
"δρες ἦτε ἀγαθοί· νυῦ δ', ὁπότε περὶ τῆς ὑμετέρας σωτη-
"ρίας ὁ ἀγὼν ὅδι, πολὺ δήπου ὑμᾶς προθύμους καὶ ἀμύ-
"νονας καὶ προθυμοτέρους εἰκὸς ἐστι· ἀλλὰ μὴν καὶ θαῤῥαλεω-
"τέρους νυῦ πρέπει εἶναι πρὸς τοὺς πολεμίους. Τότε μὲν γὰρ
"ἄπειροι ὄντες αὐτῷ, τό, τε πλῆθος ἄμετρον ὁρῶντες, ὅ-
"μως ἐτολμήσατε [1] σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι ἰέναι εἰς αὐ-
"τούς· νυῦ δ', ὁπότε καὶ πεῖραν ἤδη ἔχετε αὐτῷ, ὅτι δέ-
"λουσι καὶ πολλαπλάσιοι ὄντες μὴ δέχεσθαι ὑμᾶς, τί ὑμῖν
"ἔτι προσήκει τούτους φοβεῖσθαι; Μηδὲ μέντοι τοῦτο μεῖον
"δόξητε ἔχειν, εἰ [2] οἱ Κυρεῖοι, πρόσθεν σὺν ὑμῖν τεταγμένοι,

"acie adgressi, deorum ope multò, quàm vos essetis, plures fu-
"perâstis. Atque id quidem temporis *inito* pro Cyri regno *certa-*
"*mine* viri fortes eratis: nunc autem, cùm de salute vestrâ cer-
"tamen sit *propositum*, multò certè & meliores vos & alacriores
"esse par est; imò verò adversùs hostes etiam fidentiores jam
"esse decet. Illo enim tempore, cùm nullum *virtutis* eorum pe-
"riculum feciſsetis, ac immensam *eorum* multitudinem vidisſetis,
"nihilominùs patrio spiritu pergere adversùs eos ausi estis: nunc
"cùm experimento etiam deprehenditis, ipsos, tametsi numero
"vos longè superent, impetum vestrum sustinere nolle, cur vos
"deceat eos adhuc metuere? Enimverò nec *ideò* vos deteriore
"loco esse putetis, quòd Cyriani, priùs à vestris partibus stan-

*quos terrâ marique priore bello vicistis: à quibus* &c. Consule etiam K. Π. p. 242. n. 1. *Justin.* l. 6. c. 4. cum notâ *Bernec.* ad ista: *Sed victis adversùs paulò antè victores nec animus, neque vires pares fuêre.*

1 Σὺν τῷ πατρίῳ φρονήματι &c.] I. e. elatos spiritus gerentes, patriâ vestrâ dignos.

2 Οἱ Κυρεῖοι &c.] In MSto Eton. atque editis legitur *οἱ κύριοι*; quod scripturæ vitium perspexit *Leunclavius*, monuítque adeò reponendum Κυρεῖοι: *scil.* Cyriani, Cyrianarum partium Persæ, Ariæus & alii, de quibus p. 151 & 170. Eâdem formâ dixit p. 103. Κυρεῖον στρατόπεδον. l. 7. περὶ δὲ Κυρείᾳ στρατεύματος. *Histor. Gr.* l. 3. ferè medio, Κυρεῖον στράτευμα, & suprà paulò, ὁ τῶν Κυρείων πρωτοστάτης —

"νῦν ἀφεσήκασιν· ἔτι γὰρ ἔστοι κακίονές εἰσι τ̃ ὑφ' ἡμῶν ἡττη-
"μένων· ἔφυγον οὖν πρὸς ἐκείνους, καταλιπόντες ὑμᾶς. Τὸς
"δ' ἐθέλοντας φυγῆς ἄρχειν, πολὺ κρεῖττον σὺν τοῖς πολεμίοις
"παρομμύας, ἢ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ τάξει, ὁρᾶν. Εἰ δέ [1] τις αὖ
"ὑμῶν ἀθυμεῖ, ὅτι ὑμῖν μὲ οὐκ εἰσὶν ἱππεῖς, τοῖς δὲ πολεμίοις
"πολλοὶ πάρεισιν, ἐνθυμήσθε ὅτι οἱ μύριοι ἱππεῖς οὐδὲν
"ἄλλο, ἢ μύριοι ἄνθρωποι εἰσίν· ὑπὸ μὲ γὰρ ἵππου ἐν μά-
"χῃ οὐδεὶς πώποτε ἔτε δηχθεὶς ἔτε λακτισθεὶς ἀπέθανεν· οἱ δ'
"ἄνδρες εἰσὶν οἱ ποιοῦντες ὅ, τι ἂν ἐν ταῖς μάχαις γίγνηται.
"[2] Οὐκοῦν τῶν γε ἱππέων πολὺ ἡμεῖς ἐπ' ἀσφαλεστέρᾳ ὀχή-
"ματι ἐσμέν· οἱ μὲν γὰρ ἐφ' ἵππων κρέμανται, φοβοῦ-
"μενοι οὐχ ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ καταπεσεῖν· ἡμεῖς δὲ
"[3] ὀπὶ τ̃ γῆς βεβηκότες, πολὺ μὲ ἰσχυρότερον πάσομεν, ἤν
"τις προσθοίη, πολὺ δὲ ἔτι μᾶλλον ὅτου ἂν ἐθέλωμεν τυχόν-

"tes, jam defecerint: nam illi etiam his ignaviores ſunt, quos
"ipſi vicimus: nobis igitur relictis, ad hos fugerunt. At eos,
"qui facere fugæ initium velint, multò melius *eſt* in hoſtium or-
"dinibus, quàm acie noſtrâ, videre. Quòd ſi quis veſtrûm ani-
"mum demittat, *propterea* quòd nobis non ſint equites, hoſtibus
"multi adſint, cogitetis *velim* equites decem mille nihil eſſe
"aliud, niſi decem mille homines; nam ab equo nemo unquam
"vel morſu ſaucius vel calce cæſus in prælio periit: at viri ſunt,
"qui, in pugnis quod fiat, *id omne* gerant. Atqui nos multò,
"quàm equites, tutiore utimur vehiculo: nam illi in equis pen-
"dent, non tantùm nos metuentes, ſed illud etiam, nè deci-
"dant: nos terræ innixi multò vehementiùs feriemus, ſi quis
"accedat, ac multò etiam magìs id, quod voluerimus, adtinge-

1 Τις αὖ —— ἐνθυμήθητε] Adi p. 100. n. 2. & de tranſitione à ſingulari ad pluralivum numerum p. 96. n. 4.

2 Οὐκοῦν] *Suidas*: Οὔκουν· ἐδαμῶς. Οὐκοῦν ᾖ, συλλογιστικὸς σύνδεσμος.

3 Ἐπὶ τ̃ γῆς βεβηκότες,] I. e. *terræ firmiter hærentes*: quæ pulchrè quidem & ſignificanter præcedentibus opponuntur iſtis, ἐφ' ἵππων κρέμανται.

"μεθα. Ενὶ μόνῳ ϖεθέχθσιν ἡμᾶς οἱ ἱππεῖς· φθύγειν αὐ-
"τοῖς ἀσφαλέσερόν ϛιν, ἢ ἡμῖν. [1] Εἰ δὲ δὴ τὰς μὲν μά-
"χας ϑαῤῥεῖτε, ὅπ ὀ᾽ ὀκέπ ἡμῖν Τισσαφέρνης ἡγήσεται, ὀδὲ
"βασιλεὺς ἀγορὰν πρέξει, τῶτο ἄχθεσθε, σκέψασθε πότε-
"ρον κρεῖπον, Τισσαφέρνεω ἡγεμόνα ἔχειν, ὃς ἐπιβουλεύων
"ἡμῖν φθνερός ϛιν, ἢ ὃς ἂν ἡμεῖς ἄνδρας λαβόντες ἡ-
"γεῖσθαι κελεύωμεν· οἳ εἴσονται ὅπ, ἢν τι ϖερὶ ἡμᾶς ἁ-
"μαρτάνωσι, ϖερὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς κ᾽ τὰ σώματα ἁμαρ-
"τάνσι. Τὰ ὀ᾽ ἐπιτήδεια ϖότερον ὠνεῖσθαι κρεῖπον ἐκ
"τῆς ἀγορᾶς, ἧς ὅτοι πρεῖχον, μικρὰ μέτρα ϖολλοῦ ἀρ-
"γυρίου, μηδὲ τῶτο ἔπ ἔχοντας αὐτοὺς λαμβάνειν· ἢ, ἢνπερ
"κρατῶμεν, μέτρῳ χρωμένους ὁπόσῳ ἂν ἕκασος βέληται.
"Εἰ δὲ ταῦτα μὲν γιγνώσκετε ὅπι οὕτω κρεῖπον, [2] τοὺς δὲ

"mus. Unâ tantùm re nobis præſtant equites: ipſis tutiùs *licèt*,
"quàm nobis, fugere. Quòd ſi ad pugnas firmis quidem ani-
"mis eſtis, ſed illud vobis grave eſt, quod non ampliùs vobis
"dux viæ erit Tiſſaphernes, neque rex forum rerum venalium
"præbiturus eſt, conſiderate utrùm ſatius ſit, Tiſſaphernem
"ducem habere, qui nobis palàm inſidiatur, an eos, quos ipſi
"delectos duces eſſe juſſerimus; qui ſe intelligent, ſi quid in nos
"delinquant, in animos ipſorum ac corpora delinquere. *Conſide-*
"*rate* etiam utrùm commeatum emere ſatius ſit ex foro, quod
"hi ſuppeditabant, parvas *nimirum* menſuras multo argento,
"cùm *præſertim* unde hoc ſumamus jam ampliùs non habeamus;
"an, victoriâ ſi quidem potiamur, uti menſurâ, quantâ quiſque
"velit. Quòd ſi intelligitis hæc meliùs ità ſe habitura, verùm

1 Εἰ δὲ δὴ τὰς &c.] *Thom. Magiſter*: Θαῤῥῶ, Ἀτθικοὶ, ὁ θαρσῶ· ὅτως θαῤῥῶ, ἐὰ μὲν ἀντὶ τῦ ἐλπίζω ἐσὶ, δοτικῇ συνπάσσεται· εἰ δὲ ἀντὶ τῦ τολμῶ, αἰτιαλικῇ. *Phavorin.* Λέγεται δὲ θαῤῥῶ ἀντὶ τῦ τολμῶ εἰσελθεῖν εἴς τι· οἷον, θαῤῥῶ τὴν μάχλω, ἀντὶ τῦ τολμῶν εἰσέρχομαι τλὼ μάχλω. Plenè Noſter dixerit, Εἰ ἦ δὴ εἰς τὰς μὰ μάχας ἰόντες θαῤῥεῖτε. Vide p. 186. n. 4. & K. Π. p. 644. n. 2.

2 Τὰς ἦ ποταμὸς ἄπορον] *Scil.* χρῆμα. Lege ſcripta de hâc ellipſi p. 139 n. 3. Eandem adhibent Latini. *Triſte lupus ſtabulis — Dulce ſatis humor*, — I. e. *Triſtis res*: *dulcis res*, uti *Servius* ad *Virg.* ecl. 3. v. 80, 82.

"πόλαμὸς ἄπορον νομίζετε εἶναι, ἢ μεγάλως ἡγεῖσθε ἂν διαβάντες, σκέψασθε εἰ ἄρα τοῦτο καὶ μωρότατον πεποιήκασιν οἱ βάρβαροι. Πάντες μὲν γὰρ οἱ πόλαμοι, ἢν πρόσω τῶν πηγῶν ἄποροι ὦσι, προϊοῦσι πρὸς τὰς πηγὰς διαβατοὶ γίγνονται, οὐδὲ τὸ γόνυ βρέχοντες. [1] Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ διήσονται, ἡγεμών τε μηδεὶς φανεῖται, ἀλλ' ὡς ἡμῖν γε ἀθυμητέον. Ἐπισταίμεθα γὰρ Μυσοὺς, οὓς οὐκ ἂν ἡμεῖς φαίημεν βελτίους εἶναι, [2] οἳ βασιλέως ἄκοντος ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ "πολλάς τε καὶ μεγάλας καὶ εὐδαίμονας πόλεις οἰκοῦσιν· [3] ἐπι-

"esse flumina *quiddam*, trajici quod nequeat, existimatis, atque "ea vos trajecisse magnæ vobis esse fraudi ducitis, considerate "annon illud *ipsum* stultissimè barbari fecerint. Omnes enim "fluvii, etiamsi procul à fontibus *suis* transiri nequeant, *tamen* ab "iis, qui ad fontes *ipsos* progrediuntur, *sic* transiri possunt, *ut* "nè genu quidem madefaciant. *Jam* verò si neque flumina *nos* "transmissura sunt, & dux nullus compareat, tamen nè sic "quidem animum despondere debemus. Scimus enim Mysos, "quos dicere nobis præstantiores non possumus, invito rege in "ipsius ditione multas & amplas & opulentas urbes incolere; Pi-

1 Εἰ δὲ μήθ' οἱ ποταμοὶ &c.] *Muretus* Var. lect. l. 18. c. 15. legendum censet, Εἰ δ' μήθ' οἱ ποταμοὶ διείρξουσιν, ἡγεμὼν δὲ &c. ut sit sententia, "Quod si videtis fore, ut nè flumina quidem itineri nostro obstatura sint, "sed illud veremini, nè dux itineris nullus "existat, nè sic quidem animis concidere "debemus. Cur autem sic quoque benè "sperare debeant, statim subjicit. Sed ità "legendum, ut dixi, constare opinor ex "iis, quæ antecesserunt: sunt enim illa "planè his gemina." Εἰ δὲ ταῦτα μὲν γιγνώσκετε, ὅτι ἔτω κρεῖττον, τὸν δ' ποταμὸν ἄπορον νομίζετε εἶναι — & paulò suprà: Εἰ δὲ δὴ πᾶς μὲν μάχας διαφεύγετε, ὅτι οὐδ' ἐκεῖνοι ἡμῖν &c. Ipse malim vulgatam lectionem retinere, cùm propter librorum omnium auctoritatem, tum propter ea, quæ statim sequuntur; hæc enim est Xenophontis sententia: Etiamsi flumina transitum denegaverint, nec dux Græcis adfuerit, tamen nè sic quidem debere eos animis concidere; cùm Mysi aliique, ipsis neutiquam virtute præstantiores, etiam invito rege, sedes ejus intra imperii terminos fixerint incoluerintque, opulentâ satis rerum omnium copiâ potiti.

2 Οἳ βασιλέως ἄκοντος &c.] MS. Eton. οἳ ἐν βασιλέως χώρᾳ ἄκοντος. Minùs, opinor, librario placuit vocis βασιλέως repetitio. Sed nomen loco pronominis iteratum jam suprà legimus p. 28. n. 3. p. 90. n. 5. Confer Joh. IV. 1.

3 Ἐπισταίμεθα δὲ Πισίδας] Similiter locutione hâc usus est p. 160. οἶδα δὲ κὴ Πισίδας· ex præcedentibus supplendâ.

"σάμεθα δὲ Πεισίδας ὡσαύτως· Λυκάονας δὲ καὶ αὐτοὶ
"εἴδομεν ὅτι, ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες, τὴν
"τότε χώραν καρπῶνται. Καὶ ἡμᾶς δ' [1] ἂν φαίην ἔγω-
"γε χρῆναι μήπω φανερὸς εἶ) οἴκαδε ἀφορμηθέντας, ἀλλὰ
"κατασκευάζεσθαι, ὡς ἀπ' αὐτοῦ που οἰκήσοντας. Οἶδα γὰρ ὅτι
"καὶ Μυσοῖς βασιλεῖς πολλοὺς μὲν ἡγεμόνας ἂν δοίη, πολ-
"λοὺς δ' ἂν ὁμήρους τῷ ἀδόλως ἐκπέμψειν· καὶ ὁδοποιή-
"σειέ γ' ἂν αὐτοὺς, καὶ εἰ σὺν [2] τεθρίπποις βέλοιντο ἀπέ-
"ναι. Καὶ ἡμῖν γ' ἂν οἶδ' ὅτι [3] πεισάμενος ταῦτα ἐποίει,
"εἰ ἐώρα ἡμᾶς μένειν [4] παρασκευαζομένους. Ἀλλὰ γὰρ δέδοι-
"κα μὴ, ἂν ἅπαξ μάθωμεν ἀργοὶ ζῆν, καὶ ἐν ἀφθόνοις βιο-

"sidas itidem *urbes ibidem incolere* scimus: Lycaonas ipsi etiam
"vidimus, cùm in campis loca munita occupârint, illius agri
"fructus percipere. Atque equidem dixerim nondum debere
"nos præ nobis ferre domum proficiscendi impetum, sed *res no-*
"*stras* componere, quasi hìc alicubi domicilia collocare velimus.
"Scio enim regem Mysis duces multos daturum esse, multos ob-
"sides sine fraude se *eos* dimissurum: imò etiam viam ipsis mu-
"niret, etiamsi *vel* in quadrigis discedere vellent. Nobis quoque
"hæc *ipsa*, *sat* scio, libentissimè præstaret, si nos videret *ità* nos-
"met parare, *quasi* mansuri *hìc* essemus. Verùm enimverò me-
"tuo nè, si semel laboris expertes agere, & copiosè victitare

1 Ἂν φαίην] *Stephanus* haud immeritò legendum suspicatus est φαίην pro ἔφην hactenus vulgato. Eundem modum paulò suprà adhibuit, ἃς οὐκ ἂν φαίημεν ——

2 Τεθρίπποις] *Scil.* ἅρμασι. Plenè *Euripid.*

Εἰ τὰ τέθριππά γ' ἐς ἅρματα λεύσσων
Αελίου, —— *Phœniss.* v. 1555.

3 Τεισάμενος] Non agnoscit *Constantinus*: in exemplum *Stephanus* locum hunc Xenophontéum adducit; præterea, nullum. De hoc speciatim composito, quod generatim protulit *Demetr. Phal.* sect. 92. dici possit, Ἔξει μέντοι τὸ σωθὲν ὄνομα ὁμοῦ καὶ ποιη-

λίαν πικὰ ὂν τὸ σωθέντος· ἐκ μέσου δὲ, καὶ ἅμα καὶ σωτομίαν πινὰ, &c. Felices certè quidem à laude nominum verborúmque compositorum Græci sunt ὁι τὸ ἔξω scriptores: ter & ampliùs felices auctores sacri. Exempla suppeditat Clar. *Blackwallus*, ὁ μακαρίτης, *Classic. Sacr.* v. 1. p. 198 & seq.

4 Παρασκευαζομένους.] Sic suprà modò κατασκευάζεσθαι reciprocam, ut media solent verba, significationem habet, atque adeò respuit pronomen reciprocum: quod malè vulgares edit. verbo ἀντιπαρασκευάζεσθε adscripserunt apud K. Π. p. 417.

"τθύειν, ἢ Μήδων δὲ ἢ Περσῶν καλαῖς ἢ [1] μεγάλαις γυ-
"ναιξὶ ⟨c⟩ παρθένοις ὁμιλεῖν, [2] μὴ, ὥσπερ οἱ λωτοφάγοι, ἐπιλα-
"θώμεθα τ οἴκαδε ὁδοῦ. Δοκῇ οὖν μοι εἰκὸς ἢ δίκαιον εἶ), πρῶ-
"τον εἰς τ Ἑλλάδα ἢ πρὸς τοὺς οἰκείους πειρᾶσθαι ἀφικνεῖσθαι·
"ἢ ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ἐκόντες [3] πένον), ἄξιον αὐτοῖς,
"τοὺς νῦν οἴκοι [4] ἀκλήρους πολιτεύοντας ἐνθάδε κομισαμένους,
"πλουσίους ἰδεῖν. Ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες, πάντα ταῦτ' ἀγαθὰ δη-

"discamus, atque etiam Persarum & Medorum pulchris proce-
"risque mulieribus ac virginibus familiariter uti, quemadmo-
"dùm *solent* lotophagi, suscipiendi in patriam itineris obliviscа-
"mur. Quamobrem consentaneum & æquum mihi esse videtur,
"primùm ut in Græciam & ad propinquos redire conemur; ac
"Græcis ostendamus suâ *ipsos* sponte pauperes esse, cùm liceat
"iis, huc si deduxerint eos qui domi jam vitam agunt inopem,
"opulentos videre. Sed enim, viri, hæc omnia bona sunt eo-

1 Μεγάλαις &c.] Adi K. Π. p. 315. n. 3.

2 Μὴ, ὥσπερ οἱ λωτοφάγοι &c.] Ecce iterum particula negativa, præ σωφρονείαι studio sententiæ repositа! Simili repetitione, post impeditum nonnihil orationis cursum, passim utuntur auctores. *Virgil.* Æneïd. 9. v. 210 & seq.

*Sed si quis (quæ multa vides discrimine tali)*
*Si quis in adversum* &c.

*Cicer.* 19. epist. l. 2. *verebar nè id ità caderet, (quod etiam nunc vereor) nè antequam tu* &c. Cæterùm Xenophonti animo obversata est Homerica narratio, *Odyss.* ι'. v. 83 & seq.

—— αὐτὰρ ἐγώτη ἐπέσημεν
Γαίης Λωτοφάγων, οἵ τ' ἄνθινον εἶδαρ ἔδουσιν.

Mox,

Οἵσί' αἴψ' οἰχόμενοι μίγεν ἀνδράσι Λωτοφάγοισιν·
Οὐσί' ἄρα Λωτοφάγοι μήδονθ' ἑτάροισιν ὄλεθρον
Ἡμιτέροις, ἀλλά σφι δόσαν λωτοῖο πάσασθαι.
Τῶνσί' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν,
Οὐκ ἔτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν, οὐδὲ νέεσθαι·
Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.
Τοὺς μὲν ἐγὼν &c.

*Plin.* N. H. l. 13. c. 17. *Eadem Africa, quæ vergit ad nos, insignem arborem loton gerit — tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.* Vide sis etiam quæ ad *Quinctil.* l. 5. c. 8. notavit celeb. *Burmannus.*

3 Πένονται· ἄξιον &c.] *Hesych.* Πένεται, πονεῖ, ἐνεργεῖ, ἀχρηματεῖ, κάμνει. *Phavorin.* Πένομαι, πένης εἰμί. De particip. ἄξιον vide p. 164. n. 3.

4 Ἀκλήρους πολιτεύοντας] *Hesych.* Ἀκλήρῳ, μὴ ἔχοντι κλῆρον μήτε οὐσίαν, ἤτοι πτωχῷ. Respexit, opinor, Homeri *Odyss.* λ'. v. 489.

Ἀνδρὶ πάρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη.

Porrò, πολιτεύοντας denotat hic (non eos, *qui rempublicam administrant, magistratu funguntur*, sed) privatos, *qui in republicâ versantur*, & ejus legibus ac institutis vivunt. *Thucyd.* l. 2. ferè medio: Ἄθλα γὰρ οἷς κεῖται ἀρετῆς μέγιστα, τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι, *i. e. in horum etiam civitate viri præstantissimi versantur.* Idem l. 4. propiùs fin. πρὸς τοὺς ἐμπολιτεύοντας σφῶν αὐτῶν, i. e. —— *qui illîc degebant.* Hesych. Πολιτεία, ἡ πόλις ἢ βίος.

"λθνόπ [1] τῶν κρατούντων ὄξί. [2] Τῦτο δὴ δεῖ λέγειν, πῶς ἂν
"πορευοίμθά τε ὡς ἀσφαλέσατα, καὶ, εἰ μάχεσθαι δέοι, ὡς
"κρᾶτισα μαχοίμεθα. Πρῶτα μὲν τοίνυν, ἔφη, δοκῇ μοι
"καταλαῦσαι τὰς ἁμάξας, ἃς ἔχομεν· ἵνα μὴ [3] τὰ ζεύ-
"γη ἡμῶν στρατηγῇ, ἀλλὰ πορευώμεθα ὅποι ἂν τῇ στρα-
"τιᾷ συμφέρῃ· ἔπειτα καὶ τὰς σκηνὰς συγκαταλαῦσαι.
"Αὗται γὰρ αὖ [4] ὄχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν, σωωφελῦ-
"σι δὲ φόδὲν οὔτε εἰς τὸ μάχεσθαι, ὅτ' εἰς τὸ τὰ ἐπιτήδεια
"ἔχειν. Επ δὲ τῶν ἄλλων σκευῶν τὰ φορτὰ ἀπαλλάξω-
"μεν, πλὴν ὅσα πολέμου ἕνεκεν, ἢ σίτων, ἢ ποτῶν ἔχο-
"μεν· ἵν' ὡς πλεῖστοι ὦμεν ἡμῶν [5] ἐν τοῖς ὅπλοις ὦσιν, ὡς ἐλά-
"χιστοι δὲ σκευοφορῶσι. [6] Κρατυμένων μὲν γὰ ὅπίσαθε ὅπ

"rum utique qui vincunt. De eo jam dicendum, quo pacto quàm
"tutiſſimè profecturi ſimus, ac, ſi prælio decertandum ſit, quàm
"optimè prælium ineamus. Itaque primùm plauſtra, quæ habe-
"mus, comburenda cenſeo; *nè ſarcinaria* nobis imperent vehi-
"cula, ſed quocunque exercitui conducat, pergamus: deinde
"etiam tabernacula unà comburenda. Nam horum item vectu-
"ra negotium nobis faceſſit, neque quidquam vel ad pugnam,
"vel ad commeatum comparandum adjumenti adferunt. Præ-
"tereà in vaſis reliquis quæ ſupervacanea ſunt amoveamus, excep-
"tis iis, quæ ad belli, vel cibi, vel potûs uſus habemus: ut quàm
"plurimi noſtrûm inter armatos ſint, quàm pauciſſimi impedi-
"menta vehant. Nôſtis enim omnia, victi quibus potiantur,

1 Τῶν κρατούντων ἐσί.] Vide p. 115. n. 1. & K. Π. p. 110. & p. 260. n. 2.

2 Τῦτο δὴ] *Stephanus*: Fortaſſis δὲ ſcribendum eſt.

3 Τὰ ζεύγη ἡμῶν στρατηγῇ,] Locutio haud ità diſſimilis iſti, quâ uſus eſt p. 129. ἢ ὃ τύχη ἐστρατήγησε κώλλιον.

4 Οχλον μὲν παρέχουσιν ἄγειν,] Pro — σὺν τῷ ἄγεσθαι. Similiter ſuprà p. 142. vim paſſivam verbo συνεργητικῷ tribuit: ubi vide ſcripta n. 4.

5 Εν τοῖς ὅπλοις] Vide p. 125. n. 4.

6 Κρατυμένων γὰ &c.] Adi loca ſuprà paulò citata huj. p. n. 1. Perperam libri quidam exhibent articulum τὰ ante ἀλλότρια. Nos MStum Eton. & edit. *Steph.* ſequimur. Cum autem ἀλλότρια intelligas oportet ἐσί, quod paſſim deficit.

"πάντα ἄλλοτεια· ἢν δὲ κρατῶμεν, καὶ τὰς πολεμίους δεῖ
"σκευοφόρους ἡμετέρας νομίζειν. Λοιπόν μοι εἰπεῖν, ὅπῃ κῃ
"μέγιστον νομίζω εἶναι. [1] Ὁρᾶτε γὰρ καὶ τὰς πολεμίας, ὅτι ἐ
"πρόσθεν ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησε πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, [2] πρὶν τὰς
"στρατηγὰς ἡμῶν συνέλαβον, νομίζοντες, ὄντων μὲν τῶν ἀρχόν-
"των, κῃ ἡμῶν πειθομένων, ἱκανὰς εἶναι ἡμᾶς ἀφανίσαι τῷ
"πολέμῳ· [3] λαβόντας δ' τὰς ἀρχούσας, [4] ἀναρχίᾳ ἂν κῃ ἀταξίᾳ
"ἐνόμιζον ἡμᾶς ἁλῶναι. Δεῖ οὖν πολὺ μὲν τὰς ἀρχο-
"μένας ὑπηκοωτέρας εἶναι τοῖς νῦν [5] τῶν πρόσθεν, πολὺ
"δὲ τὰς ἀρχομένας εὐτακτοτέρας, καὶ πειθομένας μᾶλλον

"aliena *fieri*: atque adeò ſi vicerimus, hoſtes ipſos in illorum ha-
"bere loco debemus, noſtra qui vehant impedimenta. Reli-
"quum *eſt* ut de eo dicam, quod maximum eſſe arbitror: Vide-
"tis certè etiam hoſtes non ante bello nos auſos fuiſſe laceſſere,
"quàm duces noſtros comprehendiſſent; quippe qui exiſtima-
"bant, quamdiu duces *nobis* eſſent, ac nos *iis* pareremus, *fore ut*
"*hoſtibus* bello ſuperandis ſufficeremus: verùm ubi duces cepe-
"rint, nos eorum qui præeſſent orbitate ordinſque perturba-
"tione perituros arbitrabantur. Quamobrem præfectos jam
"*deſignatos* oportet iis, *quos* antehac *habuimus*, multò eſſe dili-
"gentiores, & milites ordinis multò obſervantiores, ac præ-

1 Ὁρᾶτε γὰρ τὰς &c.] De ſtructurâ vide p. 86. n. 3.

2 Πρὶν τὰς —— συνέλαβον] Vide p. 168. n. 1.

3 Λαβόντας &c.] *Muretus* legendum putavit λαβόντες, *ſcil.* οἱ πολέμιοι, cum νομίζοντες itidem paulò ſuprà intelligendi. Sed haud incommodè referri poteſt λαβόντας ad primum illud ſententiæ membrum, Ὁρᾶτε γὰρ καὶ τὰς πολεμίας, —— vel accipi pro λαβόντων *ſcil.* αὐτῶν, quod mavult *Stephanus*. Sic & alibi non rarò accuſativus officio genitivi abſoluti fungitur. Noſter *Hiſt.* Gr. l. 3. ferè medio: Δοξάντων δὲ πᾶσι καὶ ἁρπασθῆναι — Et K. Π. p. 387. Ἐπαῦξε δὴ τοῖα ὄντα τῶν &c. ubi vide quæ notavimus.

4 Ἀναρχίᾳ ἂν κῃ &c.] Particulam ἄν, quæ in editis deerat, ex MSto Eton. reſtitui: & eâ quidem reſtitutâ, non eſt cur ἁλῶναι in ἁλῶσαι mutemus; cùm aoriſto futuri temporis ſignificationem ἄν dare ſoleat. Vide p. 6. n. 2. & 158. n. 1. Eſt tamen eadem ubi vel ἐλλειπτικῶς ſupprimitur particula, utì notavimus p. 38. vel librariorum excidit incuriâ. Porrò, lege p. 200. n. 1.

5 Τῶν πρόσθεν,] Ità MS. Eton. In editis nonnullis legitur τῶ πρόσθεν.

"τοῖς ἄρχουσι νεῦ, ἢ κὴ πρόσθεν. Ην δέ τις ἀπειθῇ, ἢν φη-
"φίσησθε τὸν ἀεὶ ὑμῖν ἐντυγχάνοντα σὺν τῷ ἄρχοντι κολά-
"ζειν, ὅτως οἱ πολέμοι πλεῖσον ἐψευσμένοι ἔσονται· τῇδε
"γὰρ τῇ ἡμέρᾳ [1] μυρίους ὄψονται ἀνθ' ἑνὸς Κλεάρχου, τοὺς
"ὐδενὶ ὑπεξέφοντας κακῷ εἶ). Αλλὰ γὰρ ὡς πρόσεισιν [2] ἤδη
"ὥρα· ἴσως γὰρ οἱ πολέμοι αὐτίκα πάρεσοι). Ο, τι μὲν
"ἂν τούτων δοκῇ καλῶς ἔχειν, ὑπακούσατε ὡς τάχιστα, [3] ἵν'
"ἔργῳ περαίνητε. Εἰ δέ τις τι εἶδε τ' ἄλλων βέλτιον ἢ [4] ταύ-
"τῃ, τολμάτω κὴ [5] ὁ ἰδιώτης διδάσκειν· πάντες γὰρ [6] κοινῆς
"σωτηρίας δεόμθα."

"fectis magìs modò, quàm antehac, dicto *audientes*. Quòd ſi
"quis dicto non fuerit audiens, decreto à vobis facto ut qui-
"vis veſtrûm, qui fortè unquam adfuerit, *de eo* pœnas unà cum
"præfecto ſumat, ſic *demum* hoſtes maximè fruſtrà erunt: nam
"hoc ipſo die Clearchos ſexcentos pro uno conſpicient, nemini
"ut ignavus ſit conceſſuros. Sed jam tempus *eſt*, ut ad finem *hæc*
"perducamus: nam fortaſſis hoſtes mox aderunt. Et quidquid
"horum quidem rectè ſe habere videtur, quamprimùm ratum
"facite, ut re ipſâ perficiatis. Quòd ſi quis aliorum meliorem
"hâc aliquam rationem perſpexit, etiamſi privatus ſit *gregariúſ-*
"*ve miles*, *eam nos* docere audeat; omnes enim communis ege-
"mus ſalutis."

1 *Μυρίους*] Vide p. 122. n. 1.

2 *Ηδη ὥρα.*] Similiter p. 27. *ὥστε ὥρα λέγειν*: ubi vide notata. Et ſuprà paulò, *πάντα ἀλλότρια ſcil. ἐστί.*

3 *Ιν' ἔργῳ περαίνητε.*] Sic paſſim apud auctores *ἔργον λόγῳ* opponitur. *Leunclavius* rectiùs ſcribi putat *ἔργῳ περαίνητε. Εἰ δέ τις τι εἶδε* &c. Sed mutatione non opus eſt. Cæterùm, pro *Εἰ δέ τις τι εἶδε* &c. MS. Eton. dat *Εἰ δὲ τι ἄλλο βέλτιον ἢ* &c.

4 *Ταύτῃ,*] *Scil. ὁδῷ.* Scriptores autem in primis Attici vocem iſtam tanquam adverbium adhibent. *Phavorin. Καὶ τὰ ἐπιρρήματα γίνονται μὲ οὐ πάντων τῶν λόγου μερῶν· ὁ Αττικοὶ μὲν μάλιστα ἰδίως ταῦτα ποιοῦσιν ἀπὸ δοτικῆς ἐπικῶν θηλυκῶν ὀνομάτων, ὡς —— ταύτῃ, τὸ ὅτῳ. Euripid.* Oreſt. v. 781.

Ορ. Εὖ λέγεις· φεύγω τὸ δειλὸν τῇδε.

*Scholiaſtes*: *τὸ τῇδε ἀντὶ τοῦ ὅτως.*

5 *Ο ἰδιώτης*] Opponitur hìc, ut alibi ſæpè, *τῷ ἄρχοντι*. Sic *privatus* apud Latinos ei opponitur, *qui eſt cum poteſtate* ſeu *imperio*.

6 *Κοινῆς*] *Leunclavius* ſcribendum cenſet *κοινῇ*. Sed vulgata lectio ſatìs ſana videtur.

Μετὰ ταῦτα Χειρίσοφος εἶπεν, Αλλ' εἰ μέν τινος ἄλλου δεῖ πρὸς τούτοις, οἷς [1]λέγει Ξενοφῶν, καὶ αὐτίκα [2]ἔξεστι ποιεῖν· εἰ δὲ νῦν εἴρηκε, δοκεῖ μοι ὡς τάχιστα ψηφίσασθαι ἄριστον εἶναι· καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα. [3]Ανέτειναν ἅπαντες. Ανασὰς δὲ πάλιν εἶπε Ξενοφῶν· "Ω ἄνδρες, ἀκούσατε ὧν [4]προσδοκᾶν δοκῶ "μοι. [5]Δῆλον ὅτι πορεύεσθαι ἡμᾶς δεῖ, ὅπου ἕξομεν τὰ ἐπιτή- "δεια. Ακούω δὲ κώμας εἶναι καλὰς, ἃ πλεῖον εἴκοσι σταδίων ἀπε- "χούσας. Οὐκ ἂν δὴ θαυμάζοιμι, [6]εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ "δειλοὶ κύνες, τοὺς μὲ προϊόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, "τοὺς δὲ διώκοντας φεύγουσιν· εἰ καὶ αὐτοὶ ἡμῶν ἀπίοσιν ἐπακολου-

Poſt hæc Cheriſophus, Enimvero, inquit, ſi quid aliud neceſſarium ſit præter ea, quæ dixit Xenophon, ſtatim fieri poſſit: quæ verò jam protulit, quamprimùm decernamus optimum eſſe cenſeo; atque adeò cui probantur hæc, manum is tollat. Suſtulerunt omnes. Et Xenophon cùm iterum ſurrexiſſet, "Audite, inquit, "viri, quæ mihi expectanda videntur. Perſpicuum eſt eundum "nobis eſſe *ad ea loca*, ubi commeatum habituri ſimus. Ego verò "pulchros audio vicos eſſe, qui non plus viginti ſtadia hinc ab- "ſunt. Quare nihil mirer, ſi hoſtes, quemadmodùm timidi ca- "nes & inſectantur prætereuntes & mordent, ſi poſſint, perſe- "quentes fugiunt; ſi etiam iſti nos diſcedentes ſubſequan-

1 Λέγει] De temporum commutatione vide p. 2. n. 1. & ibi quæ adduximus ex *Ariſtide*: cujus exſtant verba Tom. 2. p. 529. edit. Oxon.

2 Εξεστι] *Mureius* mavult ἐξέσῃ. Sed vide p. 26. n. 3.

3 Ανέτειναν ἅπαντες.] Vide pag. 208. n. 2. Similiter ſine ullius particulæ vinculo mox infrà dicit: Εδοξε ταῦτα. Et Κ. Π. p. 556. προσπίπτουσι τοῖς τῶν δεχόντων γόνασι. Sic Joh. IV. 6. ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

4 Προσδοκᾶν δοκεῖ μοι.] *Phavorin.* Προσδοκᾶν, τὸ ἐλπίζειν ἀγαθὰ καὶ κακά. Sic & Latini de utriſque adhibent *expectare*. Cæterùm, pro δοκεῖ μοι, *Mureius* legit δοκῶ μοι, i. e. *quæ præſagire mihi videor*. Sed non audiendus eſt: intelligas oportet δεῖν ante προσδοκᾶν. Similis eſt locutio Κ. Π. p. 162. Ωδὲ μοι ἔδοξεν εἶπεν, ποιεῖν: & alibi ſæpé. Vide ſuprà p. 28. n. 1.

5 Δῆλον ὅτι] Adi p. 190. n. 1.

6 Εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ — εἰ καὶ αὐτοὶ] Pari modo Noſter particulam εἰ repetit in *Oeconom.* haud ità longè ab init. Οἶμαι δ' ἂν καὶ εἰ ἐπὶ πῦρ ἐλθόντος σου, καὶ μὴ ὄντος πυρὸς ἐμοῦ, εἰ ἄλλοσε ἡγησοίμην, &c. Adi p. 81. n. 1. & pag. 217. n. 2.

"θοῖεν. Ἰσως οὖν ἀσφαλέστερον ἡμῖν πορεύεσθαι [1] πλαίσιον
"ποιησαμένους [2] τῶν ὅπλων, ἵνα [3] τὰ σκευοφόρα καὶ ὁ πολὺς
"ὄχλος [4] ἐν ἀσφαλεστέρῳ ᾖ. Εἰ δὲ ἤδη νῦν ἀποδειχθείη, τίνα χρὴ
"ἡγεῖσθαι τοῦ πλαισίου, καὶ [5] τὰ πρόσθεν κοσμεῖν, καὶ τίνας δεῖ
"τῶν πλευρῶν ἑκατέρων εἶναι, καὶ τίνας ὀπισθοφυλακεῖν, οὐκ
"ἂν, ὁπότε οἱ πολέμιοι ἔλθοιεν, βουλεύεσθαι ἡμᾶς δέοι, ἀλ-
"λὰ χρώμεθ' ἂν εὐθὺς τοῖς τεταγμένοις. [6] Εἰ μὲν οὖν ἄλλῳ
"τις βέλτιον ὁρᾷ, ἄλλως ἐχέτω· εἰ δὲ μή, Χειρίσοφος μὲν
"ἡγοῖτο, [7] ἐπειδὴ καὶ Λακεδαιμόνιός ἐστι· τοὺς δὲ πλευρῶν ἑκα-
"τέρων δύο τῶν πρεσβυτάτων στρατηγὼ ὑπομελήσειν· ὀπισθο-

"tur. Itaque tutiùs fortaſſis iter fecerimus, ſi in quadratum agmen
"armatos diſponamus, ut impedimenta & frequens turba loco
"ſit tutiore. Quare ſi jam conſtitutum fuerit, quem agmini
"quadrato præeſſe, primámque aciem componere, & quos ab
"utroque eſſe latere, quóſque à tergo curare oporteat, non ne-
"ceſſe fuerit *tum* nos deliberare, cùm hoſtes venerint, ſed in-
"ſtructis ſtatim uti *militibus* nobis licebit. Si *quid* igitur alius
"quiſquam rectius perſpicit, aliter res inſtituitor; ſi non, Che-
"riſophus *fronti* præſit, quandoquidem Lacedæmonius eſt; utri-
"uſque lateris duo è natu maximis duces curam habeant; ter-

1 Πλαίσιον] Vide p 79. n. 1.

2 Τῶν ὅπλων,] Vide p. 125. n. 4.

3 Τὰ σκευοφόρα καὶ ὁ, &c.] Vide p. 25. n. 1. & p. 42. n. 4.

4 Ἐν ἀσφαλεστέρῳ] Sic ſuprà p. 86. νομίζοντες ὅτως ἂν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι, — De ellipſi vocis πόπῳ jam diximus p. 149. n. 6.

5 Τὰ πρόσθεν] Scil. τῶν ὅπλων μέρη: quâ de ellipſi conſule p. 42. n. 4.

6 Εἰ μὲν οὖν ἄλλῳ τις] *Muretus* & *Steph.* malunt ἄλλο: ſic paulò pòſt, Εἰ δέ τις ἄλλο βέλτιον ὁρᾷ, λεξάτω. Cùm tamen ſuprà dixit Εἰ δέ τις τι εἶδε τῶν ἄλλων, lectionem, fide librorum nixam, loco motam nolim.

7 Ἐπειδὴ καὶ Λακεδαιμόνιός ἐστι·] Honorem iſtum auctoritatémque Lacedæmoniis deferendi cauſam tangit Noſter l. 6. haud procul ab init. Τὸ μέντοι ἐμὲ προκεκλῆσθαι ὑφ' ὑμῶν ἄρχοντα, Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς πεζοῦντος, ἔδοξ' ὑμῖν, οὔτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι, ἀλλ' ἧττον ἂν ἀφ' ὑμῶν τοῦτο τυγχάνειν, εἴ τι δέοιτε παρ' αὐτῶν· ἐμοὶ δ' αὖ δοκεῖ καὶ νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι. Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μου ἡ πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν Λακεδαιμονίους ἑαυτῶν ἡγεμόνας εἶναι. Thucyd. l. 1. haud ità longè ab init. καὶ μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμαμένου, (*ſcil.* Græcis à barbarorum rege) εἴτε Λακεδαιμόνιοι τὸ ξυμπολεμήσαντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο, δυνάμει πρέσχοντες, — Noſtro etiam, Λακεδαιμ. πολιτ. ineunte, Sparta eſt δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη τῶν τῇ Ἑλλάδι πόλεων.

"φυλαχῶμεν ὃ ἡμεῖς οἱ νεώταλοι, ἐγώ τε ὁ Τιμασίων, [1] τὸ
"νῦν εἶ). [2] Τὸ δὲ λοιπὸν, πειρώμενοι ταύτης τ' τάξεως, βου-
"λευσόμθα ὅ, τι ἂν ἀεὶ κράτιστον δοκοίη εἶναι. Εἰ δέ τις ἄλλο
"βέλτιον ὁρᾷ, λεξάτω." Επεὶ δ' οὐδεὶς ἀντέλεγεν, εἶπεν, "Οτῳ
"δοκεῖ ταῦτα, [3] ἀνατεινάτω τ' χεῖρα." Εδοξε ταῦτα. "Νῦν,
"ἔφη, ἀπόντας ποιεῖν δεῖ τὰ δεδογμένα· καὶ ὅστις τε ὑμῶν [4] τὰς
"οἰκείους ἐπιθυμεῖ ἰδεῖν, μεμνήσθω ἀνὴρ ἀγαθὸς εἶναι· (οὐ
"γάρ ἔστιν ἄλλως τούτου τυχεῖν) [5] ὅστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, πει-
"ράσθω νικᾶν· τῶν μὲν γὰρ νικώντων, τὸ κατακαίνειν· τῶν δ'
"ἡττωμένων, τὸ ἀποθνήσκειν ἐστί. Καὶ εἴ τις γε χρημάτων ἐπι-
"θυμεῖ, κρατεῖν πειράσθω· τῶν γὰρ νικώντων ἐστὶ καὶ τὰ ἐκεί-
"νων σώζειν, καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων λαμβάνειν."

"gum nos ætate minores cuſtodiamus, ego *ſcilicet* & Timaſion,
"in præſens *quidem*. In reliquum, hujus ubi ordinis periculum
"fecerimus, quidquid ſemper optimum factu videatur, id con-
"ſilii capiemus. Quòd ſi quis rectius aliud perſpicit, exponat."
Cùm nemo contradiceret, ait, "Cui probantur hæc, manum
"tollat." Decreta hæc erant. "Jam, inquit, ubi diſceſſum eſt,
"præſtemus oportet quæ decreta ſunt: ac quicunque veſtrûm
"ſuos videre deſiderat, meminerit virum *ſe* fortem *præbeat ne-*
"*ceſſe* eſſe; (hoc enim aliter conſequi non licet) quíque vitâ frui
"cupit, det operam ut vincat: nam vincentium eſt, interficere;
"victorum, mori. Et ſi quis opum cupiditate ducitur, *id* cone-
"tur ut ſuperior evadat: quippe eorum eſt, qui vincunt, & ſua
"tueri, & ea, quæ victi poſſident, capere."

1 Τὸ νῦν εἶναι.] Eadem occurrit phraſis K. Π. p. 359. Vide ſuprà ſcripta p. 63. n. 2. *Tho. Magiſter*, τὸ δὲ πέμπτον εἶναι, καὶ τὸ πέμπτον ἔχειν, κρεῖττόν ἐστι τὸ νῦν εἶναι, καὶ τὸ νῦν ἔχειν: deinde primæ phraſeos exemplum ex *Ariſtide* profert. Sed rhetorem hunc Xenophontemque nemo, cui modò mens ſana, contenderit.

2 Τὸ δὲ λοιπὸν,] Lege ſis p. 126. n. 1.

3 Ανατεινάτω τῳ̃ —— Εδοξε &c.] Vide p. 208. n. 2. & p. 221. n. 3.

4 Τὰς οἰκείας] Intellige γονέας, γυναῖκας, παῖδας, quorum πόθον ſuprà meminit p. 185. ac denique φίλτατα quæque.

5 Οστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, &c.] Paſſim hoc militibus inculcatum. Lege ſuprà p. 201.

Τούτων λεχθέντων ἀνέσησαν, καὶ ἀπελθόντες κατέκαιον τὰς ἁμάξας καὶ τὰς σκευάς· τῶν δὲ σκευῶν, ὅτου μὲ δέοιτό τις, μετεδίδοσαν ἀλλήλοις, τὰ δὲ ἄλλα εἰς τὸ πῦρ ἐρρίπτουν. Ταῦτα ποιήσαντες ἠρίστοποιοῦντο. Ἀριστοποιουμένων δὲ αὐτῶν ἔρχεται [1] Μιθραδάτης σὺν ἱππεῦσιν ὡς τριάκοντα, καὶ καλεσάμενος τοὺς στρατηγοὺς [2] εἰς ἐπήκοον, λέγει ὧδε· Ἐγώ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, [3] καὶ Κύρῳ πιστὸς ἦν, ὡς ὑμεῖς ἐπίστασθε, καὶ νυνὶ ὑμῖν εὔνους· καὶ ἐνθάδε εἰμὶ σὺν πολλῷ φόβῳ ἥκων. Εἰ οὖν ὁρῴην ὑμᾶς σωτήριόν τι βουλευομένους, ἔλθοιμι ἂν πρὸς ὑμᾶς, καὶ [4] τοὺς θεράποντας πάντας ἄγων. Λέξατε οὖν, ἔφη, πρός με, τί ἐν νῷ ἔχετε, ὡς πρὸς φίλον τε καὶ εὔνουν, καὶ βουλόμενον [5] κοινῇ σὺν ὑμῖν τὸν

His dictis ſurrexerunt, & cùm abiiſſent, plauſtra tentoriáque combuſſerunt: ex ſupervacaneis verò *vaſis*, quorum indigeret aliquis, *ea* inter ſe communicârunt, cætera in ignem abjiciebant. Hæc cùm feciſſent, prandebant. Iis autem prandentibus Mithradates cum equitibus triginta circiter venit, & cùm duces in locum unde poſſet exaudiri vocâſſet, in hunc modum loquutus eſt: Ego, Græci, & Cyro, utì nôſtis ipſi, fidelis eram, & vobis nunc benevolus *ſum*; adeóque hìc magno cum metu verſor. Itaque ſi quid vos conſilii ſalutaris inire videro, ad vos cum miniſtris omnibus veniam. Quare, ait, vobis quid in animo ſit, mihi tanquam amico benevolóque, & vobiſcum unà itineris fa-

1 Μιθραδάτης] Vide p. 168. n. 3.

2 Εἰς ἐπήκοον, λέγει] Hâc de locutione jam ſuprà diximus p. 169. n. 3. De temporum permutatione vide p. 206. n. 3.

3 Καὶ Κύρῳ πιστὸς ἦν.] Noſter ſuprà p. 168. Ἀριαῖος δὲ καὶ Ἀρταῖος καὶ Μιθραδάτης, οἳ ἦσαν Κύρῳ πιστότατοι.

4 Τοὺς θεράποντας — ἄγων.] *Heſych.* Θεράποντες, οἱ ἐν δευτέρᾳ παίζει φίλοι — δοῦλοί τε καὶ ὑπηρέται. Pro ἄγων MS. Eton. exhibet ἔχων: quæ paſſim inter ſe confunduntur. Sic ſuprà p. 131. pro τοὺς θεράποντας ἔχων idem MS. dat — ἄγων.

5 Κοινῇ] Grata hæc Noſtro & familiaris eſt ellipſis. Κ. Π. p. 72. Ἀρχή σε κοινῇ σὺν Κυαξάρῃ σκοπεῖσθαι, ibid. p. 155. σκοπεῖν σ' ἀξιῶ κοινῇ καὶ σὲ καὶ ἐμέ, — ubi βουλῇ intelligas oportet. Varias vocis στόλος ſignificationes jam ſuprà evolvimus p. 30. n. 1.

σόλον ποιεῖσθαι. Βουλευομένοις τοῖς στρατηγοῖς ἔδοξεν [1] ἀποκρίνασθαι τάδε· (καὶ ἔλεγε Χειρίσοφος) Ἡμῖν δοκεῖ, ἢν μέν τις ἐᾷ ἡμᾶς ἀπέναι οἴκαδε, [2] διαπορεύεσθαι τὴν χώραν ὡς ἂν δυνώμεθα ἀσινέστατα· ἢν δέ τις ἡμᾶς τῆς ὁδοῦ ἀποκωλύῃ, διαπολεμεῖν τοῦτον, ὡς ἂν δυνώμεθα κράτιστα. Ἐκ τούτου ἐπειρᾶτο Μιθραδάτης διδάσκειν ὡς ἄπορον εἴη, βασιλέως ἄκοντος, σωθῆναι. [3] Ἔνθα δὴ ἐγιγνώσκετο ὅτι [4] ὕποπτος εἴη· καὶ γὰρ τῷ Τισσαφέρνους τὶς [5] οἰκείων παρηκολούθει πίστεως ἕνεκα. Καὶ ἐκ [6] τούτου ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς, βέλτιον εἶναι δόγμα ποιήσασθαι, τὸν [7] πόλεμον ἀκή-

ciendi cupido, exponite. Ducibus *de re* consultantibus ità respondendum esse visum est; (ac *pro cæteris quidem* loquutus est Cherisophus) Nobis stat per *hanc* regionem quàm *quidem* poterimus innocentissimè proficisci, si nemo impediat quominùs domum discedamus; sin quis nos itinere prohibeat, contra eum quàm fortissimè poterimus, bello decertare. Tum verò Mithradates ostendere nitebatur haud posse fieri ut, invito rege, incolumes evaderent. Ibi tum intellectum est fidem ei non habendam: nam & è Tissaphernis quidam familiaribus *eum* fidei causâ comitabatur. Quare visum est ducibus satius esse decretum fieri, ut bel-

1 Ἀποκρίνασθαι τάδε· (καὶ ἔλεγε &c.) Hâc de loquendi formâ scripsimus p. 170. n. 3.

2 Διαπορεύεσθαι τὴν &c.] Adi p. 144. n. 4.

3 Ἔνθα δὴ] *Phavorin.* Ἔνθα, τότε, ὅτε, ἢ ἐνταῦθα. Οὐ μόνον τοπικὸν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ χρονικόν. Sic suprà Noster p. 31. Ἔνθα δὴ μέρος &c. & 75. Ἔνθα δὴ σοὶ &c. Alibi passim.

4 Ὕποπτος] *Hesychio* est ἐχθρός. Lexicon G. L. vetus: Ὑποπτος, *suspectius, suspiciosus.* MS. Eton. ὑποπεμπτος, satìs significanter quidem & loci sententiæ convenienter, utì ex verbi ὑποπέμπειν interpretatione p. 153. n. 1. constabit. Sed nominis istius exempla desiderantur.

5 Οἰκείων — πίστεως ἕνεκα,] *Hesych.* Οἰκεῖοι, οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις συνοικήσαντες, ἢ ἴδιοι, ἢ κατὰ τὴν οἰκίαν πάντες. Eò autem unà cum Mithradate missi erant, *ut ei fides haberetur à Tissapherne.*

6 Ἐκ τούτου] Vide sis K. Π. p. 73. n. 1.

7 Πόλεμον ἀκήρυκτον] I. e. bellum, in quo præconibus ultro citróque commeare non liceret. *Hesychius & Phavor.* Ἀκήρυκτος, ἀνεπικηρύκευτος: i. e. ἄνευ κηρυκείου, seu in quo nulli ἐπὶ συμβάσει καὶ σπονδαῖς κήρυκες διαπέμπονται. Iidem Ἀκήρυτος, (repono ἀκήρυκτος) μίσους τις, ἀδιάλλακτος: i.e. *acre,* (*scil.* bellum) *implacabili odio imbutum.* Herodot. l. 5. c. 81. Αἰγινῆται δὲ, εὐδαιμονίῃ τε μεγάλῃ ἐπαρθέντες, καὶ ἔχθρης παλαιῆς ἀναμνησθέντες ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους, τότε Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον ἀκήρυκτον Ἀθηναίοισι ἐπέφερον.

ρυκτον εἶναι, ἔς τε [1] ἐν τῇ πολεμίᾳ εἶεν· διέφθειρον γὰρ προσιόντες τὰς στρατιώτας, καὶ ἕνα γε λοχαγὸν διέφθειραν, [2] Νίκαρχον Ἀρκάδα· καὶ [3] ᾤχετο ἀπιὼν νυκτὸς σὺν ἀνθρώποις ὡς εἴκοσι.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀριστήσαντες, καὶ διαβάντες [4] τὸν Ζάβατον ποταμὸν, [5] ἐπορεύοντο τεταγμένοι, τὰ ὑποζύγια καὶ τὸν ὄχλον ἐν μέσῳ ἔχοντες. Οὐ πολὺ δὲ προεληλυθότων αὐτῶν, ὑπεφαίνετο πάλιν ὁ Μιθραδάτης, ἱππέας ἔχων ὡς διακοσίους, καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας ὡς τετρακοσίους, μάλα ἐλαφρὰς καὶ εὐζώνους· καὶ προσῄει μὲν, ὡς φίλος ὤν, πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Ἐπεὶ

lum citra præcones gereretur, quamdiu ſint in hoſtico: corrumpebant enim accedendo milites, atque unum ſanè cohortis præfectum corruperant, Nicarchum Arcadem; iſque adeò noctu cum viginti ferè hominibus diſceſſit.

Poſt hæc cùm pranſi eſſent, atque Zabatum fluvium trajeciſſent, inſtructi pergunt, jumentis ac turbâ *inermi* in medio collocatâ. Cúmque non longè progreſſi eſſent, in conſpectum prodit iterum Mithradates, cum ducentis circiter equitibus, & ſagittariis funditoribúſque ferè quadringentis, levibus admodùm & expeditis; & ad Græcos quidem *verſus*, quaſi amicus, tendebat. Cùm

οἱ βάρβαροι [1] τῆ Ἑλληνικῆ ἑξήκοντα σταδίων, φοβέμενοι μὴ [2] τῆς νυκτὸς ἐπιθοῖντο αὐτοῖς. [3] Πονηρὸν γὰρ νυκτὸς ὄχλος στράτευμα Περσικόν. Οἵτε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, ἢ ὡς ἐπὶ τοπολὺ πεπεδισμένοι εἰσὶ, τῆ μὴ φεύγειν ἕνεκα, ἐὰν λυθείησαν· ἐάν τε τὶς θόρυβος γίγνηται, δεῖ ἐπιβάντα τὸν ἵππον [4] Πέρσην ἀνδρὶ, καὶ χαλινώσαντα δεῖ, καὶ [5] θωρακισθέντα ἀναβιβῶναι ἐπὶ τὸν ἵππον. Ταῦτα δὲ πάντα [6] χαλεπὸν νυκτὸς, ἅτε καὶ θορύβου ὄντος, ποιεῖν. Τούτου ἕνεκα πόρρω [7] ἀπεσκήνουν τῶν Ἑλλήνων.

minùs ſexaginta ſtadiis à Græcis *copiis* diſtantia metabantur; quippe metuebant nè *Græci* noctu ipſos invaderent. Etenim Perſarum exercitus noctu incommodus eſt. Nam & equi ipſorum alligantur, ac plerumque pedicis conſtricti ſunt, nè, ſi ſoluti ſint, fugiant: & ſi quis incidat tumultus, homo Perſicus equum inſternat neceſſe eſt, neceſſe eſt etiam frenet, & ubi ſe loricâ munîerit, equum conſcendat. Hæc autem omnia noctu facere, quippe cùm tumultus ſit *exortus*, difficile eſt. Hâc de cauſâ longè à Græcis caſtra habere remota ſolebant.

1 Τῆ Ἑλληνικῆ] Adi p, 42. n. 4.

2 Τῆς νυκτὸς ἐπιθοῖντο] Ante nomen deficit ἀπὸ vel ἐπὶ, quâ de ellipſi vide p. 228. n. 5. Sic Κ. Π. p. 96. ἀλλὰ τὸ μὲν νυκτὸς, pro ἐπὶ vel ἀπὸ &c. Porrò, verbum illud reſpicit ἄνδρες, Ἕλληνες vel στρατῶται, qui in voce Ἑλληνικῆ intelliguntur. In ed. *Steph.* legitur quidem — νυκτὸς οἱ Ἕλληνες &c. Vide p. 229. n. 5. & loca ibi citata.

3 Πονηρὸν γὰρ νυκτὸς &c.] Confer Κ. Π. p. 218. *Suidas*: Πεποδισμένοι· τὰς πόδας δεδεμένοι — κατεχημένοι: deinde verba hæc Xenophontis, nonnihil mutata, uti fit, adducit. Idem verbum Ἐπισάξαι perperam exponit ἐπαναβῶναι: ad quod verbum etiam adfert locum hunc Xenophontéum. Quin & eodem nomine notandus venit *Phavorinus*; cui Ἐπισάξαι itidem ἐπαναβῶναι ἐπὶ τὸν ἵππον. MS. Eton. ἐπιπολὺ dat pro ἐπιτοπολὺ, *Suidas*, ἐπὶ τὸ πολύ. Vide ſis p. 201. n. 6.

4 Πέρσῃ ἀνδρὶ,] Vide p. 59. n. 1.

5 Θωρακισθέντα &c.] Conſtructionis ratio poſtulare videtur θωρακισθέντι, ut ἀνδρὶ aptè reſpondeat. Sic apud *Homer.* Ιλ. α'. v. 541.

Αἰεί τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα &c.

pro ἐόντι — φρονέοντι. Et Noſt. ſuprà p. 217. ἐξὸν αὐτοῖς, τὸν νῦν οἶκοι ἀκλήρους πολιτεύοντας σὺν τάδε κομισαμένοις, pro κομισαμένοις. Sed tam Atticorum quàm Poëtæ πνεῦμα ὑπὸ νόμου τάξεως δύσκολον.

6 Χαλεπὸν νυκτὸς &c.] MS. Eton. χαλεπὸ νύκτωρ καὶ θορύβου ὄντος. τοῦτο &c. *Suidas* ad v. ἐπισάξαι: ταῦτα δὲ πάντα χαλεπὸ ποιεῖν νύκτωρ, καὶ θορύβου ὄντος. Muret. ἄλλως τε καὶ θορύβου. Edit. *Steph.* & *Leunclav.* lectionem exprimendam curavi.

7 Ἀπεσκήνουν] Quod ſuprà modò dixit ἀπεστρατοπεδεύοντο.

Επεὶ δὲ ἐγίγνωσκον αὐτὸς οἱ Ελληνες βελομένους ἀπέναι ἢ [1] διαγγελλομένους, [2] ἐκήρυξε τοῖς Ελλησι πρασκευάσασθαι, ἀκουόντων τῶν πολεμίων. [3] Καὶ χρόνον μέν τινα ἐπέσχον τῆς πορείας ⓐ βάρβαροι· [4] ἐπειδὴ δὲ ὀψὲ ἐγίγνετο, ἀπῆσαν· ὡς γὰρ ἐδόκει λυσιτελεῖν αὐτοῖς νυκτὸς πορεύεσθαι, καὶ καταύλεσθαι ὅπου τὸ στρατόπεδον. Επειδὴ δὲ σαφῶς ἀπόντας ἤδη ἑώρων οἱ Ελληνες, ἐπορεύοντο καὶ αὐτοὶ [5] ἀναζεύξαντες, καὶ διῆλθον ὅσον ἑξήκοντα σταδίους· καὶ γίγνεται [6] τοσοῦτον μεταξὺ τῶν στρατευμάτων, ὥστε τῇ ὑστεραίᾳ οὐκ ἐφάνησαν οἱ πολέμιοι, οὐδὲ τῇ τρίτῃ· τῇ δὲ τετάρτῃ, νυκτὸς [7] προελθόντες, καταλαμβάνουσι χωρίον ὑπερδέξιον οἱ

Cùm autem Græci animadverterent velle ipſos diſcedere, *eorúm*que *conſilium* divulgatum eſſe, Græcis ſe quiſque pararet *ità* edixit *præco*, ut hoſtes *rem* audirent. Itaque barbari aliquamdiu ab itinere faciendo ſeſe cohibebant: verùm ubi *jam* ſerum *diei* eſſet, abiêrunt: non enim ipſis conducere noctu proficiſci, & in caſtra deduci videbatur. *Eos* verò Græci poſteaquam jam manifeſtò diſcedentes viderent, etiam ipſi caſtris motis pergebant, & ſexaginta circiter ſtadia emenſi ſunt: atque tantum inter exercitus ſpatii *relictum* eſt, ut neque die altero adparerent hoſtes, neque tertio: quarto verò, noctu progreſſi, locum ſuperiorem

1 Διαγγελλομένους,] *Suidas*: Διαγγέλλων καὶ διαγγελλομένους, παρακελευομένους. Ξενοφῶν· Εγίνωσκον αὐτὸς ἀπιέναι βελομένους, ὡς διαγγελλομένους. ἢ ἀντὶ τοῦ φανερομένους. δῆλος γινομένους.

2 Εκήρυξε] *Scil.* κήρυξ τις. Adfinem huic ellipſin videre eſt p. 234. ubi lege n. 5.

3 Καὶ —— ἐπέχον] De uſu particulæ vide pag. 107. n. 1. cum verbo intellige ἑαυτὰς, quod & aliàs deficere ſolet. Act. XXVII. 43. ἀπορρίψαντας ſonat ἀπορρίψαντας ἑαυτούς: idem ſupplementum poſtulat ἐπιδόντες ejuſd. cap. v. 15. Plenè *Lucian.* Hiſt. ver. l. 1. p. 375. ἢ παραδόντες αὐτὸς, & ibid. p. 385. ἐλλειπλικῶς dixit, ἢ ἀπορρίψαντες ἐκηχόμεθα, i. e. *cùm projeciſſemus nos* &c.

4 Επειδὴ δὲ ὀψὲ] Vide p. 129. n. 6.

5 Αναζεύξαντες] *Phavor.* Αναζεύξας, ἀναστρατοπεδεύσας, ὑποστρέψας: priore ſenſu hìc loci, poſteriore poſuit Noſter K. Π. p. 635.

6 Τοσοῦτον] *Scil.* διάστημα: quod & alibi deeſſe monuimus p 78. n. 2. & p. 228. n. 1.

7 Προελθόντες,] Vulgò, προσελθόντες: quod illius locum aliàs ſæpè occupavit. Hujuſmodi permutationis exempla videre eſt p. 110. n. 1. *Stephano* & *Mureto* jam olim ſe probavit ea, quam recepimus, ſcriptura.

Suidas. V. Ἀκρώνυξ.

[1] βάρβαροι, ᾗ ἔμελλον οἱ Ἕλληνες παριέναι, [2] ἀκροωνυχίαν ὄρους, ὑφ' ἣν ἡ κατάβασις ἦν εἰς τὸ πεδίον. Ἐπειδὴ δὲ ἑώρα Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκροωνυχίαν, καλεῖ Ξενοφῶντα ἀπὸ τῆς ὁρᾶς· καὶ κελεύει λαβόντα τοὺς πελταστὰς [3] παραγγέλλαι εἰς τὸ πρόσθεν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν τοὺς μὲν πελταστὰς οὐκ ἦγεν· (ὑπεφαίνετο γὰρ ἑώρα Τισσαφέρνην, καὶ τὸ στράτευμα πᾶν) αὐτὸς δὲ [4] προσελάσας ἠρώτα, Τί καλεῖς; Ὁ δὲ λέγει αὖθις, Ἔξεστιν ὁρᾶν· προκατείληπται γὰρ ἡμῖν ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος, καὶ οὐκ ἔστι παρελθεῖν, εἰ μὴ τούτους ἀποκόψομεν. + Ἀλλὰ τί οὐκ ἦγες τοὺς πελταστάς; Ὁ δὲ λέγει, ὅτι οὐκ ἐδόκει αὖθις ἔρημα καταλιπεῖν τὰ ὄπισθεν, ὑπεφαινομένων τῶν πολεμίων. Ἀλλὰ μὴν

+ Καλῶς ἢ Suid. V. Ἀποκόψωσιν.

occupant barbari, quà Græci tranſituri erant, *nimirum* montis verticem, ſub quo deſcenſus erat in planitiem. Cheriſophus ubi verticem *iſtum* præoccupatum vidiſſet, Xenophontem ab agmine extremo arceſſit; *eúm*que adſumptis ſibi peltaſtis ad anteriorem *aciei* partem adeſſe jubet. At peltaſtas non duxit Xenophon; (nam Tiſſaphernem, totúmque *ejus* exercitum, ſe oſtendere videbat) ſed ipſe advectus equo *ad Cheriſophum*, Quamobrem *me* arceſſis? inquit. Huic reſpondet is, Videre licet: præoccupatus enim nobis eſt collis ille, *qui* ſupra deſcenſum *eminet*, nec tranſire licet, niſi hos dejiciemus. Verùm cur peltaſtas *huc* non duxiſti? Reſpondet ille, ſibi non viſum eſſe, ut poſterius agmen deſertum relinqueret, cùm hoſtes ſe in conſpectum darent. Sed enim tem-

1 Βάρβαροι, ᾗ] Lege p. 220. n. 4.

2 Ἀκροωνυχίαν ὄρους, ὑφ' ἣν &c.] Suprà modò p. 243. ſcripſit — ἀπὸ τοῦ ὄρους, ὑφ' ᾧ &c. Sed utrique caſui iſta ſolet inſervire præpoſitio. *Suidas*: Ἀκρώνυξ — καὶ ἀκροωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄρους: deinde locum hunc ſic exſcribit: Ἐπεὶ δὲ ἑώρα ὁ Χειρίσοφος προκατειλημμένην τὴν ἀκροωνυχίαν τοῦ ὄρους, ἀφ' ἧς ἡ κατάβασις &c. Ubi Cl. editor minùs rectè apud Xenophontem ὑφ' ἣν legi ſtatuit. Mihi tamen nil mutandum videtur; cùm ὑφ' ἣν ἡ κατάβασις &c. rectè cohæreant cum ſequentibus iſtis, ὁ ὑπὲρ τῆς καταβάσεως λόφος.

3 Παραγγέλλαι εἰς τὸ πρόσθεν.] De verbo lege p. 8. n. 3. Cæterùm, cum τὸ πρόσθεν exaudi *μέρος*, *ſcil.* τοῦ στρατεύματος, utì mox cum τὰ ὄπισθεν intelligendum *μέρη* &c. Vide ſis p. 222. n. 5.

4 Προσελάσας] *Scil.* ἵππον. Vide p. 235. n. 1. MS. Eton. & ed. *Steph.* προσελάσας.

ὥρα γ', ἔφη, βουλεύεσθαι, πῶς τις τοὺς [1] ἄνδρας ἀπελᾷ τοῦ λόφου. Ἐνταῦθα Ξενοφῶν ὁρᾷ τὸ ὄρος τὸ κορυφοῦ [2] ὑπὲρ τοῦ ἑαυτῶν στρατεύματος ὂν, καὶ ἀπὸ ταύτης ἔφοδον ὑπὸ τὸν λόφον, ἔνθα ἦσαν οἱ πολέμιοι· καὶ λέγει, Κράτιστον, ὦ Χειρίσοφε, ἡμῖν ἐστὶν ὡς τάχιστα ὑπὸ τὸ ἄκρον· ἐὰν γὰρ τοῦτο λάβωμεν, οὐ δυνήσονται μένειν ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ. Ἀλλ', εἰ βούλει, μένε σὺ τῷ στρατεύματι· ἐγὼ δὲ ἐθέλω πορεύεσθαι· εἰ δὲ [3] χρῄζεις, πορεύου ὑπὸ τὸ ὄρος, ἐγὼ δὲ μενῶ ἐνθάδε. Ἀλλὰ δίδωμί σοι, ἔφη ὁ Χειρίσοφος, ὁπότερον βούλει, ἑλέσθαι. Εἰπὼν ὁ Ξενοφῶν ὅτι νεώτερός ἐστιν, αἱρεῖται πορεύεσθαι· κελεύει δέ οἱ συμπέμψαι ἀπὸ τοῦ [4] σώματος ἄνδρας· [5] μακρὰν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς ὁρᾶς λαβεῖν. Καὶ ὁ Χει-

pus eſt, inquit, conſultandi, quo pacto quis homines à colle repellat. Ibi tum Xenophon montis verticem copiis ſuis imminere videt, atque ab hoc ad collem *illum*, ubi hoſtes erant, aditum *quendam eſſe*: itaque, Optimum *fuerit*, inquit, Cheriſophe, quamprimùm nos ad cacumen *illud* tendere: nam hoc ſi occupaverimus, ſupra viam manere non poterunt. At, ſi ità tibi videtur, ad exercitum maneto; ipſe volo *eò* tendere: ſin *hoc* mavis, in montem pergito; atque ego hìc manebo. Tibi verò, ait Cheriſophus, *optionem* do, utrum mavis, eligendi. Xenophon cùm ſe natu minorem diceret, proficiſcendi *ſibi* munus eligit: hortatur tamen ut milites *quoſdam* ex fronte ſecum unà mitteret; nam longum erat, ſi *quos* ab extremo agmine ſumeret. Et Che-

1 *Ανδρας ἀπιλᾷ*] De nomine vide p. 27. n. 1. Verbum autem Attico more poſuit pro ἀπιλάσῃ. *Phavorin.* Ελᾷ, ἀντὶ τοῦ ἐλάσῃ λαμβάνουσι συνίστι. Plura lege ſis p. 79. n. 5.

2 *Υπὲρ τοῦ ἑαυτῶν*] Vulgò, ἑαυτοῦ: quam vocem delendam cenſuit *Mureius*. Sed viſum eſt auctoritate MSti Eton. paulum mutatam retinere.

3 *Χρῄζεις,*] *Phavor.* Χρήζω, ἀντὶ τοῦ σημαίνει τὸ χρείαν ἔχω — ἔχει τὸ ῑ ωεσσογραμμένον. Cùm verò τὸ θέλω hìc loci ſignificet, grammaticum utique ſi audiamus, tollendum erit ῑ, quod *Stephanus* & *Leunclav.* ſubſcribendum curârunt.

4 *Στόματος*] *Suidas*: Στόμα· τὸ ἔμπροσθεν μέρος τοῦ στρατοῦ· Ξενοφῶν· Κελεύει δὲ τοῦ στόματος συμπέμψαι ἄνδρας· μακρὰν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς ὁρᾶς λαβεῖν.

5 *Μακρὰν γὰρ ἦν — ὁρᾶς.*] MS. Eton. μακρὸν γὰρ ἦν ἀπὸ τῆς ὁρᾶς λαβεῖν. In prioribus ſi quid

εἰσφῷ συμπέμπει τοὺς ἀπὸ τοῦ σώματος πελτασάς· ἔλαβε δὲ τοὺς κατὰ μέσον τοῦ πλαισίου. Συνέπεσθαι δ' ἐκέλευσεν αὐτῷ καὶ τοὺς τριακοσίους ὁ Χειρίσοφος, οὓς αὐτὸς εἶχε τῶν ἐπιλέκτων ἐπὶ τῷ σώματι τοῦ πλαισίου.

Ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο ὡς ἐδύναντο τάχιστα. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ λόφου πολέμιοι ὡς ἐνόησαν αὐτῶν τὴν πορείαν ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐθὺς καὶ αὐτοὶ [1]ὥρμησαν ἅμιλλᾶσθαι ἐπὶ τὸ ἄκρον. Καὶ ἐνταῦθα πολλὴ μὲν κραυγὴ ἦν τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος, [2]διακελευομένων τοῖς ἑαυτῶν· πολλὴ δὲ κραυγὴ τὰμφὶ Τισσαφέρνην, τοῖς ἑαυτῶν διακελευομένων. Ξενοφῶν δὲ [3]παρελαύνων ἐπὶ τοῦ ἵππου, παρεκελεύετο· Ανδρες

risophus unà *cum ipso* peltaſtas, qui erant primo in agmine, mittit: *eos* etiam ſumpſit, qui in medio quadratæ erant aciei. Prætereà ſimul eum Cheriſophus ſequi juſſit trecentos illos, quos ipſe de lectorum numero *militum* in fronte quadrati habebat agminis.

Indè quàm poterant celerrimè profecti ſunt. Hoſtes autem, *qui erant* in colle, cùm iter ipſorum ad cacumen *dirigi* animadverterent, mox & ipſi impetum ceperunt in cacumen certatim contendendi. Atque ingens ibi tum clamor Græci erat exercitûs, ſuos cohortantis; ingens etiam eorum clamor, qui cum Tiſſapherne erant, ac ſuos *itidem* cohortabantur. Xenophon autem equo prætervectus, adhortatione *hâc* uſus eſt: Nunc

quid mutandum, repoſuerim, μακρὸν ἂν γοῦν ἦν vel ἦ ſive ἄν &c. Cæterùm, ἐρᾶς ex MSto & *Suidâ* reſcripſi: cùm priùs legeretur ἐραγίας. *Suidas* ipſe quidem ἐραγίαν exponit στρατιὰν τὴν ὀπισθεν ἀκολουθοῦσαν. Sed ἐρᾶς rectiùs opponitur τῷ σώματος: & Xenophontis ipſius auctoritate confirmatur. Sic enim ille *Hiſt. Gr.* lib. 4. ἐπεὶ δὲ κώλυσε τὴν πορείαν οἱ Θετταλοὶ ἐπιλαύνοντες τοῖς ὀπισθεν, παρεπέμπετο ὑπ' ἐρῶν καὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ σώματος ἱππικοῦ, πλὴν &c. *Phavor.* ex *Euſtathio*: Οὐρὰ, καὶ Ξενοφῶντι, τὰ ὀπίσω τοῦ φάλαγγος. Vide etiam ſuprà p. 249. lin. 4.

1 Ὡρμησαν ἁμιλλᾶσθαι &c.] Significanter hæc ardorem nisúſque militum, ad cacumen occupandum nervis omnibus contendentium, exprimunt.

2 Διακελευομένων &c.] *Scil.* στρατιωτῶν, ἀνδρῶν vel στρατηγῶν, quos in στρατεύματος intelligas oportet. Vide p. 229. n. 5. & loca ibi adlata. Porrò, venuſtatem quandam verborum ordo nonnihil mutatus orationi conciliat: cùm enim dixerat, Διακελευομένων τοῖς ἑαυτῶν nè tædio venirent eadem eodem ordine collocata verba, leguntur inox, τοῖς ἑαυτῶν Διακελευομένων.

3 Παρελαύνων ἐπὶ τοῦ &c.] Quod ἐλαυνικῶς expreſſit p. 80. & 81. Plenè p. 15. παρελαύνων ἐφ' ἅρματος.

ὁρες, νῦν εἰς τ̓ Ελλάδα νομίζετε ἀμιλλᾶσθαι, νῦν πρὸς παῖδας & γυναῖκας· νῦν ὀλίγον πονήσαντες χρόνον, ἀμαχεὶ [1] τ̓ λοιπὴν πορευσόμεθα. Σωτηρίδας ὁ ὁ Σικυώνιος εἶπεν, Οὐκ ἴσα, ὦ Ξενοφῶν, ἐστίν· σὺ μὲν γὰρ ἐφ' ἵππου ὀχῇ, ἐγὼ δ' ὁπλίτης κάμνω, τὴν ἀσπίδα φέρων. [2] Καὶ ὃς, ἀκούσας ταῦτα, καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου, ὠθεῖται αὐτὸν ἐκ τ̓ τάξεως, καὶ τὴν ἀσπίδα ἀφελόμενος, ὡς ἐδύνατο τάχιστα ἐπορεύετο. Εὐτυχῶς δὲ & [3] θώρακα ἔχων τ̓ ἱππικόν· ὥστε διέζετο. [4] Καὶ τοῖς μὲν ἔμπροσθεν ὑπάγειν παρεκελεύετο, τοῖς δ' ὄπισθεν, πρίεναι, μόγις ἑπομένοις. Οἱ δ' ἄλλοι στρατιῶται πάντες, & βάλλουσι, καὶ λοιδοροῦσι τ̓ Σωτηρίδαν, ἕως ἠνάγκασε λαβόντα τὴν ἀσπίδα

vobis, viri, *de reditu* in Græciam, nunc *de reditu* ad liberos & uxores *propoſitum* eſſe certamen exiſtimate: nunc ſi exiguum ad tempus laboris tolerantes fuerimus, reliquum iter abſque prælio conficiemus. At Soteridas Sicyonius, Non æqua, inquit, noſtrûm, Xenophon, eſt conditio: nam tu quidem equo veheris, ego ſcutum portans, graviter fatigor. Et is, hæc cùm audîſſet, ex equo deſiliit, è loco iſtum pepulit, ſcutóque ademto, quàm celerrimè poterat, perrexit. Fortè *tunc* etiam thoracem indutus erat equeſtrem; adeò ut *onere* premeretur. Attamen priores hortabatur, ut procederent; poſteriores, qui vix ſequebantur, ut ad eos verſùs ſe moverent. Milites cæteri Soteridam cædunt, feriunt, conviciis proſcindunt, donec *eum* recepto ſcuto pergere

1 Τὴν λοιπὴν] *Scil.* ὁδόν· quam ſæpè alibi intelligendam oſtendimus p. 128. n. 3.

2 Καὶ ὃς] *Phavor.* Ος σημαίνει (præter alia) καὶ ἀντωνυμίαν ἰσοδυναμοῦσαν τῇ ἕτερος: quam vim apud dialogorum ſcriptores paſſim obtinet. *Lucian.* Hiſt. verar. l. 1. p. 377. Καὶ ὃς δεξάμενος &c. Sic apud *Platon.* ſæpiſſimè & Noſtrum.

3 Θώρακα ἔχων τ̓ ἱππικὸν,] Alius utique equiti, alius pediti thorax erat. Diſcrimen agnoſcit & *Plutarch.* in Philopœm. p. 359. —— τ̓ μὲν ἵππον ἀφῆκεν, αὐτὸς δ' ὅπλα σκολιὰ —— πρὸς τὸν ἱππικὸν θώρακα καὶ σκοδιῇ βαρυτέρᾳ χαλεπῶς &c. Vide K. Π. p. 218. n. 1. p. 428. n. 2. p. 462. n. 2.

4 Καὶ &c.] Valet, opinor, hoc utique loco, *attamen, nihilominus tamen*; planè uti Joh. I. 10. Εν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Cæterùm, ὑπάγειν ſonat φεύγειν. *Ammon.* —— ὑπάγειν λέγομεν ἀντὶ τοῦ φεύγειν, τουτέστιν εἰς τὰ ὄπισθεν πορεύεσθαι. *Harpocrat.* Υπάγουσιν, ἀντὶ τοῦ φεύγουσιν.

πορεύεσθαι. [1] Ο δὲ ἀναβὰς, ὅπῃ τῷ ἵππῳ, ἕως μὲν βάσιμα ἦν, ἦγεν· ἐπεὶ δὲ ἄβατα ἦν, καταλιπὼν τὸν ἵππον, ἔσπευδε πεζῇ. Καὶ φθάνουσιν ἐπὶ τῷ ἄκρῳ γιγνόμενοι τοὺς πολεμίους.

Ενθα δὴ οἱ μὲν βάρβαροι τραφέντες [2] ἔφευγον, ᾗ ἕκαστος ἐδύνατο· οἱ δ' Ελληνες εἶχον τὸ ἄκρον. [3] Οἱ δ' ἀμφὶ Τισσαφέρνην καὶ Αριαῖον ἀποτρεπόμενοι ἄλλην ὁδὸν ᾤχοντο· οἱ δὲ ἀμφὶ Χειρίσοφον καταβάντες εἰς τὸ πεδίον, ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν κώμῃ μεστῇ πολλῶν ἀγαθῶν. Ησαν δ' καὶ ἄλλαι κῶμαι πολλαὶ πλήρεις πολλῶν ἀγαθῶν, ἐν τούτῳ τῷ πεδίῳ, πρὸς τὸν Τίγρητα ποταμόν. Ηνίκα δ' ἦν [4] δείλη, ἐξαπίνης ἀπεφαίνοντο οἱ πολέμιοι ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ τῶν Ελλήνων

coëgerunt. Ille, conſcenſo *equo*, quam quidem diu loca erant *equo* pervia, præibat eques: cùm eſſent invia, equo relicto, pedes feſtinabat. Ac citiùs quàm hoſtes in cacumen perveniunt.

Tum verò converſi barbari, quà quiſque poterat, fugiebant; Græci cacumen tenuerunt. Tiſſaphernes & Ariæus cum ſuis ſe convertentes aliâ abiêre viâ: Cheriſophus quíque circa eum erant in planitiem cùm deſcendiſſent, caſtra in vico multis bonis referto locabant. Erant & alii vici plures, multis bonis pleni, iſtâ in planitie, ſecundùm Tigrim fluvium. Cùm jam adveſperaſceret, hoſtes ſe in planitie ſubitò oſtendunt, & è Græcis

1 Ο δὲ ἀναβὰς, ἐπὶ &c.] Perperam locum hunc diſtinxerunt editores, ad ellipticam loquendi rationem parum attenti. Sic nempe typis excudendum curârunt, ὁ δ', ἀναβὰς ἐπὶ δ' ἵππῳ, ἕως &c. cùm tamen ἐπὶ δ' ἵππῳ non ſtatim τῷ ἀναβάς, ſed verbo ἦγεν, adjungi debeant. Hoc enim modo ſupplenda videtur locutio: Ο δ' ἀναβὰς *ſcil.* ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐπὶ δ' ἵππῳ *ſcil.* ὀχούμενος, ἕως μὲν —— ἦγεν: Noſter K. Π. p. 471. ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸν ἵππον — p. 603. ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἵππον. Sed paſſim occurrit hæc prima phraſis: altera, K. Π. p. 428. αὐτὸς δ' ὡς ἡγησόμενος αὐτῶν ἐπὶ δ' ἅρματος — planè ut hìc loci ἐπὶ τῷ ἵππῳ ἦγεν. Et p. 596. ἐφείποντο δ' οἱ ἀμφὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων. Sic denique ἐπὶ δ' ἵππῳ ἦγεν rectè opponuntur τοῖς ἐπὶ δὲ πεζῇ, quæ mox ſequuntur. Porrò, MS. Eton. hunc verborum ordinem dat, ὁ δ' ἀναβὰς, ἕως μὲν βάσιμα ἦν, ἐπὶ δ' ἵππῳ ἦγεν.

2 Εφευγον, ᾗ &c.] Sic ſuprà p. 249. — βάρβαροι, ᾗ &c. Lege ſis p. 220. n. 4.

3 Οἱ δὲ ἀμφὶ &c.] Qui Noſtro mox infrà ſunt Τισσαφέρνης & οἱ σὺν αὐτῷ. Vide p. 145. n. 3. & 55. n. 1.

4 Δείλη,] Vide p. 77. n. 3.

κατέκοψάν τινας τῶν ἐσκεδασμένων ἐν τῷ πεδίῳ καθ' ἁρπαγήν· καὶ γὰρ [1] νομαὶ πολλαὶ βοσκημάτων διαβεβαζόμεναι εἰς τὸ [2] πέραν τοῦ ποταμοῦ κατελήφθησαν. Ἐνταῦθα Τισσαφέρνης καὶ ὁ σὺν αὐτῷ καίειν ἐπεχείρησαν τὰς κώμας. Καὶ τῶν Ἑλλήνων μάλα ἠθύμησάν τινες, ἐννοούμενοι μὴ τὰ ἐπιτήδεια, εἰ καύσειεν, οὐκ ἔχοιεν ὁπόθεν λαμβάνοιεν. [3] Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ Χειρίσοφον ἀπῆσαν ἐκ τῆς βοηθείας· ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, περιελαύνων ἐπὶ τὰς τάξεις, ἡνίκα ἀπὸ τῆς βοηθείας ἀπῆσαν οἱ Ἕλληνες, ἔλεγεν· Ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὑφιέντας τὴν χώραν ἤδη ἡμετέραν εἶναι· [4] ἃ γὰρ, ὅτε ἐσπένδοντο, διεφέροντο, μὴ καίειν τὴν βασιλέως χώραν, νῦν αὐτοὶ [5] καίουσιν ὡς ἀλλο-

quoſdam ad prædam per planitiem ſparſis conciderunt: etenim multa pecorum agmina in ulteriorem fluminis *ripam* trajecta *hìc* capta ſunt. Ibi tum Tiſſaphernes quíque cum ipſo *erant* vicos exurere conabantur. Itaque de Græcis nonnulli valde demiſſis erant animis, quippe qui *hoc* ſecum cogitarent *ſoliciti*, nè commeatus unde ſumerent, *hos* ſi *barbari* incenderent, *alios* non haberent. Et Cheriſophus quidem & qui circa ipſum erant ope *ſuis* latâ redibant: Xenophon autem, poſteaquam deſcendiſſet, ordines obequitans, cùm ope latâ Græci rediiſſent; Videtis, inquit, viri, concedere *barbaros* regionem jam eſſe noſtram: nam quæ *à nobis* impetrabant, quo tempore fœdera *nobiſcum* ſanciebant, nè *ſcilicet* regis agrum exureremus, *eum* nunc ipſi tanquam

1 Νομαὶ] *Heſychio* interprete, βοσκαί. Νομὴ, διαίρεσις, μερισμὸς, νέμησις. *Thom. Magiſter*: Νομὴ, ἡ βοσκὴ, ἀπὸ τοῦ νέμομαι τὸ βόσκω — ἀπὸ δὲ τοῦ νέμω, τὸ μερίζω, νόμος. Scribe, νομὸς, i. e. πλῆθος, uti exponitur ad *Hom.* Il. υ'. v. 249. Ex hoc autem fonte, licèt aliàs ἀπὸ τοῦ νέμομαι, idque ſæpiùs, deducatur, hìc loci petenda eſt vocis νομαὶ ſignificatio.

2 Πέραν] Addito articulo in nomen tranſit, cum quo intelligas oportet χεῖλος: ut & apud Luc. VIII. 22. & Marc. IV. 35.

3 Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ &c.] Locum ità emendandum cenſuit *Muretus*: — οὐκ ἔχοιεν ὁπόθεν λαμβάνοιεν. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἐπεὶ κατέβη, περιελαύνων ἐπὶ τὰς τάξεις, ἡνίκα οἱ ἀμφὶ Χειρίσοφον ἐπὶ βοηθείᾳ ἀπήντησαν, ἔλεγεν, Ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, &c. MS. etiam Eton. pro ἀπῆσαν οἱ Ἕλληνες habet ἀπήντησαν.

4 Ἃ γὰρ ὅτε ἐσπένδοντο &c.] Vide p. 144.

5 Καίουσιν] MS. Eton. καίωσιν: perperam. *Moſch.*

τείαν. Αλλὰ ἐάν πε καὶ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια, ὁρῶν καὶ ἡμᾶς ἐνταῦθα πορευομένους. Αλλ', ὦ Χειρίσοφε, ἔφη, [1] δοκεῖ μοι βοηθεῖν ἐπὶ τὰς κώμας, ὡς ὑπὲρ τ[2] ἡμετέρας. Ο δὲ Χειρίσοφος εἶπεν, [3] Οὔκουν ἔμοιγε δοκεῖ· ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, ἔφη, καύσωμεν, [4] ἕως ἔτω ταχὺ παύσουσι.

Επεὶ δ' ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἀπῆλθον, οἱ μὲν ἄλλοι περὶ τὰ ἐπιτήδεια ἦσαν, στρατηγοὶ δὲ καὶ λοχαγοὶ συνῆλθον. Καὶ ἐνταῦθα πολλὴ ἀπορία ἦν. Ενθεν μὲν γὰρ ὄρη ἦν [5] ὑπερύψηλα, ἔνθεν δὲ ποταμὸς τοσοῦτος τὸ βάθος, ὡς μηδὲ τὰ δόρατα [6] ὑπερέχειν πειρωμένοις τοῦ βάθους. Αποροῦσι δὲ αὐτοῖς προσελθών τις [7] ἀνὴρ Ρόδιος, εἶπεν, Εγὼ θέλω ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, διαβι-

alienum exurunt. Quòd si commeatus alicubi sibi ipsis reliquerint, videbunt nos etiam eò proficiscì. Verùm, inquit, Cherisophe, arbitror adversùs exurentes *nobis* tendendum esse, tanquam *regionis* nostræ defendendæ causâ. Mihi verò non *ità* videtur, ait Cherisophus: sed *potiùs* nos etiam, inquit, incendia faciamus, sic enim citiùs ii desinent.

Cùm autem ad tabernacula discessissent, in commeatu *conquirendo* reliqui erant occupati; at duces cohortiúmque præfecti conveniebant. Atque ibi tum multæ *eos* urgebant difficultates. Hinc enim montes prælti, indè flumen tantæ altitudinis, ut nè hastæ quidem, cùm *his* altitudinem *ejus* explorarent, *supra aquam* exstarent. Ad eos in hâc rerum difficultate hærentes cùm Rhodius quidam accessisset, Ego vos, viri, inquit, trajicere, simul

*Moschop.* Καίω —— ὅπερ ἄμεινον λέγεσθαι καύω. *Phavor.* τὸ μὲν καίω, Αττικόν· τὸ δὲ καύω, κοινόν.

1 Δοκεῖ μοι βοηθεῖν] Vide p. 221. n. 4. p. 28. n. 1. & p. 31. n. 1.

2 Ημετέρας.] Supple χώρας. Adi sis p. 31. n. 7.

3 Οὔκουν] Vide sis p. 213. n. 2.

4 Καὶ ἕτω] Lege Κ. Π. p. 556. n. 1. & quæ Cl. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. l. 1. c. 16. de vi ἕτως monuit.

5 Υπερύψηλα,] In lexicis deest: cui tamen adfine verbum, eleganter quidem & ad argumentum accommodatissimè, prolatum videas Phil. II. 9. Lege p. 216. n. 3. Ipsâ voce utitur *Ælian.* V. H. l. 3. c. 1. ὄρη ἅ ἔστ' ἐστὶν ὑπερύψηλα ——

6 Υπερέχειν] *Scil.* τοῦ ὕδατος. Plenè Κ. Π. p. 521. ὑπερέχειν τοῦ ὕδατος.

7 Ανὴρ Ρόδιος,] Vide p. 59. n. 1.

ϐάσαι [1] κζ τετρακισχιλίους ὁπλίτας, ἢν μοι ὧν δέομαι ὑπηρετήσητε, κὴ [2] τάλαντον μισθὸν πορίσητε. Ἐρωτώμενος ὃ ὅτι δέοιτο, [3] Ἀσκῶν, ἔφη, διχιλίων δέομαι· πολλὰ γὰρ ὁρῶ [4] ταῦτα πρόϐατα, κὴ αἶγας, κὴ βόας, ϛ ὄνους, ἃ ἀποδαρέντα κὴ [5] φυσηθέντα, ῥᾳδίως ἂν παρέχοι τὴν διάϐασιν. Δέομαι δὲ κὴ τῶν δεσμῶν, οἷς χρῆσθε περὶ τὰ ὑποζύγια. Τούτοις δ', ἔφη, ζεύξας τὰς ἀσκούς, πρὸς ἀλλήλας ἀρμόσας ἕκαστον ἀσκὸν, λίθους λάϐοιμι, κὴ ἀφεὶς ὥσπερ ἀγκύρας, εἰς τὸ ὕδωρ ὑπαγαγὼν, κὴ ἀμφοτέρωθεν δήσας, ἐπιϐαλῶ [6] ὕλην, κὴ γῆν ἐπιφορήσω. Οπὶ μὲν οὖν ὁ καταδύσεσθε, αὐτίκα μάλα εἰσεσθε· [7] ὁ γὰρ ἀσκὸς δύο ἄνδρας ἕξει τοῦ μὴ καταδῦναι· ὥστε γὰρ μὴ ὀλισθανεῖν, ἡ ὕλη κὴ ἡ γῆ φράσει.

*ſcilicet* quater mille gravis armaturæ milites, volo, ſi mihi ſuppeditaveritis *ea* quibus mihi opus eſt, ac talentum pro mercede præbueritis. Interrogatus quâ re egeret, Utribus, ait, bis mille mihi opus erit: video autem hìc multas pecudes, & capras, & boves, & aſinos, quibus ſi coria detrahantur & inflentur, facilè nobis trajectum præſtabunt. Etiam vinculis iis mihi opus erit, quibus circum jumenta utimini. His ubi utres, ait, connexuero, ſingulis utribus aptè inter ſe compactis, adpenſis lapidibus, iſſque ancorarum ritu demiſſis, deinde *utribus* in aquam deductis, & utrinque ligatis, virgulta injiciam, & terram ingeram. Ac ſtatim quidem intelligetis minimè futurum, ut demergamini: nam utres ſinguli binos homines ſuſtinebunt, quo minùs demergantur; ut autem non labantur, virgulta & terra impedient.

1 Κατὰ πεντακισχιλίους] Utribus nimirum bis mille comparatis; quorum quiſque δύο ἄνδρας (utì infrà paulò dicit) ἔχοιη ἂν τῷ μὴ καταδῦναι.

2 Τάλαντον] Conſule Indicem vocibus, quæ ad *menſ.* & *pond.* ſpectant, explicandis deſtinatum.

3 Ἀσκῶν, ἔφη, &c.] Utribus, tam inflatis quàm ſtramento refertis, amnes trajiciendi multa collegerunt exempla *Caſaub.* ad *Suetonii* Jul. c. 57. & *Stewech.* ad *Veget.* l. 3. c. 7. Quibus adde quæ ſuprà ſcripſimus p. 54. n. 2.

4 Ταῦτα] Pro quo *Muretus* legit ἐνταῦθα.

5 Φυσηθέντα] *Scil.* δέρματα vel ἀσπιδίσκια, ex ἀποδαρέντα petenda. Similiter αὐτῷ, Joh. VIII. 44. reſpicit ψεύδους, in voce ψεύστης intelligendum. Vide ſis etiam p. 229. n. 5.

6 Ὑλην,] Vide p. 46. n. 1.

7 Ὁ γὰρ &c.] MS. Eton. πᾶς γὰρ &c.

Ακούσασι ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς τὸ μὲν ἐνθύμημα [1] χαρίεν ἐδόκει εἶναι, τὸ δὲ ἔργον ἀδυνάτον· ἦσαν γὰρ οἱ κωλύσοντες πέραν πολλοὶ ἱππεῖς, οἳ εὐθὺς τοῖς πρώτοις οὐδὲν ἂν ἐπέτρεπον τούτων ποιεῖν. Ἐνταῦθα τῇ μὲν ὑστεραίᾳ ἐπανεχώρουν [2] εἰς τοὔμπαλιν ἢ πρὸς Βαβυλῶνα, εἰς τὰς ἀκαύστους κώμας, καταυλίσαντες ἔνθεν ἐξῆσαν· ὥστε οἱ πολέμιοι οὐ προσπέλαυνον, ἀλλὰ ἐθεῶντο, [3] καὶ ὅμοιοι ἦσαν θαυμάζοντες, ὅποι ποτὲ τρέψονται οἱ Ἕλληνες, καὶ τί ἐν νῷ ἔχοιεν. Ἐνταῦθα οἱ μὲν ἄλλοι στρατιῶται ἀμφὶ τὰ ἐπιτήδεια ἦσαν· οἱ δὲ στρατηγοὶ καὶ οἱ λοχαγοὶ πάλιν συνῆλ-

Ducibus hæc qui audiiſſent viſum eſt ſcitum eſſe inventum, facinus ipſum *tale*, quod perfici non poſſet: nam multi equites trans *flumen* erant *ipſos* impedituri, qui primis ſtatim non eſſent conceſſuri, ut horum quidquam efficerent. Itaque poſtridie retrocedebant averſâ à Babylone viâ, ad vicos non exuſtos, cùm eos unde exîerant incendiſſent: *quo factum* ut hoſtes non adequitarent *eos*, ſed ſpectarent, atque admirari viderentur, quò tandem *iter* verſuri eſſent Græci, & quid in animo haberent. Ibi tum cæteri milites in commeatu comparando erant occupati; duces verò & cohortium præfecti rurſùm convenie-

1 Χαρίεν] Scribitur etiam nonnunquam χάριεν, Grammaticis aliis hanc, illam aliis ſcripturam defendentibus. *Suidas*: χάριεν· οἱ Ἀττικοὶ σὺν δύο ἀναπίμπλασι· τὸ δὲ σὺν μιᾶς, ἡδύ. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, v. 145.

Καὶ, νὴ Δί', εἴ τί γ' ἐστὶ λαμπρὸν καὶ καλὸν,
Ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, πρὸ σὲ γίγνεται.

Deinde, χάριεν, σεσπαροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ χαρίεντως. Χαρίεν γὰρ, παροξυτόνως, ἐπὶ τοῦ ἐπιχαρῶς καὶ χαρίεντως: lege, χαρίεντος. At vide auctoris vel editoris inconſtantiam! Χάριεν, inquit, σεσπαροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ χαρίεντως: cùm tamen iſtâ in loco ex *Ariſtoph.* adlato ſervatâ ſcripturâ, neutiquam ſumi poteſt χάριεν ἀντὶ χαρίεντως, ſed pro ἐπιχαρῶς ſeu χαρίεντος. Etymol. m. χάριεν, τὴν τρίτην ἀπὸ τέλους ὀξύνει Ἡρωδιανός. *Phav.* Χαρίεν, δῆλον ὡς ἐπὶ ὀνόματος παροξύνεται· τὸ γὰρ σεσπαροξυνόμενον, Ἀττικόν ἐστι, ἐπιρρήματικῶς σεσυνεχθὲν, καὶ ἀντὶ τοῦ χαρίεντος νοηθὲν παρὰ τοῖς ὕστερον. Καὶ χαρίεν, τὸ μετέχον χάριτος, σὺν μιᾶς ἔχει τὸν τόνον. Sic & *Euſtath.* ad *Hom.* p. 1088. His, opinor, accedendum eſt, licèt vulgatæ editiones repræſentent χάριεν. Apud K. Π. p. 43. ſimiliter ex ſententiâ *Euſtath.* & *Phav.* ſcripſimus χαρίεν.

2 Εἰς τοὔμπαλιν] Vide p. 228. n. 3.

3 Καὶ ὅμοιοι ἦσαν &c.] MS. Eton. καὶ ὅμοιοι ἦσαν θαυμάζειν. Inſolens eſt utrumque loquendi genus: at uſitatum eſſet — θαυμάζεσι. Cum *Mureto* legendum videtur, καὶ ὁμοῦ

ϑον, ϗ συναγαγόντες τὰς αἰχμαλώτους, [1] ἤλεγχον τὴν κύκλῳ πᾶσαν χώραν τίς ἑκάστη εἴη. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι [2] τὰ μὲ πρὸς μεσημβρίαν, [3] τ ἐπὶ Βαβυλῶνα εἴη ϲ Μηδίαν, δι' ἅπερ ἥκοιεν· ἡ δὲ πρὸς ἕω, ἐπὶ Σοῦσά τε καὶ Ἐκβάτανα φέρει, [4] ἔνθα θερίζειν καὶ ἐαρίζειν λέγεται βασιλεύς· [5] ἡ δὲ διαβάντι τὸν ποταμὸν πρὸς ἑσπέραν, ἐπὶ Λυδίαν καὶ Ἰωνίαν φέρει· ἡ δὲ διὰ τ ὀρέων ϗ πρὸς ἄρκτον τετραμμένη, ὅτι [6] εἰς Καρδούχους ἄγοι. Τούτους δ' ἔφασ ᾽ οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, ϲ πολεμικοὺς εἶ), ϲ βασιλέως οὐκ ἀκούειν· ἀλλὰ καὶ ἐμβαλεῖν ποτὲ εἰς αὐτοὺς βασιλικὴν στρατιὰν, δώδεκα μυριάδας· τούτων ἢ οὐδένα ἀπο-

bant; & cùm captivos coëgiſſent, quænam eſſet quælibet ab omni undique parte regio percunctabantur. Aiebant illi, *à partibus* ad meridiem ſpectantibus viam eſſe, *quæ* in Babylonem *duceret* & Mediam, quâ *ipſi* veniſſent: ad orientem quæ *ſpectat*, in Suſa & Ecbatana ferre, ubi rex æſtatem & ver exigere dicitur: quæ ei fluvium qui trajecerit in occidentem *verſùs pateret*, in Lydiam & Ioniam ferre: quæ *denique* per montes & ad ſeptemtriones vergat, ad Carduchos ducere. Hos aiebant in montibus habitare, ac bellicoſos eſſe, neque regis imperio parere: quin copias aliquando regias, quæ centies & vicies mille hominibus conſtarent, in eos invaſiſſe; horúmque neminem, propter loco-

ὁμᾶ ἦσαν θαυμάζοντες, &c. Dicitur autem ἦσαν θαυμάζοντες planè ut Luc. XV. 1. Ησαν ἢ ἐγγίζοντες &c. Adde Marc. I. 4. Luc. XI. 14. Act. IX. 9. 2 Cor. I. 9. & V. 19.

1 Ηλεγχον τὴν &c.] Eadem eſt verbi vis K. Π. p. 75. Dicitur autem ἤλεγχον τὴν &c. pro ἤλεγχον (*ſcil.* τὰς αἰχμαλώτους) τίς ἑκάστη εἴη πᾶσα ἡ κύκλῳ χώρα. Quâ de ſtructurâ vide p. 136. n. 3. & p. 207. n. 1.

2 Τὰ μὲν &c.] *Scil.* μέρη. Vide ſis p. 42. n. 4.

3 Τῆς —— δ' ἅπερ] Utrobique intelligе ὁδῦ. Vide ſis p. 128. n. 6. Similiter articulo ἡ, ter deinceps iterato, ὁδὸς adjunge.

4 Ἔνθα θερίζειν ϗ &c.] Lege K. Π p. 645. & quæ ibi notavimus. Adde ſis *Bochart.* G. S. p. 196.

5 Η δὲ διαβάντι τὸν &c.] Plenè ſcripſeris, ἡ δὲ ὁδὸς διαβάντι τὸν ποταμὸν φαινομένη πρὸς &c.

6 Εἰς Καρδούχους ἄγοι &c.] *Stephan. Byzant.* Καρδοῦχοι, ἔθνος Μηδίας, ὡς Ξενοφῶν ἐν Ἀναβάσεως γ'. Εἰς Καρδούχους ἄγει· τούτους δὲ ἔφασαν οἰκεῖν ἀνὰ τὰ ὄρη, ϗ πολεμικοὺς εἶναι, ϗ βασιλέως οὐκ ἀκούειν. Ubi quidam verba hæc perperam ſtatuit hunc in modum eſſe concipienda: Εἰς Καρδούχους ἄγει· τούτους ἧ φησι πολεμικοὺς εἶναι, ϗ βασιλέα οὐκ ἀκούειν. De his infrá.

νοσῆσαι διὰ τὴν δυσχωρίαν· ὁπότε μέντοι πρὸς τὸν σατράπην τὸν ἐν τῷ πεδίῳ σπείσαιντο, [1] καὶ ἐπιμίγνυσθαι σφῶν τε πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐκείνων πρὸς αὐτούς.

Ακούσαντες ὃ ταῦτα οἱ στρατηγοὶ, ἐκ διῳ χωρὶς τοὺς [2] ἑκατέρους φάσκοντας εἰδέναι, οὐδὲν δῆλον ποιήσαντες, ὅποι πορεύεσθαι ἔμελλον. Εδόκει δὴ τοῖς στρατηγοῖς ἀναγκαῖον εἶναι, διὰ τῶν ὀρέων εἰς Καρδούχους [3] ἐμβάλλειν· τούτους γὰρ διελθόντες, [4] ἔφασαν εἰς Αρμενίαν ἥξειν, ἧς Ορόντας ἦρχε, πολλῆς καὶ εὐδαίμονος. Εντεῦθεν δὲ εὔπορον ἔφασαν εἶναι, ὅποι τις ἐθέλει πορεύεσθαι. [5] Επὶ τούτοις ἐθύσαντο, ὅπως, [6] ὁπηνίκα δοκοίη τῆς ὥρας, τὴν πορείαν ποιοῖντο· ([7] τὴν γὰρ ὑπερβολὴν

rum difficultatem *domum* rediiſſe: ubi verò fœdera cum regionis campeſtris ſatrapâ fecerint, & ex ipſis, *quotquot voluerint*, cum illis, & ex illis, *quibus liberet*, cum iis habere commercia.

Hæc cùm audiiſſent duces, ſeorſum collocârunt eos qui ſingulas *regionis* partes noſcere ſe aiebant, nullo indicio ab ipſis apertè facto, quò profecturi eſſent. Cæterùm ducibus *inter ſe* neceſſe eſſe videbatur, per montes in Carduchos invadere: nam poſteaquam horum regionem peragrâſſent, perventuros dixerant *captivi* in Armeniam, cui Orontas præerat, *regioni certè* amplæ & opulentæ. Inde dixerant nullo negotio, quò quis proficiſci vellet, tranſiri poſſe. Poſt hæc rem ſacram fecerunt, ut, cùm tempus videretur, iter facerent; (metuebant enim nè

1 Καὶ ἐπιμίγνυσθαι &c.] Locutio integrè forſan ità ſe haberet, καὶ ἐπιμίγνυσθαι σὺν σφῶν τισι, vel τοὺς βελομένους, πρὸς ἐκείνους, καὶ ἐξ ἐκείνων &c. *Thucyd.* l. 4. c. 118. μὴ ἐπιμισγομένους —— μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς, μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. Cæterùm particulam ante verbum illud redundare arbitratur *Muretus*.

2 Εκατέρους] Sine auctore adducunt Lexicographi: quo tamen plus vice ſimplici uſus eſt *Thucyd.* l. 4. c. 55. ὡς ἑκατέρους ἐδέ. Ubi *Scholiaſtæ* eſt σὺν ἑκάστοις τόποις. Et l. 8. c. 5. δύναμιν δὲ ἔχων αὐτὸς ἑκατέρους δεινοὺς πεζῶν. *Thom. Magiſt.* Ἑκατέρους κοινὸν λέξεων ἢ πανταχόσε. Τίθεται δὲ τὸ μὲν ἑκατέρους, ἐπὶ κινήσεως· τὸ δὲ ἑκατέρῃ καὶ ἑκατέρᾳ, ἐπὶ στάσεως.

3 Εμβάλλειν] Vide ſis p. 238. n. 4.

4 Εφασαν] *Scil.* οἱ αἰχμάλωτοι.

5 Επὶ τούτοις] Vide p. 204. n. 4.

6 Οπηνίκα —— τῆς &c.] *Thucyd.* l. 4. c. 125. ὁπηνίκα χρὴ ὁρμᾶσθαι. *Phavor.* Οπηνίκα, ὁπότε, ὅταν· Ξενοφῶν· οἱ δὲ ἐθύσαντο, ὅπως &c. ad exemplar hoc Xenophontéum. Vide p. 228. n. 4.

7 Τὴν γὰρ ὑπερβολὴν &c.] Simili uſus

τῶν ὀρῶν ἐδεδοίκεισαν μὴ καταληφθεῖη) καὶ παρήγγειλαν, ἐπειδὴ δειπνήσειαν, συνεσκευασμένους πάντας ἀναπαύεσθαι, καὶ ἕπεσθαι, ἡνίκ' ἄν τις παραγγείλῃ.

juga montium occuparentur) imperârunt etiam *militibus*, *ut*, poſteaquam cœnâſſent, omnes rebus ſuis compoſitis quieti ſe darent, & cùm quis denuntiet, ſequerentur.

ſtructurâ p. 216. ſcribit, Ἀνηρώνας δὲ αὐτοὶ ἔδοσαν ὅπη, ἐν τοῖς &c. & alibi ſæpe. Vide pag. 136. n. 3. Eandem ſequitur *Cæſar* de B. G. l. 1. c. 39. —— *rem frumentariam, ut ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant.*

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
## ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ Δ'.

1 ΟΣΑ μὲν δὴ ἐν τῇ ἀναβάσει ἐγένετο μέχρι τῆς μάχης, καὶ ὅσα μετὰ τὴν μάχην ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἃς βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν Κύρῳ ἀναβάντες Ἕλληνες ἐσπείσαντο, καὶ ὅσα, ἐξαπατήσαντος τὰς σπονδὰς βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους, ἐπολεμήθη πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἐπακολουθοῦντος τοῦ Περσῶν στρατεύματος, 2 ἐν τῷ πρόσθεν λόγῳ δεδήλωται.

Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἔνθα ὁ μὲν Τίγρης ποταμὸς παντάπασιν ἄπορος ἦν διὰ τὸ βάθος καὶ μέγεθος, πάροδος δ' οὐκ ἦν, ἀλλὰ 3 τὰ Καρδούχια ὄρη ἀπότομα ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ

QUÆCUNQUE in itinere *ſuperiorem in Aſiam facto* uſque ad prælii tempus geſta ſint, & quæ poſt prælium per inducias, quas rex & qui cum Cyro adſcenderant Græci, inter ſe fecerant, quæque adverſùs Græcos, poſteaquam rex & Tiſſaphernes fœdera violâſſent, hoſtiliter facta ſint, inſequenti *ipſos* Perſarum exercitu, ſuperiore libro expoſitum eſt.

Cùm autem *eò* perveniſſent, ubi Tigris fluvius propter altitudinem & magnitudinem tranſiri omnino non potuit, neque tranſitus erat *alius*, ſed montes Carduchii prærupti fluvio immi-

1 Ὅσα μὲν ἐν τῇ &c.] Confer init. l. 2. p. 112. & l. 3. p. 183.

2 Ἐν τῷ πρόσθεν &c.] Libro ſecundo ineunte, ſcripſit ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ &c. Vide ſis p. 234. n. 1.

3 Τὰ Καρδούχια &c.] *Strab.* l. 16. p. 1083. Πρὸς ᾧ τῷ Τίγρει, τὰ τῶν Παρθυαίων χωρία, ἃς οἱ πάλαι Καρδούχους ἔλεγον *Plin.* N. H. l. 6. c. 15. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.* Eoſdem infrà c. 27. *Gordyæos* adpellat *Plinius.* De his, necnon & fluviorum iſtorum ortu curſúque plura in *Diſſertat. Geograph.*

ποταμὸν ἐπεράτο, [1] ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς διὰ τῶν ὀρέων πορευτέον εἶναι. Ἤκουον γὰρ τῶν ἁλισκομένων ὅτι, εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς ὁ Τίγρητος ποταμὸς, ἢν μὲν βούλωνται, διαβήσονται· ἢν δὲ μὴ βούλωνται, [2] περιέασι. Καὶ ὁ Εὐφράτης τε τὰς πηγὰς ἐλέγετο ἀπέχειν οὐ πόρρω τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ· [3] καὶ ἔστιν ὅτε καὶ στενόν. Τὴν δ' εἰς τὰς Καρδούχους ἐμβολὴν ὧδε ποιοῦνται, ἅμα μὲν λαθεῖν πειρώμενοι, ἅμα δὲ φθάσαι πρὶν τοὺς πολεμίους καταλαβεῖν τὰ ἄκρα· ἡνίκα δ' ἦν ἀμφὶ τὴν [4] τελευταίαν φυλακὴν, καὶ ἐλείπετο [5] τῆς νυκτὸς ὅσον σταδίους διελθεῖν τὸ πεδίον, τηνικαῦτα

nebant, videbatur ducibus per *hos* montes iter esse faciendum. Nam futurum audiebant de iis quos ceperant ut, si montes Carduchios peragrarent, Tigris fluvii fontes in Armeniâ, si vellent, transirent: *id* si minùs vellent, *eos* circumirent. Etiam Euphratis fontes non longè à Tigri abesse dicebatur; nonnullíssque in locis angustias esse. Ad hunc verò modum iter in Carduchos ingrediuntur, partim quòd iis curæ esset ut occultè proficiscerentur, partim ut priusquam ab hostibus occuparentur *montium* juga, *eò* evaderent: cùm postremæ agerentur excubiæ, *tantúm*que noctis reliquum esset, ut planitiem per tenebras peragrare

1 Ἐδόκει τοῖς στρατηγοῖς] Sic legendum omnino rectè censuit *Leunclavius*. Similiter p. 259. ἐδόκει ἢ τοῖς στρατηγοῖς &c. & infrà p. 266. συνελθεῖν τοῖς στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε &c. Libri hactenus vulgati dedère στρατιώταις. Lectioni receptæ vetus versio Gallica adstipulatur; quippe quæ pro Græcis illis exhibet, *les chefs furent d' avis* &c.

2 Περίασι.] Vide p. 43. n. 1.

3 Καὶ ἔστιν ὅ τὸ &c.] Ex conjecturâ *Stephani* sic rescribendum curavi. In libris nonnullis legitur, καὶ ἔστιν ὅτω στενόν. *Leunclavio* placuit, καὶ ἔστιν ὅπου τι στενόν. Sed emendatio *Stephaniana* ex vitiosâ veterum librorum scripturâ faciliùs atque adeò sponte ferè exoritur. *Thucyd.* l. 1. c. 93. ἔστιν ᾗ, i. e. *Scholiaste* exponente, κατά τινας τόπους.

4 Τελευταίαν φυλακὴν,] *Tertiam* utique Græcis; quibus tres diei, totidemque noctis, erant partes. Quam autem *ultimam* vocat vigiliam Xenophon, eadem, observante Cl. *Raphelio*, videtur, quæ Evangelistæ Matt. XIV. 25. dicitur *quarta*: ex Romanorum scilicet consuetudine, quorum sub imperio Judæi tunc temporis agebant, quibúsque adeò diei quatuor, nec pauciores noctis, erant partes. Cæterùm, utraque gens, *Plinio* N. H. l. 7. c. 56. auctore, vigiliarum inventionem à Palamede accepit.

5 Τῆς νυκτὸς ὅσον σταδίους &c.] Deficit τοσοῦτον,

[1] ἀναστάντες, ἀπὸ παραγγέλσεως πορευόμενοι ἀφικνοῦνται ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πρὸς τὸ ὄρος. Ἐνθα δὴ Χειρίσοφος μὲν ἡγεῖτο τοῦ στρατεύματος, λαβὼν [2] τὸ ἀμφ' αὐτὸν, καὶ τοὺς γυμνήτας πάντας· Ξενοφῶν δὲ σὺν τοῖς ὁπλοφύλαξιν ὁπλίτας εἵπετο, οὐδένα ἔχων [3] γυμνῆτα· οὐδεὶς γὰρ ἐδόκει κίνδυνος εἶναι, μή τις ἄνω πορευομένων ἐκ τοῦ ὄπισθεν [4] ἐπίοιτο. Καὶ ἐπὶ μὲν τὸ ἄκρον ἀνεβαίνει Χειρίσοφος, πρίν τινα αἰσθέσθαι τῶν πολεμίων· ἔπειτα δὲ [5] ὑφηγεῖτο· [6] ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ ἐπιβοήθουν τοῦ στρα-

possent, tunc cùm surrexissent, utì denuntiatum fuerat, iter ingressi primâ luce ad montem perveniunt. Ibi tum Cherisophus in fronte erat exercitûs, suis sibi copiis adjunctis, omnibúsque militibus expeditis: at cum postremo gravis armaturæ militum agmine sequebatur Xenophon, cui nulli aderant expediti; nam periculi nihil esse videbatur, nè quis, ipsi dum sursum tendunt, à tergo insequeretur. Ac Cherisophus in verticem prius adscendit, quàm hostium quisquam animadverteret: deinde præibat; cùm exercitûs *pars ea* semper subseque-

τοῦτον, ut aliàs sæpissimè. Plenè Noster K. Π. p. 138. ἀγαθῷ τινὶ μοι μετέστω τοσοῦτον μέρος, ὅσον ἂν &c. Ad σκοταίους vide p. 131. n. 2.

1 Ἀναστάντες, ἀπὸ παραγγέλσεως] Participium illud apud *Thucyd.* l. 7. c. 50. eos denotat, qui *motis castris abeunt*: ubi cum eo intellexeris στρατόν. Opponitur hìc τῷ ἀναπαύεσθαι, quod extat priore libro extremo; quare non malè, opinor, vertitur, *cùm surrexißent*, seu *ad discedendum se parâssent*. Quod autem *Leunclavius* reddit, *loco se movent*, id verò satìs intelligitur ex verbis proximè sequentibus, πορευομένων ἀφικνοῦνται &c. atque adeò alia quædam notio isti participio subjicienda videtur. Supra Noster p. 233. τῇ ἄλλῃ ἐπορεύοντο πρῳαίτερον ἀναστάντες. *Est autem*, interprete *Budæo* Comm. L. G. p. 606. ἀπὸ παραγγέλσεως *aliquid fieri in castris vel in acie, cùm classico non edicitur, sed per manus imperium traditur & accipitur; quod etiam* παραγγολὴν *dicitur*. Noster Ἱππαρχ. fere medio: Τὰς γοῦν ἐξαγωγὰς τῶν ἱππικῶν ἦττον ἂν οἱ πολέμιοι αἰσθάνοιντο, εἰ ἀπὸ παραγγέλσεως γίγνοιντο μᾶλλον, ἢ εἰ ἀπὸ σαλπιγκτοῦ. Porrò, militibus erat imperatum p. 260. σωτισαμένους πάντας ἀναπαύεσθαι, καὶ ἐπιθέσθαι ἡνίκ' ἂν τις παραγγείλῃ.

2 Τὸ ἀμφ' αὐτὸν.] *Scil.* στράτευμα, quod passim deficit. Vide p. 8. n. 1.

3 Γυμνῆτα.] MS. Eton. γυμνήτην. Sic utique librario visum. Sed parum refert, utro tandem modò scribatur. *Suidas*: γυμνῆται· ἡ εὐθεῖα ὁ γυμνήτης: deinde (loco hoc Xenophontis citato) pergit, λέγεται καὶ γυμνὴς (vel γυμνῆς) γυμνῆτος.

4 Ἐπίοιτο.] Participium etiam ex eâdem origine πολιορκωτέρᾳ ductum adhibuit Noster K. Π. p. 303, 485. Ipsum hoc verbum, sed alio sensu, occurrit *Herodot.* l. 1. c. 32.

5 Ὑφηγεῖτο.] *Leuncl.* vertit, *modicè præibat*, pro eâ scilicet vi, quàm ὑπὸ verbo præposita nonnunquam obtinet; de quâ jam suprà dictum est, p. 119. n. 4. At ὑφήγημαι tantùm valet, opinor, hìc loci σφοδροπιῶ.

6 Ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ ὑπερβάλλον &c.] *Leuncl.* vertit,

τούμτ@, εἰς τὰς κώμας τὰς ἐν τοῖς ἄγκεσί τε καὶ μυχοῖς τῶν ὀρέων.

Ενθα δὴ οἱ μὲν Καρδοῦχοι ἐκλιπόντες τὰς οἰκίας, ἔχοντες καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, [1] ἔφευγον ἐπὶ τὰ ὄρη· τὰ δ' ἐπιτήδεια πολλὰ ἦν λαμβάνειν· ἦσαν γὰρ καὶ [2] χαλκώμασι πεμπόλλοις κατεσκευασμέναι αἱ οἰκίαι, ὧν οὐδὲν [3] ἔφερον οἱ Ελληνες, οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐδίωκον, [4] ὑποφειδόμενοι, εἴ πως ἂν ἐθελήσειαν οἱ Καρδοῦχοι [5] διϊέναι αὐτοὺς ὡς διὰ φιλίας τῆς χώρας, ἐπείπερ βασιλεῖ πολέμιοι ἦσαν. Τὰ μέντοι [6] ἐπιτήδεια, ὅτῳ

retur, quæ *verticem* ſuperârat, ad vicos in convallibus & receſſibus montium ſitos.

Tum verò Carduchi, relictis ædibus, cum uxoribus ac liberis in montes fugiebant: magnam *hìc* commeatûs copiam capere licebat; ædes etiam vaſis æneis permultis erant inſtructæ, quorum nullum auferebant Græci, nec homines perſequebantur; quippe *his eo conſilio* parcebant *ut experirentur*, an ipſos Carduchi tanquam per pacatam regionem tranſmittere voluerint, quippe quia regi erant infeſti. Verùm commeatus, in quos quiſ-

vertit, *reliquâ exercitûs parte ſemper ſubſequente.* Amaſæus, *ſequebatur exercitûs frons.* Uterque perperam. Poſt ὑπερβάλλον intelligendum eſt ἄκρον, atque adeò locus ſic ferè ſupplendus exponendúſve, ἐφείπετο δὲ ἀεὶ τὸ τῷ στρατεύματι μέρος, ὃ τὸ ἄκρον ἤδη ὑπερβεβληκει. Ut autem hoc loco dixit τὸ ὑπερβάλλον τῷ στρατεύματι, ità p. 155. τὸ ἡγεμὸν τῷ στρατεύματι, ubi vide n. 3. & infrà ſimiliter, τῶν σκευοφόρων τὸ ὑπολειπόμενα. Sic alibi ſæpé. Cæterùm, *Thucyd.* l. 8. c. 104. de parte claſſis dicit, ὑπερβεβληκει ἤδη τὴν ἄκραν, ἢ &c. Et τὸ ὑπερβάλλω quidem, vim iſtam potito, ortum debet ὑπερβολὴ, quo uſus eſt Noſter ſub fin. l. 3. p. 259. l. 1. p. 20. alibi.

1 Εφευγον] In MSto Eton. deeſt: perperam, nec ſine ſenſûs & conſtructionis detrimento, niſi pro ἐκλιπόντες repoſueris ἐξέλιπον. Vide p. 20. n. 1.

2 Χαλκώμασι] *J. Poll.* l. 10. ſegm. 174. Φαίης δ' ἂν χρυσώματα, ἢ ἀργυρώματα, ἢ χαλκώματα τὸ μέρος τῶν σκευῶν· ἢ μόνον τὸ τῇ Αναβάσει Ξενοφῶντος εἰρημένον χαλκώμασιν, ἀλλὰ καὶ Αἰσχυλος τὸ &c.

3 Εφερον] Vide p. 173. n. 1.

4 Υποφειδόμενοι, εἴ πως &c.] In lexicis omittitur ὑποφείδομαι. Integra foret locutio, — ἐδίωκον, ἀλλ' ὑπεφείδοντο περώμενοι εἴπως &c. Similiter infrà paulò dicit, — ἐκ ὑπέμενον, εἴ πως δυναίμεθα &c.

5 Διϊέναι — ἐπείπερ &c.] Idem eodem ſenſu occurrit verbum p. 215. *Diodor. Sic.* l. 14. p. 257. ἦσαν δὲ ἔτοι (de Carduchis loquitur) πολέμιοι μὲν τῷ βασιλέως, &c.

6 Επιτήδεια, ὅτῳ τις &c.] MS. Eton. & editi plerique ὅ, τι τις &c. Sed, *Stephano* monente, ὅτῳ reſcribendum curavi. Sic Κ.Π. p. 236. — πάντας, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν, — ubi lege quæ nota-

πις ὑπυγχάνοι, [1] ἐλάμβανον· ἀνάγκη γὰρ ἦν. Οἱ δὲ Καρδοῦχοι ὅτε [2] καλούντων ὑπήκουον, ὅτε ἄλλο φιλικὸν ὠδὲν ἐποίουν. Ὅτε δὲ οἱ τελευταῖοι τῶν Ἑλλήνων κατέβαινον εἰς τὰς κώμας ἀπὸ τοῦ ἄκρου ἤδη [3] σκοταῖοι, (διὰ γὰρ τὸ στενὴν εἶναι τὴν ὁδὸν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἀνάβασις αὐτοῖς ἐγένετο καὶ κατάβασις εἰς τὰς κώμας) τότε δὴ συλλεγέντες [4] τινὲς τῶν Καρδούχων τοῖς τελευταίοις ἐπεπέσοντο, καὶ ἀπέκτεινον τινὰς, καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασι καθέτους, [5] ὀλίγοι τινὲς ὄντες· ἐξ ἀπροσδοκήτου γὰρ αὐτοῖς ἐπέπεσε [6] τὸ Ἑλληνικόν. Εἰ μέντοι τότε πλείους συνελέγησαν, ἐκινδύνευσεν ἂν διαφθαρῆναι [7] πολλὰ τοῦ στρατεύματος. Καὶ ταύτην μὲν τὴν νύκτα

quam inciderit, ſumebant: neceſſitas enim *ità poſcebat*. At Carduchi nec vocantibus morem gerebant, nec ullum aliud amicitiæ faciebant officium. Cùm autem Græcorum ultimi tenebris jam obortis de vertice *montis* in vicos deſcenderent, (nam propterea quòd anguſta eſſet via, diem totum adſcendendo & in vicos deſcendendo contriverant) tum verò collecti quidam ex Carduchis ultimos *iſtos* invaſêre, & nonnullos interfecêre, lapidibus etiam ac ſagittis *alios* ſauciaverunt, numero quamvìs eſſent exigui: nam Græcorum exercitus ex improviſo in eos inciderat. Quòd ſi tum plures collecti fuiſſent, in periculum interitûs magna pars exercitûs veniſſet. Atque hanc quidem noctem ità

notavimus. Et K. A. l. 1. p. 79. ὡς Ἀγησίπτην ὅτῳ συτύχοιεν.

1 Ελάμβανον· ἀνάγκη &c.] Lege quæ diſſerit *Grot.* de B. & P. l. 3. c. 17.

2 Καλούντων ὑπήκουον,] Tertium huic verbo caſum tribuit K. Π. p. 292. πῶς ἀπειλοῦσι ὑπακούσεται, ——

3 Σκοταῖοι,] Vide ſis p. 131. n. 2.

4 Τινὲς τῶν Καρδούχων &c.] Diodor. Sic. l. 14. p. 257. μάλιστα δ' ἐκπονοῦντες (Carduchi) σφενδόναις ὡς μεγίστους λίθους ἐμβάλλειν, καὶ τοξεύμασιν ὑπερμεγέθεσι χρῆσθαι· δι' ὧν τοὺς Ἕλληνας καταπτώσκοντες ἐξ ὑπερδεξίων τόπων, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλον, οὐκ ὀλίγους δὲ καιρῶς διέθεσαν.

5 Ολίγοι τινὲς ὄντες.] A MSto Eton. malè abeſt τινὲς, quod ſcriptores apud Atticos ſæpiſſimè πλεονάζειν abunde docuit *Stephanus* Append. ad ſcripta de dial. Atticâ p. 80. Exemplis ibi adlatis adde *Æſchin.* dial. 2. ſect. 17. Οποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ &c. Ibid. ſect. 22. ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι. Pluribus adducendis tempero.

6 Τὸ Ελληνικόν.] Adi p. 8. n. 1.

7 Πολλὰ τοῦ στρατεύματος.] MS. Eton. πολὺ &c. Sed nil mutandum. Infrà, τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν ἀνδραποδῶν πολλὰ ἀπώλετο, — Utrobique intellige μέρη. Quod ſatìs ſæpè monuimus.

ὅπως ἐν ταῖς κώμαις [1] ηὐλίσθησαν· οἱ δὲ Καρδοῦχοι κύκλῳ [2] πυρὰ ἔκαιον ὑπὲρ τῶν ὀρέων, καὶ σαφῶς ἀλλήλους.

Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ σὺν ἐλθεῖν τοῖς στρατηγοῖς καὶ λοχαγοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε τῶν τε ὑποζυγίων τὰ ἀναγκαῖα καὶ τὰ δυνατώτατα πορεύεσθαι ἔχοντας, καταλιπόντας τὰ ἄλλα, καὶ ὁπόσα ἦν νεωστὶ [3] αἰχμάλωτα ἀνδράποδα ἐν τῇ στρατιᾷ, πάντα ἀφεῖναι. Σχολαίαν γὰρ [4] ἐποιοῦντο τὴν πορείαν πολλὰ ὄντα τὰ ὑποζύγια καὶ τὰ αἰχμάλωτα· καὶ πολλοὶ δὴ αὐτῶν, [5] οἱ ὑπὸ τούτοις ὄντες, ἀπόμαχοι ἦσαν, διπλάσιά τε τὰ ὀπτήδεια ἔδει πορίζεσθαι καὶ φέρεσθαι, πολλῶν τῶν ἀνθρώ-

in vicis commorati ſunt: at Carduchi undique in montibus ignes accendebant, ſéque mutuò adſpectabant.

Ubi illuxit, Græcorum ducibus & cohortium præfectis viſum eſt, *ſic* iter facere, ut ex jumentis neceſſaria *tantùm* & robuſtiſſima ſecum ſumerent, cætera relinquerent, atque mancipia, quæcunque recèns capta erant in exercitu, omnia dimittere. Nam multa quòd eſſent jumenta & mancipia tardam reddebant profectionem: quin etiam ex ipſis multi, his præfecti, ad pugnandum *propterea* inutiles erant; ac duplo major commeatus parandus erat & portandus, cùm magnus eſſet homi-

1 Ηὐλίσθησαν·] Eodem recidere videtur, atque διήγαγον, διέμειναν, &c. quibus ſæpè aliàs utitur. Infrà legitur, ταύτην δ' αὖ τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν &c. Minùs itaque accuratè αὐλίζεσθαι verti ſolet *pernoctare*, cùm commorationem *diurnam* æquè ac *nocturnam* denotet. His adde p. 131. n 3.

2 Πυρὰ] Vide ſis p. 184. n. 3.

3 Αἰχμάλωτα ἀνδράποδα] Mox infrà ἐλλειπτικῶς dicit αἰχμάλωτα tantùm. Utraque vox de hominibus adhibetur bello captis, & ſervituti mancipatis.

4 Ἐποιοῦντο — πολλὰ &c.] Sic ſolent auctores; refragentur licèt plerumque grammatici, & neutro plurativo verbum ſingulare tribuant. Noſter Κ. Π. p. 93. utrumque verbi numerum pariter adhibuit: τὰ καινὰ μηχανήματα ἐὺδοκιμεῖ· ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾷν δυώαντα &c. Joh. X. 4, 5. καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ. Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται &c. Confer v. 16. & Jac. II. 19.

5 Οἱ ἐπὶ τούτοις &c.] Veteres grammatici obſervârunt, ἐπὶ, δοτικῇ σιωταξομένην, δυώμων καὶ ἐξουσίαν interdum ſignificare. Sic ſuprà p. 3. ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ eſt *in poteſtate fratris*. Hìc autem denotat *poteſtatem*, (non ejus, cui quis ſubjicitur, ſed) quam quis in alios obtinet. Cæterùm, ἀπόμαχοι qui dicantur, intelligas licèt ex p. 246. n. 2.

πων ὄντων. [1] Δόξαν δὲ ταῦτα, [2] ἐκήρυξαν οὕτω ποιεῖν.

Ἐπειδὴ δὲ ἀριστήσαντες ἐπορεύοντο, ὑποστάντες ἐν στενῷ οἱ στρατηγοὶ, εἴ τι εὑρίσκοιεν τῶν εἰρημένων μὴ ἀφιέμενον, ἀφῃροῦντο· οἱ δ' ἐπείθοντο, πλὴν εἴ τις τι ἔκλεψεν, ἢ παιδὸς ἐπιθυμήσας, ἢ γυναικὸς [3] τῶν εὐπρεπῶν. Καὶ ταύτην μὲν τὴν ἡμέραν οὕτως ἐπορεύθησαν, τὰ μέν τι μαχόμενοι, τὰ δὲ καὶ ἀναπαυόμενοι. Εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν χειμὼν ἦν πολὺς, ἀναγκαῖον δ' ἦν πορεύεσθαι· ἀπορία γὰρ ἦν ἱκανὰ τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ ἡγεῖτο μὲν Χειρίσοφος, ὠπισθοφυλακὴ δὲ Ξενοφῶν. [4] Καὶ οἱ πολέμιοι ἰσχυρῶς ἐπετίθεντο, καὶ στενῶν ὄντων τῶν χωρίων, ἐγγὺς προσιόντες

num numerus. His decretis, per præconem edixerunt, ità esse faciendum.

Posteaquam pransi *jam* iter facere cœpissent, arto *quodam* in loco cùm substitissent duces, si quid reperirent ex iis quæ dicta sunt, quod non dimitteretur, auferebant: illi autem parebant, præterquam si quis furtim aliquid retineret, vel pueri cupiditate, vel formosæ mulieris, accensus. Atque ità quidem die isto iter faciebant, partim pugnantes, partim etiam requiescentes. Postero verò die magna coorta est tempestas, sed *tamen* necessariò pergendum erat; quippe quia commeatûs *iis* non satìs magna erat copia. Ac Cherisophus quidem erat in fronte, & agmen ultimum ducebat Xenophon. Hostes autem acriter *Græcos* invadebant, & quia loca erant angusta, propiùs accedebant

1 Δόξαν ᾗ ταῦτα,] Auctor novæ L. G. discendæ methodi Parisiensis docet neutrum singulare δόξαν referri ad τὸ δοκεῖν, cujus infinitivi accusativus pluralis est ταῦτα: q. d. μετὰ δόξαν τὸ δοκεῖν ταῦτα. Similiter *Plato* in *Protag.* p. 314. edit. Steph. Δόξαν ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα. Cùm verò δόξαντα ταῦτα dicitur, rectè tradit idem non intelligi τὸ δοκεῖν, sed solum substantivum plurale. Sic verba Xenophontis, *Hist. Gr.* l. 3. paulò citra med. Δοξάντα δὲ ταῦτα &c. suppleveris, Μετὰ δόξαντα ταῦτα τὰ πράγματα.

2 Ἐκήρυξαν &c.] Scil. κήρυκες vel τινὲς, jussu στρατηγῶν & λοχαγῶν. Vide p. 248. n. 2. & p. 30. n. 4. Et ad ποιεῖν, p. 28. n. 1.

3 Τῶν εὐπρεπῶν.] Integrè scripseris τινὸς ἐκ τῶν &c. Adi sis p. 70. n. 5. & p. 50. n. 5.

4 Καὶ] Alio atque alio modo Latinè reddenda est hæc particula. Usus ejus minùs vulgares jam suprà indicavimus p. 107. n. 1. & p. 252 n. 4. Hìc, opinor, valet *autem*. Sic & *Ælian.* V. H. l. 13. c 1. Καὶ ἦν σὺ κοίλῃ τῇ φάραγγι &c. Et Luc. XXIV. 52. Καὶ αὐτοὶ προσκυνήσαντες &c.

ἐτόξευον καὶ ἐσφενδόνων· ὥσε ἠναγκάζοντο οἱ Ἕλληνες, ὑπο-
διώκοντες καὶ πάλιν ἀναχάζοντες, σχολῇ πορεύεσθαι· καὶ τα-
μιναὶ [1] παρήγγειλεν ὁ Ξενοφῶν ὑπομένειν, ὅτε οἱ πολέμιοι
ἰσχυρῶς ἐπικέοιντο. [2] Ἐνθα ὁ Χειρίσοφος, ἄλλοτε μὲν ὅτε πα-
ενγυῷτο, ὑπέμενε, τότε δὲ οὐχ ὑπέμενεν, ἀλλ' ἦγε ταχέως,
καὶ παρηγγύα ἕπεσθαι· ὥσε δῆλον ἦν, ὅτι [3] πρᾶγμά τι εἴη·
σχολὴ δὲ οὐκ ἦν ἰδεῖν παρελθόντι τὸ αἴτιον τῆς σπουδῆς· ὥσε
ἡ πορεία ὁμοία φυγῆς ἐγίνετο τοῖς ὁπλοφύλαξι. Καὶ ἐν-
ταῦθα ἀποθνήσκει ἀνὴρ ἀγαθὸς Λακωνικὸς Κλεώνυμος,
τοξευθεὶς διὰ τῆς ἀσπίδος [4] καὶ τῆς σολάδος εἰς τὰς πλευ-
ράς, καὶ Βασίας Ἀρκὰς, διαμπερὲς εἰς τὴν κεφαλήν. Ἐπεὶ
δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ σταθμὸν εὐθύς, [5] ὥσπερ εἶχεν, ὁ Ξενοφῶν

& ſagittis fundíſque petebant; adeò ut Græci, dum *hoſtem* perſequerentur & rurſùs retrocederent, tardè progredi cogerentur: ſæpè Xenophon etiam denuntiabat ſubſiſtendum eſſe, quoties hoſtes acriter inſtarent. Ibi Cheriſophus, *qui* aliàs quidem, cùm denuntiabatur, ſubſiſtebat, tum non ſubſiſtebat, ſed ducebat celeriter, *ſuóſ*que ſequi jubebat: adeò ut perſpicuum eſſet, aliquam rem moleſtam ſuperveniſſe: at otium non erat, ut quis *ad ipſum* pergeret, ac quæ feſtinationis eſſet cauſa videret: quare fugæ ſimile fuit iis iter, qui in extremo erant agmine. Ibi moritur etiam vir fortis Cleonymus Lacedæmonius, confixus ſagittâ per ſcutum & ſtoladem in *ipſas* coſtas *miſſâ*, *itém*que Baſias Arcas, transfixâ penitùs per caput *ſagittâ*. Cùm autem ad locum caſtris locandis idoneum perveniſſent, Xenophon, ut ſe ha-

1 Παρήγγειλεν —— ὑπομένειν,] Conſule p. 28. n 1. & p. 255. n. 1.

2 Ἐνθα] Lege p. 225. n. 3.

3 Πρᾶγμα] I. e. δεινόν τι. Hujus numero plurativo ſæpiſſimè ἐπὶ κακῷ λεγόντων οἱ παλαιοί: *ſcil.* pro δυσχέρεια, κακοπάθεια &c.

4 Καὶ τῆς σολάδος] Reſpice p. 233. n. 2. *Diodor.* Sic. l. 14. p. 258. τὰ γὰρ βέλη (Cardu-chorum) μείζω καθεστῶτα δυοῖν πηχῶν ἐδύνε διά τε τῶν ἀσπίδων & θωράκων, ὥστε μηδὲν τῶν ὅπλων ἰσχύειν τὴν βίαν αὐτῶν ὑπομένειν. Cæterùm, ποιητικώτερον eſſe illud διαμπερὲς, & ex *Homero* deſumptum, nullus licèt monuerim, animadvertet lector.

rant; cùm autem pergerent, priùs ſe tranſiiſſe quàm pudenda madefacerent: atque *ità* cùm tranſiiſſent, & veſtimenta *illa* cepiſſent, *eodem vado* reverſos.

Igitur Xenophon ſtatim & ipſe libationem inſtituit, & *ſuos* infundere adoleſcentibus *hiſce* juſſit, atque vota diis, qui tum ſomnia tum vadum monſtrâſſent, nuncupare, ut reliqua etiam *ipſis* perficerent commoda. Libatione factâ, adoleſcentes ad Cheriſophum ſtatim duxit; *eí*que iſta narrant. *Quæ* cùm audiîſſet Cheriſophus, libationes inſtituit. Ubi verò libâſſent, denuntiant cæteris ut vaſa colligerent; ipſi, convocatis ducibus, quo pacto quàm optimè tranſirent, & tum eos à fronte *qui ſtabant* vincerent, tum ab iis à tergo *qui erant* detrimenti nihil acciperent, deliberârunt. Ip-

νειν. Uterque, omiſſo ἔφασαν, ad ſupplendam ſententiam τῷ ἀφικέσθαι præpoſuerunt ἐπειρῶντο.

1 Ἔσπενδε, καὶ — ἐγχεῖν &c.] Etymol. m. Σπένδω, σημαίνει τὸ μετὰ θυσιῶν φιλοτιμοῦμαι καὶ παλαίσματα καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Phavor.* Σπονδή, ὁ ἐπιχύσμος ταῖς θυσίαις οἴνου· σπονδὰς, ἐκχύσεις οἴνου. Adde *Suid.* ſupra cit. p. 93. n. 4. Vino nempe Græci ad libationes plerumque utebantur; utì paſſim teſtatur *Homerus*: adeò ut plenè diceretur ἔσπενδε οἴνῳ. Ἐγχεῖν etiam ſolemne eſt in ſacrificiis verbum. Vini utique in pocula huic uſui deſtinata ubi adfatim infuderant, aliquantum mox deorum in honorem effundebant. Plenè *Ariſtoph.* Εἰρ. v. 1102. Ἔγχει δὴ σπονδήν &c. Cùm autem libationes cum precibus ferè conjungi ſolerent, ritè ſequitur illud εὔχεσθαι. Plura qui deſiderat, adeat velim *Archæol. Gr.* l. 2. c. 4.

2 Καὶ τοὺς πρόσθεν &c.] Orontæ *ſcil.* & Artuchi copias, de quibus p. 284.

3 Ὑπὸ τῶν ὄπισθεν &c.] *Scil.* à Carduchis, quorum meminit p. 286.

ἔδοξεν αὐτοῖς Χειρίσοφον μὲν ἡγεῖσθαι, καὶ διαβαίνειν ἔχοντα τὸ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος, τὸ δὲ ἥμισυ ὑπομένειν σὺν Ξενοφῶντι· τὰ δὲ ὑποζύγια [1]καὶ τὸν ὄχλον ἐν μέσῳ τούτων διαβαίνειν. Ἐπεὶ δὲ καλῶς ταῦτα εἶχεν, ἐπορεύοντο· ἡγοῦντο δὲ οἱ νεανίσκοι, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὸν ποταμόν· ὁδὸς δὲ ἦν ὅπη τὴν διάβασιν ὡς τέτταρα στάδια.

Πορευομένων δ' αὐτῶν [2]ἀντιπαρήεσαν αἱ τάξεις τῶν ἱππέων. Ἐπεὶ δ' ἦσαν κατὰ τὴν διάβασιν καὶ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ, [3]ἔθεντο τὰ ὅπλα, καὶ αὐτὸς πρῶτος Χειρίσοφος [4]ἐστεφανωμένος καὶ ἀποδὺς ἐλάμβανε τὰ ὅπλα, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι παρήγγελλε· καὶ τὰς λο-

Cilat Toup in Suid. II. 37.

sissque *adeò* visum est, ut Cherisophus in fronte esset, ac cum dimidiâ exercitûs parte transiret; & *reliqua* pars dimidia cum Xenophonte maneret; jumentáque ac turba *imbellis* medio inter hos *loco* trajicerent. His *ità* rectè constitutis, pergebant: itineris autem duces erant adolescentes, quibus ad lævam erat amnis: via, quæ ad transeundi locum *ducebat*, stadiorum ferè quatuor erat.

Cùm proficisci cœpissent, adversùs eos *ex alterâ parte fluminis* equitum perrexêre turmæ. Ad locum trajectûs & fluminis ripas ubi perveniissent, aciem ordinandi causâ subsistebant, ac primus ipse Cherisophus coronatus ac veste positâ arma capiebat, *idém*que cæteris omnibus *faciendum* imperabat: cohortium etiam præ-

1 Καὶ τὸν ὄχλον] Vide sis p. 244. n. 5.

2 Ἀντιπαρήεσαν αἱ τάξεις &c.] Quas suprà memorat p. 284. Cæterùm, verbum illud lexicis est ignotum.

3 Ἔθεντο τὰ ὅπλα] *Leunclav.* vertit *arma ponunt*; & sic ferè *Amasæus*. Minùs rectè; nisi qui armati consistunt, nec tamen re ipsâ pugnant, ii propriè arma ponere dicantur. Quod autem de Cherisopho mox infrà dicitur ἐλάμβανε τὰ ὅπλα, nihil indè præsidii illorum accedit interpretationi: quippe quia de eo id tum demum dicitur, cùm priùs vestem, & proinde arma, posuisset. Itaque hìc loci sonare videtur phrasis vel simpliciter *armati substiterunt*, vel *aciei instruendæ*, *ducúm*que adeò mandatorum accipiendorum, *causâ*. Vide p. 280. n. 3.

4 Ἐστεφανωμένος] MS. Eton. στεφανωσάμενος. Dicitur is forsan ἐστεφανωμένος, quòd modò rem sacram fecerat; nam veteres coronatos sacrificâsse, satìs notum est: nisi mavis illum ominis boni causâ coronam, lætitiæ utique & victoriæ quasi animo præceptæ indicium, sumpsisse. Consule, εἴ γε δεῖ, quæ viri docti *Kuhnius* & *Perizon.* notârunt ad *Ælian.* V. H. l. 3. c. 3.

χαγὸς ἐπέλθοιεν ἄξειν [1] τὰς λόχους ὀρθίους, τὰς μὲν ἐν ἀριστερᾷ, τὰς δ' ἐν δεξιᾷ ἑαυτῶν. Καὶ οἱ μὲν μάντεις [2] ἐσφαγιάζοντο εἰς τὸν ποταμόν· οἱ δὲ πολέμιοι ἐτόξευόν τε καὶ ἐσφενδόνων· ἀλλ' ὅπως ἐξικνοῦντο. Ἐπεὶ δὲ [3] καλὰ ἦν τὰ σφάγια, [4] ἐπαιάνιζον πάντες οἱ στρατιῶται καὶ [5] ἀνηλάλαζον, συνωλόλυζον δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι. Πολλαὶ γὰρ ἦσαν [6] ἑταῖραι ἐν τῷ στρατεύματι.

Καὶ Χειρίσοφος μὲν ἐνέβαινε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· ὁ δὲ Ξενοφῶν, λαβὼν τῶν ὁπλοφυλάκων τοὺς εὐζωνοτάτους, ἔθει

fectos cohortes rectas, tum ad dextram ſuam, tum ad lævam ducere jubebat. Et vates quidem hoſtias ad amnem mactabant: hoſtes ſagittas mittebant fundíſque utebantur; ſed necdum *ad Græcos* pertingebant. Poſteaquam pulchrè litatum fuiſſet, pæana milites omnes canebant & clamorem exultanter tollebant, mulieréſque etiam omnes altâ lætâque voce unà clamabant. Erant enim multæ in exercitu amicæ.

Ac Cheriſophus quidem cum ſuis *amnem* ingrediebatur: & Xenophon, *ſecum* ſumptis eorum qui in extremo erant agmine expe-

1 Τὰς λόχους ὀρθίους,] Lege ex *Æliano* & *Arriano* adlata ad Κ. Π. p. 194. Quibus accedunt *Phavor.* & *Suid.* in v. Ὀρθία.

2 Ἐσφαγιάζοντο εἰς &c.] Rectiùs forſan verteris *in* quàm *ad* flumen: neque enim deeſt exemplum mactatæ in ipſo fluvii trajectu hoſtiæ. *Arrian.* de Exp. Alex. l. 1. c. 11. καὶ ἐπειδὴ μεταξὺ μέσου τοῦ πόρου τοῦ Ἑλλησπόντου ἐγένετο (Alexander) σφάξαντα ταῦρον, τῷ Ποσειδῶνι καὶ Νηρηίσι σπένδειν ἐκ χρυσῆς φιάλης εἰς τὸν πόντον. Adde ejuſd. l. 6. c. 3.

3 Καλὰ ἦν τὰ &c.] Adi p. 82. n. 2. & p. 124. n. 4.

4 Ἐπαιάνιζον] Vide p. 83. n. 2. & p. 208. n. 3.

5 Ἀνηλάλαζον, συνωλόλυζον &c.] Prius verbum extat apud *Euripid.* Ἰκετ. v. 719. Ἐγὼ δ' ἀνηλάλαξα, κἀνωρχησάμην. Quem locum reſpicit etiam Cl. *Grammius*, ubi rectè ἀναλαλάζω iis adnumerat verbis, quæ in lexicis non habentur. *Arrian.* de Exped. Alex. l. 6. c. 3. eandem notionem ſubjecit verbo ἐπαλαλάζειν, quod in lexicis quidem reperitur, ſed ἀδιαπότως. Vide p. 83. n. 5. Porrò, deeſt etiam in pleriſque lexicis συνολολύζω; (quod Cl. *Grammius* prætermiſit) ſimplex autem ὀλολύζω eſt ſacrorum in primis vox, & clamorem mulierum ſacrificantium (obſervante *Animadv.* in *Athen.* l. 7. c. 10. doctiſ. *Caſaub.*) indicat. Ejuſdem vide *Comment.* ad *Theophr.* c. 21. Rectè verò monuit, quod & exemplis adlatis probavit, illuſtriſ. *Spanh.* ad *Callim.* Hymn. in Del. v. 258. ὀλολύζειν ſolenniter in publicâ etiam lætitiâ, quæ fauſtas lætáſque flagitaret acclamationes, adhiberi. Lege ſis quæ loco cit. ſcripſit vir eruditiſſimus.

6 Ἑταῖραι] Quæ Latinis itidem honeſtiore nomine *amicæ* adpellabantur.

ἀνὰ κράτος πάλιν ὅπῃ τὸν πόρον τ' κατὰ τ' ἔκβασιν τῇ εἰς τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη· πορσωτέρω [1] ταύτῃ ἀφεβὰς ἀποκλείσειν τὸς ἀπὸ τ' ποταμὸν ἱππεῖς. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὁρῶντες μὲν τὸς ἀμφὶ Χειρίσοφον εὐπετῶς τὸ ὕδωρ διαπερῶντας, ὁρῶντες δὲ τὸς ἀμφὶ Ξενοφῶντα ἰόντας [2] εἰς τὔμπαλιν, δείσαντες μὴ ἀποκλεισθείησαν, φεύγουσιν ἀνὰ κράτος πρὸς τῇ ἀπὸ τ ποταμοῦ ἔκβασιν ἄνω. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐγίγνοντο, ἔτεινον ἄνω πρὸς τὸ ὄρος. Λύκιος δὲ ὁ τῇ τάξιν ἔχων τῶν ἱππέων, καὶ Αἰσχίνης ὁ τῇ τάξιν ἔχων τ' πελτασῶν τ' ἀμφὶ Χειρίσοφον, ἐπεὶ ἑώρων [3] ἀνὰ κράτος φεύγοντας, ἵπτοντο· οἱ δὲ σφετέρων ἑβόων μὴ ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ συνεκβαίνειν ὅπῃ τὸ ὄρος. Χειρίσοφος δ' [4] αὖ ἐπεὶ διέβη, τὸς μὲν ἱππέας οὐκ ἐδίωκεν, εὐθὺς δὲ κ τ' τὰς πορσηκούσας ὄχθας ὅπῃ τὸν ποταμὸν ἐξέβαινεν ὅπῃ τοὺς ἄνω πο-

ditiſſimis, totis viribus ad trajectum *illum* recurrit, qui *erat* propter aditum, in Armeniorum montes *ducentem*; ſimulans hàc ſe tranſiturum & intercluſurum equites, qui ſecundùm flumen erant. Hoſtes ubi Cheriſophum cum ſuis aquam videbant facilè tranſmittere, videbant etiam Xenophontem cum ſuis retrò currere, veriti nè intercluderentur, totis viribus ad eum fugiunt aditum, qui à fluvio ſurſum *ducebat*. *Eam* in viam cùm perveniſſent, in montem ſurſum tendebant. Lycius autem qui equitum turmam ducebat, & Æſchines cui agmen erat peltaſtarum de Cheriſophi copiis, *hos* cùm totis viribus fugere viderent, ſequebantur: milites *cæteri* clamabant *ſe ab illis* non abfuturos, ſed unà *cum iis* in montem evaſuros. At Cheriſophus ubi tranſiiſſet, non *ille* quidem equites inſequebatur, ſed ſtatim per ripas ad amnem pertinentes adverſùs hoſtes, ſuperioribus in locis *ſubſiſtentes*,

1 Ταύτῃ] Vide ſis p. 220. n. 4.

2 Εἰς τὔμπαλιν] Reſpice p. 228. n. 3.

3 Ἀνὰ κράτος] Sic ſuprà diviſim. At ubique ferè MS. Eton. & edit. *Ald.* conjunctim repræſentant. Sed de hujuſmodi minutiis ſatìs ſuprà, p. 63. n. 1. & p. 201. n. 6.

4 Αὖ] Adi p. 108. n. 2.

λεμίους. Οἱ δὲ ἄνω, ὁρῶντες μὲν τοὺς ἑαυτῶν ἱππέας φεύγοντας, ὁρῶντες δὲ ὁπλίτας βαρύντας σφίσιν, ἐπιλείπουσι τὰ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ ἄκρα.

Ξενοφῶν δ', ἐπεὶ [1] τὰ πέραν ἑώρα καλῶς γιγνόμενα, ἀπεχώρει [2] τὴν ταχίστην πρὸς τὸ διαβαῖνον στράτευμα. (Καὶ γὰρ οἱ Καρδοῦχοι φανεροὶ ἤδη ἦσαν εἰς τὸ πεδίον καταβαίνοντες, ὡς ἐπισπόμενοι τοῖς τελευταίοις.) Καὶ Χειρίσοφος μὲν τὰ ἄνω κατεῖχε, Λύκιος δὲ σὺν ὀλίγοις ἐπιχειρήσας ἐπιδιῶξαι, ἔλαβε τῶν σκευοφόρων τὰ ὑπολειπόμενα, καὶ μετ' αὐτῶν ἐσθῆτά τε καλὴν καὶ ἐκπώματα. Καὶ τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁ ὄχλος [3] ἀκμὴν διέβαινε· Ξενοφῶν δὲ [4] στρέψας πρὸς τοὺς

evaſit. Illi verò *qui* in locis altioribus *conſtiterunt*, cùm equites ſuos fugere cernerent, cernerent gravis armaturæ milites adverſùs ſe pergere, juga fluvio imminentia deſerunt.

*Interim* Xenophon cùm vidiſſet rem in ulteriore ripâ benè ſucceſſiſſe, quàm celerrimè ad copias *amnem* tranſeuntes revertitur. (Nam Carduchi palàm in planitiem deſcendebant, quaſi *qui* in extremum agmen impetum facturi *eſſent*.) Et Cheriſophus ſuperiora *jam* tenebat *loca*, Lyciúſque cum paucis *hoſtes* inſequi adgreſſus, impedimenta à tergo relicta cepit, & in his tum veſtem pulchram tum pocula. Ac impedimenta quidem Græcorum & turba adhuc tranſibant: at Xenophon cùm *ſe ſuóſque* in Car-

1 Τὰ πέραν] Quali opus ſit ſupplemento dictum ſuprà p. 25. n. 3.

2 Τὴν ταχίστην] Paſſim ἐπιῤῥηματικῶς efferuntur. *Ælian.* V. H. l. 1. c. 32. Οἱ δὲ τῷ ταχίστην προσδραμόντες, &c. Vide ſis *Budæi* Comm. L. G. p. 971.

3 Ἀκμὴν] *Mœr. Attic.* Ἀκμὴν ἐδεὶς τὸ Ἀττικῶν ἀντὶ τοῦ ἔτι, εἰ μὴ μόνος Ξενοφῶν, ἐν τῇ Ἀναβάσει· Ἑλληνικῶς δὲ χρῶνται. *Phrynich.* etiam, Ἀκμὴν ἀντὶ τοῦ ἔτι, Ξενοφῶντα λέγουσιν ἅπαξ αὐτὸν κεχρῆσθαι· σὺ δὲ φυλάττου χρῆσθαι, λέγε δὲ ἔτι. *Heſych. Phavor.* & *Suid.* Ἀκμήν, ἔτι. Lexic. Gr. Lat. vet. Ἀκμὴν, ἐπίῤῥημα, *adhuc*. Eâdem voce uſus eſt *Iſocrat.* ad *Demon.* initio ferè: καὶ σὺ μὲν ἀκμῇ φιλοσοφεῖς, ἐγὼ &c. Et ſæpè *Polybius*. Elegantiſ. *Alberti* rectè ad Matt. XV. 16. obſervavit ἀκμῇ dici ἐμφατικῶς pro κατ' ἀκμὴν, i. e. *in ipſo vigore* ſeu *maturitate rei agendæ*, aut *in ipſo hoc temporis articulo* ſive *momento*; pro vario ſignificatu τῆς ἀκμῆς.

4 Στρέψας πρὸς τοὺς &c.] Sic optimè MS. Eton. & edit. *Ald.* Alii libri στρέψας καὶ τοὺς &c.

Καρδούχοις, [1] ἀντία τὰ ὅπλα ἔθετο· [2] καὶ παρήγγειλε τοῖς λοχαγοῖς κατ' ἐνωμοτίας ποιήσασθαι ἕκαστον τὸν ἑαυτῦ λόχον, [3] παρ' ἀσπίδας παραγαγόντας τὴν ἐνωμοτίαν ἐπὶ φάλαγγα· καὶ τοὺς μὲν λοχαγοὺς καὶ τοὺς ἐνωμοτάρχας, [4] πρὸς τὴν Καρδούχων ἴενται, οὐραγοὺς δὲ καταστήσασθαι πρὸς τῷ ποταμῷ.

Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὡς ἑώρων τοὺς ὁπλοφύλακας τῦ ὄχλυ ψιλεμβύους, καὶ ὀλίγους ἤδη φαινομβύους, θᾶττον δὴ ἐπῆεσαν, [5] ᾠδάς τινας ᾄδοντες. Ὁ δὲ Χειρίσοφος, ἐπεὶ τὰ παρ' αὐτῷ ἀσφαλῶς εἶχε, πέμπει πρὸς Ξενοφῶντα τοὺς πελτασοὺς καὶ σφενδονήτας καὶ τοξότας, καὶ κελεύει ποιεῖν ὅ, τι ἂν ἀγγέλλῃ.

duchos convertiſſet, adverſùs *eos* aciem inſtruxit; & præfectis cohortium imperavit, ut quiſque cohortem ſuam per enomotias diſponeret, ſcuta verſùs in phalangem promotâ *quâque* enomotiâ: *edixit* etiam cohortium præfecti & enomotarchæ in Carduchos pergerent, à tergo curantibus juxta flumen conſtitutis.

At Carduchi, ut videbant extremi agminis cuſtodes multitudine nudatos, jámque paucos *adeò* videri, celeriùs *hos* invaſerunt, cantilenas quaſdam canentes. Cheriſophus autem, conſtitutis in tuto ſuis, peltaſtas & funditores & ſagittarios ad Xenophontem mittit, atque facere, quidquid *ille* imperaret, jubet.

1 Αντία τὰ ὅπλα &c.] *Herodot.* l. 1. c. 62. καὶ ἀντία ἐθέντο τὰ ὅπλα. i. e. *caſtra ex adverſo poſuerunt*; vel, *caſtris poſitis obſidere cœperunt*, ſcil. Αθηναίης ἱρόν.

2 Καὶ παρήγγειλε τοῖς &c.] *Arrian.* Tact. p. 21. Ξενοφῶν δὲ, πόσον μὲν μέρος τῦ λόχυ ἡ ἐνωμοτία ἐστὶν, ὁ Δημοσθένης· ὅτι δὲ μεῖον καὶ πάντως τε τῦ ἡμίσυς, δηλοῖ ὃ ὧδε λέγων ὅτι οἱ λοχαγοὶ κατ' ἐνωμοτίας ἕκαστον ἐποιήσαντο τὸν αὑτῦ λόχον. Hunc, opinor, locum Xenophontéum reſpicit. Cæterùm, de ἐνωμοτίᾳ dictum eſt p. 242. n. 6.

3 Παρ' ἀσπίδας &c.] *Arrian.* Tact. p. 54. Καὶ τῆς κλίσεως ἐπὶ δόρυ μὲν καλεῖται ἡ ἐς δεξιὰ, ἵνα περ τὸ δόρυ ἐστὶ τῷ ὁπλίτῃ· ἐπ' ἀσπίδα δὲ, ἡ ἐπὶ τὰ λαιὰ, ἵνα φέρει τὴν ἀσπίδα. Præcipit hìc Xenophon de παραγωγῇ, quæ Tacticis dicitur εὐώνυμος. Adde *Ælian.* Tact. c. 24. & 31. & *Indic.* Tact. K. Π. noſtræ adjectum.

4 Πρὸς τὴν — πρὸς τῦ &c.] Sic ſuprà p. 104. dixit πρὸς τῶν Ελλήνων. & p. 125. πρὸ τῦ ποταμῦ, ubi MS. Eton. habet πρὸς τῦ &c.

5 Ωιδάς τινας &c.] Barbaros pleroſque ituros in prælia ceciniſſe ad *Tacit.* de mor. *Germ.* 3. obſervârunt viri eruditi; quos adi ſis. Adde *Arrian.* Tact. p. 72.

ἰδὼν ὃ αὐτὸς [1] καταβαίνοντας ὁ Ξενοφῶν, [2] πέμψας ἄγγελον κελεύει αὐτοῦ μεῖναι ἐπὶ τῷ ποταμῷ [3] ἀναβαίνοντας· [4] ὅταν δ' ἄρξωνται αὐτοὶ διαβαίνειν, ἐναντίους ἔνθεν καὶ ἔνθεν σφῶν ἐκβαίνειν ὡς διαβησομένους, [5] διηκωλισμένους τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ ὑπεζευγμένους τοὺς τοξότας· [6] μὴ πόρρω δὲ τοῦ ποταμοῦ προδιαβαίνειν. Τοῖς δ' ἅμ' ἑαυτῷ παρήγγειλεν, ἐπειδὰν [7] σφενδόνη ἐξικνῆται, καὶ [8] ἀσπὶς ψοφῇ, παιωνίσαντας θεῖν ἀεὶ ἐς τοὺς πολεμίους· ἐπειδὰν

Eos Xenophon *jam* deſcendentes conſpicatus, miſſo nuntio mandat iſthic ut ad amnem ſubſiſterent: ac ubi ipſi tranſire cœperint, *tunc* ex adverſo ab utroque ipſorum latere pergerent tanquam tranſituri, jaculatores amentis haſtarum prehenſis, ſagittarii cum ſagittis in nervos impoſitis; procul tamen in fluminis tranſitu non progrederentur. Eis verò, qui apud ipſum erant, mandabat, utì cùm fundæ pertingerent, & ſcuta *pulſata* ſonarent, pæanem exorſi curſu ſemper in hoſtes ferrentur; cùm ſe

1 Καταβαίνοντας] Sic rectè MS. Eton. & edit. *Ald.* Eandem lectionem ſequutus *Amaſæus* vertit *deſcendentes*. Edit. *Steph.* & *Leuncl.* malè Ἀναβαίνοντας exhibent.

2 Πέμψας ἄγγελον] Plenè hoc, quod ἐλλειπτικῶς extulit p. 133. ubi lege n. 1.

3 Διαβάντας·] Vel delenda hæc vox (quod cenſuit *Muretus*) vel in καταβάντας mutanda videtur.

4 Οταν δ' ἄρξωνται αὐτοὶ] *Scil.* Xenophon cum ſuis.

5 Διηκωλισμένους &c.] MS. Eton. διηκυλωμένους cui lectioni nonnihil favet forma participii p. 283. ἐναγκυλῶντες. Noſter infrà l. 5. haud ità longe ab init. ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγειλε διηγκυλισμένους ἰέναι, — καὶ τοὺς τοξότας ἐπιζευγνύναι ἐπὶ ταῖς νευραῖς, &c. ubi vide notata.

6 Μὴ πόρρω δὲ τοῦ &c.] *Steph.* margini verſionis *Amaſ.* adſcripſit, *non procul à flumine*: rectiùs, opinor, vertit *Leuncl.* quem ſequuti ſumus. Infrà paulò p. 296. de iiſdem Noſter, καὶ προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, &c. quippe qui, mandati hujuſce Xenophontis immemores, amnem trajecerant Carduchos invaſuri. Porrò, MS. Eton. pro προδιαβαίνειν dat προβαίνειν. Sed rectiùs ex verbo recepto Xenophontis exoriri videtur ſententia hæc: nè, *ſcil.* citeriorem in ripam, Xenophon ubi id temporis ſtabat, priùs feſtinarent illi, quàm ipſe cum ſuis in ulteriorem ripam, ubi tum illi conſtiterunt, evaderet. Eodem illo verbo utitur Xenophon libro Περὶ Ἱππικῆς ferè med. δεῖ τοῦ ἀγωγέος καταβεβληκότος προδιαβῆναι αὐτὸν τὸν πάφρον.

7 Σφενδόνη &c.] Pro plurativis ſingularia, Atticorum utique more, nomina uſurpat. Sic ſuprà paulò, p. 292 ἐς μιπὰ τέτων ἐθνήπά τε &c. *Thucyd.* l. 4. c. 10. καὶ τὸν πόλεμιον δεινότερον ἕξομεν &c. pro τοὺς πολεμίους. ubi vide quæ Cl. *Duker.* contra cenſuram *Dionyſ. Halic.* monuit: & *Henr. Steph.* Animadv. ad lib. de Dial. p. 46. ejuſdémque Append. ad Scripta de Dial. *Att.* p. 130.

8 Ἀσπὶς ψοφῇ, &c.] Lege p. 84. n. 1. p. 83. n. 2.

δὲ [1] ἀναστρέψωσιν ⓐ πολέμιοι, καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ [2] ὁ σαλπιγκτὴς σημήνῃ τὸ πολεμικὸν, ἀναστρέψαντας [3] ἐπὶ δόρυ ἠγεῖσθαι τοὺς ἀφεγγεῖς, θεῖν δὲ πάντας ὁπόθεν ἕκαστος τὴν τάξιν εἶχεν, ὡς μὴ ἐμποδίζειν ἀλλήλους· [4] ὅπῃ ἄριστος ἄριστος ἔσοιτο, ὃς ἂν πρῶτος ἐν τῷ πέραν γένηται).

Οἱ δὲ Καρδοῦχοι, ὁρῶντες ὀλίγους ἤδη τοὺς λοιποὺς, (πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν μένειν τεταγμένων ᾤχοντο ἐπιμελησόμενοι οἱ μὲν ὑποζυγίων, οἱ δὲ σκευοφόρων, οἱ δὲ [5] ἑταίρων) ἐνταῦθα δὴ ἐπέκειντο θρασέως, καὶ ἤρξαντο σφενδονᾶν καὶ τοξεύειν. Οἱ δὲ Ἕλληνες παιανίσαντες [6] ὥρμησαν δρόμῳ ἐπ' αὐτούς· οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο· καὶ γὰρ ἦσαν ὡπλισμένοι, ὡς μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἱκανῶς πρὸς τὸ ἐπιδραμεῖν καὶ φεύγειν, [7] πρὸς

averterent hoſtes, ac tubicen claſſicum à fluvio caneret, *ipſi* ſe in haſtam converterent & à tergo curantes præirent, & quàm celerrimè currerent omnes, ac eo quo quiſque conſtitutus erat ordine tranſirent, ut nè alii alios impedirent: eum utique fore fortiſſimum, qui primus in ulteriorem ripam evaderet.

Carduchi verò, cùm paucos jam *eſſe* reliquos viderent, (nam multi etiam illorum, qui manere juſſi fuerant, eo conſilio diſceſſerant, ut curarent alii jumenta, alii impedimenta, alii amicas) audacter inſtabant, fundíſque & ſagittis uti cœperunt. At Græci pæanem exorſi in eos curſu feruntur; *quorum* illi non ſuſtinebant impetum: etenim armati erant, ut in montibus, ſatìs ad incurſiones faciendas fugámque capiendam, verùm ad impetus *hoſtium*,

1 Ἀναστρέψωσιν] Supple ἑαυτούς: quod mox iterum cum ἀναστρέψαντας intelligendum. Sic ſuprà p. 292. στρέψας πρὸς τοὺς &c. Adde p. 248. n. 3. & Act. VII. 42. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, *ſcil.* ἑαυτόν.

2 Ὁ σαλπιγκτὴς σημήνῃ] Confer p. 234. n. 5.

3 Ἐπὶ δόρυ] Vide p. 293. n. 3.

4 Ὅπῃ ἄριστος &c.] Supple λέγων, vel aliud huic adſine verbum, ante ὅπῃ. Confer p. 100. n. 3. Ejuſmodi ſupplementum poſtulat *Horat.* Carm. 16. l. 3. v. 7. — *fore enim* &c. ſcil. *aiebant*, ſeu *ſcicbant.*

5 Ἑταίρων] MS. Eton. ἑτέρων: quam lectionem exprimit verſio *Leunclaviana.* Sed rectè ſcribitur ἑταίρων: nam πολλαὶ, inquit Noſter p. 290. ἦσαν ἑταίρες ἐν τῷ στρατοπέδῳ.

6 Ὥρμησαν δρόμῳ] Vide ſis p. 234. n. 6. & quæ doctiſ. *Bochart.* Hieroz. l. 2. c. 8. de more pugnas curſu adgrediendi collegit.

7 Πρὸς δὲ τὸ ἐς &c.] Locutio videtur elliptica, & in hunc modum ſupplenda, πρὸς δὲ τὸ τοὺς πολεμίους ἐς χεῖρας συνιόντας vel ἐλθόντας δέχεσθαι, &c.

δὲ τὸ εἰς χεῖρας δέχεσθαι, οὐχ ἱκανῶς. Ἐν τούτῳ σημαίνει ὁ σαλπιγκτής· καὶ οἱ μὲν πολέμιοι ἔφευγον πολὺ ἔτι θᾶττον· οἱ δ' Ἕλληνες [1] τὰ ἐναντία στρέψαντες, ἔφευγον πρὸς τὸν ποταμόν ὁπόσχισα. Τῶν δὲ πολεμίων οἱ μέν τινες αἰσθανόμενοι, πάλιν ἔδραμον ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τοξεύοντες ὀλίγους ἔτρωσαν· οἱ δὲ πολλοὶ, καὶ πέραν ὄντων τῶν Ἑλλήνων, ἔτι φανερῶς ἦσαν φεύγοντες. [2] Οἱ δὲ ὑπαντήσαντες, ἀνδριζόμενοι, καὶ [3] προσωτέρω τοῦ καιροῦ προϊόντες, ὕστερον τῶν μετὰ Ξενοφῶντος [4] διέβησαν πάλιν· καὶ ἐτρώθησάν τινες καὶ τούτων.

manus qui conferèrent, ſuſtinendos, non ſatís. Hìc *claſſicum* canit tubicen; hoſtéſque multò etiam celeriùs in fugam ſe dederunt: at Græci diverſam cùm ſe in partem vertiſſent, quàm citiſſimè per amnem fugiebant. *Quod* cùm ex hoſtibus nonnulli animadverterent, ad amnem rurſùs concurrerunt, & paucos ſagittis vulnerârunt: *eorum* verò pars major, cùm Græci in adverſam etiam ripam evaſiſſent, adhuc fugiens conſpiciebatur. Qui autem obviam venerant, cùm viriles præſtarent animos, atque *adeò* ulteriùs quàm commodum eſſet progrederentur, *aliquantò* poſt illos, qui cum Xenophonte *erant*, rurſùs tranſierunt: atque eorum etiam aliqui vulnerati ſunt.

1 Τὰ ἐναντία στρέψαντες,] Plenè, opinor, ſcripſeris εἰς τὰ ἐναντία στρέψαντες ἑαυτὸς, &c. Forſan etiam præpoſitionem εἰς abſorpſit vox Ελληνες.

2 Οἱ δὲ ὑπαντήσαντες, &c.] Sunt ii, ut opinor, quos obviam Xenophonti miſerat Cheriſophus; de quibus agitur ſuprà p.293. Itaque minùs accuratè *Leuncl.* vertit, *Qui autem hoſti obviam tendebant.*

3 Προσωτέρω τοῦ καιροῦ] Vox ultima dicitur hìc loci ἐπὶ τοῦ ἁρμοδίου καὶ πρέποντος, utì eum exponit *Thom. Magiſt.* Sic apud Euripid. *Oreſt.* v. 122.

Α σ' ἐς ἀδελφὴν καιρὸς ἐκπονεῖν ἐμοὶ,
Απαιθ' &c.

Et Noſt. in libel. Περὶ Ἱππικ. ferè med. καὶ ἔτως ὑπεραλεῖται ὁ τὸ μέτρον, ἀλλὰ πολὺ πλέων τοῦ καιροῦ. Hos utique Xenoph. p. 294. vetuerat προσπω τοῦ ποταμοῦ προσδιαβαίνειν.

4 Διέβησαν πάλιν·] Rectè πάλιν, quod ab interpretibus neglectum non oportuit: quippe milites iſti ἀνδριζόμενοι, oblitique adeò mandati Xenophontéi, flumen vel prorſùs trajecerant, vel propiùs ad ripam, unde cum ſuis Xenophon amnem ingreſſus eſt, acceſſerant.

Επεὶ ὃ διέβης ἀμφὶ μέσον ἡμέρας, συνταξάμενοι ἐπορεύοντο διὰ τ Αρμενίας πεδίον ἅπαν, καὶ [1]λείους γηλόφους, ὀλίγον μεῖον ἢ πέντε παρασάγας· ἐπεὶ γὰρ ἦσαν ἐγγὺς τ ποταμῦ κῶμαι, διὰ τὰς πολέμους τὰς πρὸς Καρδούχους. [2]Εἰς δὲ ἣν ἀφίκοντο κώμην, μεγάλη τε ἦν, καὶ [3]βασίλειόν τε εἶχε τῷ σατεάπῃ, καὶ ὑπὸ ταῖς πλείσαις οἰκίαις [4]τύρσεις ἐπῆς· ὑπῆδεια δ' ἦν δαψιλῆ. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμὸς δύο, [5]παρασάγας δέκα, μέχρις [6]ὑπερῆλθον τὰς πηγὰς τ Τίγρητος ποταμοῦ. Ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμὸς τρεῖς, παρασάγας πεντε-

Cùm autem *universi jam* transiissent sub meridiem, instructis ordinibus per totam Armeniæ planitiem, collésque leniter surgentes, non minus quinque parasangis, iter fecerunt: neque enim prope flumen *ulli* erant vici, propter *ea quæ* cum Carduchis *gerebantur* bella. Vicus autem ad quem pervenêre, magnus erat & regiam habebat *in usum* satrapæ, plurimísque domibus superstabant turres: ac commeatûs larga erat copia. Indè castris alteris, parasangas decem progressi sunt, donec supra Tigris fluvii fontes evasissent. Indè castris tertiis, parasangas quin-

1 Λείους] Est *Hesychio*, ὁμαλούς. *Suid.* Λεῖα· ὁμαλὴ ὁδός. His solet opponi τὰ τραχέα & ἀπότομα ὄρη, quorum suprà meminit Noster. Latini *lene* opponunt *aspero* & *prærupto*: Q. Curt. l. 6. c. 6. *Prærupta rupes erat, quà spectat occidentem*: *eadem, quà vergit ad orientem, leniore submissa fastigio*, &c. ubi libri haud pauci exhibent *leviore*. Cæs. de B. C. l. 2. c. 24. *jugum utrâque ex parte prærutum atque asperum, sed paulò tamen leniore fastigio ab eâ parte* &c.

2 Εἰς δὲ ἣν — κώμην, μεγάλη &c.] Atticismum hunc arripuerunt Latini: cujus exempla si quis desideret, *Sanctii* Min. l. 2. c. 9. adeat. *Phavor.* Αἰτιατικὰς ἀντὶ εὐθείας παραλαμβάνειν, Ἀττικῶν ἐστιν. Verborum autem ordo sic se nullo negotio sistit: κώμη δὲ ἐς ἣν &c.

3 Βασίλειον] Vide sis p. 243. n. 3.

4 Τύρσεις] *Hesych.* Τύρσις, πύργος, ἔπαλξις, προμαχών. *Suidæ* est, ὁ περίβολος τῆς πόλεως: ubi citat Xenoph. verba, quæ extant K. Π. p. 521. Οὕτω δὴ κύκλῳ &c.

5 Παρασάγγας δέκα,] MS. Eton. & quidam editi, πορασάγγας τρεῖς. At (observante etiam *Stephano*) legi debere δέκα, non τρεῖς, ostendit & qui proximè hunc sequitur locus, σταθμὸς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. Eandem enim & ibi proportionem esse videmus. Confer p. 17. n. 1.

6 Ὑπερῆλθον] Lexica non habent. *Leuncl.* minùs rectè vertit, *donec — fontes trajecissent*. Meliùs Amas. — *castris* — confectis suprà *Pigretis* (sic enim apud hunc pro *Tigris* legi solet) *fontes*. Lege omnino p. 262. ubi hâc de re agitur.

καὶδεκα, ἐπὶ τ Τηλεβόαν ποταμόν. [1] Οὗτος δ' ἦν μέτας μὲ ὲ, καλὸς δέ· κώμαι ὃ πολλαὶ πρὶ τ ποταμὸν ἦς. Ὁ ὃ τόπος ἔτος Ἀρμενία ἐκαλεῖτο ἡ πρὸς ἑσπέραν. [2] Ὑπαρχος δ' αὐτῆς ἦν Τηρίβαζος, ὁ Ϲ βασιλῆ φίλος γενόμενος· ἢ ὁπότε πρείη, ὀδεὶς ἄλλος βασιλέα ὑπὶ τ ἵππον [3] ἀνέβαλλεν. Οὗτος προσήλασεν ἱππέας ἔχων, Ϲ προπέμψας ἑρμηνέα, εἶπεν ὅτι βόλοιτο ξυλεχθῆναι τοῖς ἄρχουσι. Τοῖς ὃ στρατηγοῖς ἔδοξεν ἀκοῦσαι· ἢ προσελθόντες

decim progreſſi ſunt, ad Teleboam fluvium. Pulcher is quidem erat, ſed non magnus: multi verò circùm amnem erant vici. Locus hic adpellabatur Armenia ad occidentem *vergens*. Ejus præfectus erat Teribazus, qui & regi fuit amicus: & quoties aderat, nullus alius regem in equum tollebat. Hic cum equitibus *Græcos verſùs* advehebatur, præmiſſóque interprete, velle ſe cum iis qui imperium obtinebant colloqui ſignificabat. Ducibus *eum* ut audirent viſum eſt; atque *adeò* cùm ad locum acceſſiſſent,

1 Οὗτος δ' ἦν μέτας μὲν &c.] Audiendus eſt omninò *Demetr.* (qui dicitur) *Phaler.* Περὶ Ἑρμην. p. 6. ſect. 6. Μακρᾷ μὲν δὴ κῶλα καιρὸς γίνοιτο ἂν ποτε ἐν τούτῳ (quæ modò expoſuerat) γίνοιτο δ' αὖ ποτε καὶ βραχέα· οἷον, ἤτοι μικρόν τι ἡμῶν λεχθέντων, ὡς ὁ Ξενοφῶν φησιν, ὅτι ἀφίκοντο οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τ Τηλεβόαν ποταμόν· ἔστι ὃ ἦν μέτας μὲν ὅ, καλὸς δὲ· τῇ δὲ σμικρότητι καὶ ἀπικνεῖται ῥυθμῷ, σαφὴς δὲ ἡ σμικρότης τοῦ ποταμοῦ Ϲ ἡ χάρις. Idem infrà p. 74. ſect. 121. Τὸ δὲ πρέπον οὐ παντὶ πράγματι φυλακτέον τοῖς, ἀλλὰ φορὰς ἑρμηνευτέον· τὰ μὲν μικρὰ, μικρῶς· τὰ μεγάλα δὲ, μεγάλως. Καθάπερ Ξενοφῶν ἐπὶ τοῦ Τηλεβόα ποταμοῦ οὕτως καλῶς, φησι, Οὗτος δὲ (ποταμὸς) ἦν μέτας μὲν ὅ, καλὸς δέ. Τῇ δὲ βραχύτητι τ σωφρόνως, καὶ τῇ ἀπλήξει εἰς τὸ ΔΕ, μάλιστα ἐπέδειξεν ἡμῖν μικρὸν ποταμόν. Vide ſuprà p. 230. n. 1. Cæterùm, MS. Eton. & libri hactenùs editi verba Xenophontis hoc poſuerunt ordine, ἔστι δ' ἦν καλὸς μὲν, μέτας δ' ὅ. Sed *Mureto* libens adſentior; qui ſtatuit ità legendum eſſe Xenophontis locum, ut à rhetore politiſſimo citatur; tum propter auctoritatem & vetuſtatem ipſius, tum quia multum Xenophonti elegantiæ & concinnitatis ab hâc poſiturâ accedit. Neque enim obſcurum eſt, quanto plus veneris habeat id, quod fluvio deeſſe videtur, priore loco ponere; deinde autem id, quod ad illius commendationem pertinet, ſubjicere, quàm contrarium ordinem tenere.

2 Ὑπαρχος δ' αὐτῆς &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. Ταύτης (Ἀρμενίας) δ' ἦν σατράπης Τηρίβαζος· ὃν ὑπ' ἀσθενείας, διὰ γῆρας, διεφθείροντο τὴν χώραν ὡς φίλοι. Ubi notandum apud *Diodor.* σατράπης eſſe, qui Xenoph. dicitur ὕπαρχος. *Suid.* Ὑπαρχος, ὁ ὑφ' ἑτέρῳ ἀρχόμενος· ὁ ὑποπεπαγμένος ἑτέρῳ· ὁ μὴ ὢν αὐτοκράτωρ. *Heſych.* Ὑπαρχος· εἰκονόμος· πολέμου στρατηγός. Aptè autem hæc in *ſatrapam* convenire, docebit vocis explicatio, quam Κ. Π. noſtræ p. 686. adjecimus. Sic paſſim à Noſtro adhibetur ὕπαρχος.

3 Ἀνέβαλλεν.] *Suid.* ad v. Ὁ δὲ Τηρίβαζος φίλος ἦν τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁπότε παρείη, ὀδεὶς ἄλλος βασιλέα ἐπὶ τ ἵππον ἀνεβάλλετο. ἀντὶ τοῦ ἀνεβίβαζεν. Eadem ferè repetit infrà ad v. Παρήν.

[1] εἰς ἐπήκοον, ἠρώτων τί θέλοι. Ὁ ὃ ἔλεγεν ὅτι ἀσείσαιτο βέλοιτο, [2] ἐφ' ᾧ μήτ' αὐτὸς τὺς Ελληνας ἀδικεῖν, μήτ' ἐκείνους καίειν τὰς οἰκίας, λαμβάνειν τε τὰ ἐπιτήδεια, ὅσων δέοιντο. Εδοξε ταῦτα τοῖς στρατηγοῖς, καὶ ἐσπείσαντο [3] ἐπὶ τούτοις.

Ενταῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, διὰ δὲ πεδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα· καὶ Τηρίβαζος παρηκολούθει, ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, ἀπέχων ὡς δέκα σταδίους· καὶ ἀφίκοντο [4] εἰς βασίλεια καὶ κώμας πέριξ πολλὰς, πολλῶν τ' ἐπιτηδείων μεστάς. Στρατοπεδευομένων δ' αὐτῶν νὺξ τῆς νυκτὸς χιὼν πολλή· [5] καὶ ἕωθεν ἔδοξε διασκεδᾶσαι τὰς τάξεις καὶ τοὺς στρατηγοὺς κατὰ τὰς κώμας· οὐ γὰρ ἐώρων πολέμιον οὐδένα, καὶ ἀσφαλὲς ἐδόκει εἶναι, διὰ τὸ πλῆθος τῆς χιόνος. Ενταῦθα εἶχον

è quo audiri *quidquid diceretur* poſſet, quid vellet interrogabant. Aiebat ille hâc ſe conditione *cum iis* fœdus inire velle, ut nec ipſe Græcos læderet, nec ipſi domos exurerent; commeatus *tamen*, quantis indigerent, caperent. Comprobata ſunt hæc ducibus, & iis *conditionibus* fœdus pacti ſunt.

Indè caſtris tertiis, paraſangas quindecim, per planitiem, progreſſi ſunt: Teribazúſque *eos* ſuis cum copiis ſubſequebatur, ex ſtadiorum ferè decem intervallo: atque *hìc* ad regiam pervenerunt vicóſque circa *eam* multos, magnâ commeatûs copiâ refertos. Cùm autem in caſtris degerent, multa nix nocte decidit: quare mane viſum eſt ut *militum* cohortes ac duces hinc indè in vicos diverterent: nec enim hoſtem cernebant ullum, & quia magna nivis eſſet copia, tutum eſſe videbatur. Hìc iis commea-

1 Εἰς ἐπήκοον,] Vide p. 224. n. 2.

2 Εφ' ᾧ] Vide p. 279. n. 6.

3 Επὶ τούτοις] Quid aliàs ſignificet, ſuprà dictum p. 204. n. 4. Hìc idem eſt, quod ἐφ' ᾧ· adi locum proximè citatum.

4 Εἰς βασίλεια] *Scil.* δώματα. Vide p. 243. n. 3. *Scimus*, inquit *Steph.* Append. ad Scripta de Dial. Att. p. 150. *Atticos adjectiva quidem nonnulla* πληθυντικῶς in ſignificatione τῦ ἑνικῦ *uſurpare*. Hactenùs rectè. *Sed quis unquam apud Atticum Scriptorem in ſolutâ oratione ſubſtantiva quoque ità uſurpata invenit?* Imò certè & ſubſtantiva ſic uſurpata inveniuntur: quod exemplis adlatis oſtendit Cl. *Blackwall* Claſſ. Sacr. vol. 2. p. 40. Adde Matt. XIV. 7. collat. cum 9.

5 Καὶ — διασκεδᾶσαι] Adi ſis p. 267. n. 4. & p. 238. n. 5.

πάντα τὰ ὀπτήδεια ὅσα ὄξιν ἀγαθὰ, [1]ἱερεῖα, σῖτον, οἴνους παλαιοὺς, εὐώδεις, [2]ἀσταφίδας, ὄσπρια παντοδαπά. Τῶν ὃ ὑποσκεδαννυμένων τινὲς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἔλεγον ὅτι καπνὸν εἶεν στράτευμα, ὡς νύκτωρ πολλαὶ πυραὶ φαίνοιτο. Εδόκει δὴ τοῖς στρατηγοῖς οὐκ ἀσφαλὲς εἶ) [3]διασκιδνᾶν, ἀλλὰ συναγαγεῖν τὸ στράτευμα. [4]Πάλιν ἐντεῦθεν συνῆλθον· καὶ γὰρ ἐδόκει [5]διαυθεμίζειν. Νυκτερευόντων δ' αὐτῶν ἐνταῦθα, ὑπιπτεῖ [6]χιὼν ἄπλετος· ὥστε ἀπέκρυψε καὶ τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους κατακειμένους· καὶ τὰ ὑποζύγια συνεπέδησεν ἡ χιὼν, καὶ πολὺς ὄγκος ἦν ἀνίσασθαι· [7]κατακειμένων δὲ ἐλεεινὸν ἦν

tus illi omnes, *humanis* qui uſibus ſunt apti, aderant, animalia, frumentum, vina vetera *ed*que fragrantia, uvæ paſſæ, omnis generis legumina. Eorum autem, à caſtris qui *longiùs* palati fuerant, nonnulli dicebant exercitum ſe vidiſſe, noctúque multos ignes adparuiſſe. Itaque viſum eſt ducibus tutum non eſſe hinc indè *in vicos* divertere, ſed *potiùs* copias *rurſùs* eſſe cogendas. *Quare* rurſùm indè convenerunt; quippe quòd *ipſis* ſub dio agere videretur. Verùm iis ibi pernoctantibus, vis ingens *adeò* nivis incidit, ut tum arma tum homines, qui *humi* jacebant tegeret: etiam jumenta nix conſtrinxerat, longáque *adeò præ torpore* erat ſurgendi cunctatio: jacentium verò *caſus* erat miſerabilis, in

1 Ἱερεῖα,] Minùs cogitatè verti ſolet, *victimæ, hoſtiæ*: cùm ἱερεῖα ſint paſſim ἁπλῶς ῥήμματα. *Phavor.* Ἱερεύειν, ὁ μόνον τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ ἁπλῶς σφάζειν· ἱερεῖον γὰρ σφαγιαζόμενον ζῶον. Sed de hâc voce jam plura notavimus ad K. Π. p. 46.

2 Ἀσταφίδας,] MS. Eton. σταφίδας: malè. *Thom. Magiſt.* Ἀσταφὶς, ὁ σταφὶς: *Mær. Atticiſta*: Ἀσταφὶς, Ἀττικῶς· σταφὶς, Ἑλληνικῶς. Sic ferè *Suidas*: Vocem Atticam *Plin.* Nat. H. l. 13. c. 1. fecit ſuam. Ex gloſſâ utique nata eſt MSti lectio. Sic enim *Heſych.* & *Phavor.* Ἀσταφὶς, σταφίς.

3 Διασκηνᾶν,] Suprà modò p. præced. aliâ uſus formâ dixit διασκιδνᾶσθαι: de utrâque lege p. 131. n. 5.

4 Πάλιν ἐντεῦθεν &c.] Vide p. 221. n. 3.

5 Διαυθεμίζειν.] *Conſtant.* ſine auctore adfert: *Steph.* ait abſolutè poni apud Xenophontem pro *Diſſerenare*. Satìs tamen ex iis, quæ ſequuntur, conſtat, rectiùs hoc loco exponi, *Sub dio agere*. MS. Eton. dat συναυθριάζειν.

6 Χιὼν ἄπλετος,] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. Οὐδιποροῦντες δὲ (Græci) ἀφ' ἧς Ἀρμενίων ὁρῶν, ἐλήφθησαν ὑπὸ χιόνος πολλῆς, καὶ παρεκινδύνευσαν ἀπολέσθαι πάντες. Τοῦ γὰρ &c. ibid. legenda. *Heſych. Phavor.* Ἄπλετον, πολὺ, μέγα, ἀμέτρητον.

7 Κατακειμένων δ' ἐλεεινὸν &c.] Ultima cum voce intelligendum videtur πάθος, atque adeò

χιὼν ἐπιπεπωκυῖα ὅτῳ μὴ παρρυείη. Επεὶ ὃ Ξενοφῶν ἐπόλμησε γυμνὸς ἀνασὰς σχίζειν ξύλα, τάχα ἀνασάς τις καὶ ἄλλος ἐκείνῳ ἀφελόμενος ἔσχισεν. Εκ δὲ τούτου ⸌ οἱ ἄλλοι ἀνασάντες πῦρ ἔκαιον καὶ ἐχρίοντο· πολὺ γὰρ ἐνταῦθα ἡύρισκον τὸ χρίσμα, ᾧ ἐχρῶντο ἀντ' ἐλαίου, σύειον, καὶ [1] σησάμινον, καὶ ἀμυγδάλινον, ἐκ τῶν πικρῶν, ⸌ τερεβίνθινον. Εκ δὲ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ [2] μύρον εὑρίσκετο.

Μετὰ ταῦτα πάλιν ἐδόκει [3] Διασκηνητέον εἶναι κατὰ τὰς κώμας, εἰς στέγας. Ενθα δὴ ④ στρατιῶται σὺν πολλῇ φαυγῇ καὶ ἡδονῇ ἦσαν ἐπὶ τὰς στέγας καὶ τὰ ἐπιτήδεια· ὅσοι δὲ, ὅτε τοσοῦτον ἀπῆσαν, τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν, [4] ὑπὸ τ

quos quæ inciderat nix non defluxerat. Sed posteaquam Xenophon surgens nudus ausus est ligna findere, mox & alius quispiam surgens ab illo quæ abstulerat *ligna* fidit. Tum verò alii quoque surgentes ignem accendebant & semet ungebant: nam multum hìc unguentum reperêre quo utebantur olei loco, *scilicet* suillum, sesaminum, amygdalinum, ex *amygdalis* amaris *confectum*, & terebinthinum. De his ipsis *rebus* etiam unguentum fragrans inveniebatur.

Secundùm hæc iterum videbatur per vicos hinc indè in tecta divertendum esse. Ibi tum milites magno cum clamore & voluptate ad tecta & commeatus tendebant: quotquot autem, id temporis quo priùs *de vicis* abîerant, exussérant domos, pœnas

adeò hunc in ordinem resolvenda verborum compositio: ἐλεεινὸν πάθος ἦν κατακειμένων, ὅτῳ χιὼν ἐπιπεπτωκυῖα μὴ παραῤῥυείη. De ετῳ nomen plurativum respiciente dictum p. 264. n. 6. Similem militum calamitatem legere est *Q. Curt.* l. 7. c. 3.

1 Σησάμινον, καὶ &c.] Consule *Plin.* N. H. l. 13. c. 1.

2 Μύρον] Quod scitæ variorum χρισμάτων inisturæ ortum debuit & εὐοσμίας.

3 Διασκηνητέον εἶναι &c.] Sic reposui ex conjecturâ, cui superiora adstipulantur: sic enim Noster p. 299. ἔδοξε διασκηνῆσαι τοὺς πόλεις ⸌ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς κώμους. Et infrà — ἔδοξε καὶ τοὺς κώμους ἀσφαλεῖς εἶναι τοὺς πόλεις σκηνοῦν. *Suidas* etiam pro scripturâ nostrâ facit: Διασκηνητέον inquit, καταλυτέον· Ξενοφῶν· Εδόκει διασκηνητέον εἶναι εἰς τοὺς κώμους, εἰς στέγας. Vulgò omittitur præpositio ante τοὺς κώμους. Rectè autem hæc opponuntur istis, quæ modò præcesserant p. 300. καὶ γὰρ ἐδόκει διαυλιάζειν, ostendúntque adeò verbum διαυλιάζειν malè verti *differenare*.

4 Υπὸ τ αὐλίας &c.] MS. Eton. ὑπὸ ἀταυλίας.

Suidas Voc. Διδοῖα cum emendatione.

αἰθρίας δίκλιν ἐδίδοσαν, κακῶς σκηνοῦντες. Ἐντεῦθεν ἔπεμψαν τῆς νυκτὸς Δημοκράτην [1] Τεμενίτην, ἄνδρας δόντες, ἐπὶ τὰ ὄρη, ἔνθα ἔφασαν οἱ ἀποσκεδαννύμενοι καθορᾶν τὰ πυρά· ἔτυχε γὰρ ἐδόκει καὶ πρότερον πολλὰ ἤδη ἀληθεύσαι τοιαῦτα, τὰ ὄντα τε ὡς ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς οὐκ ὄντα. Πορευθεὶς δὲ, τὰ μὲν πυρὰ οὐκ ἔφη ἰδεῖν, ἄνδρα δ' συλλαβὼν ἦγεν ἄγων, ἔχοντα [2] τόξον Περσικὸν, καὶ φαρέτραν, καὶ σάγαριν, οἵανπερ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν. Ἐρωτώμενος δὲ [3] τὸ, ποδαπὸς εἴη, Πέρσης μὲν ἔφη εἶναι, πορεύεσθαι δ' ἀπὸ τοῦ Τηριβάζου στρατεύματος, ὅπως ἐπιτήδεια λάβοι. Οἱ δ' ἠρώτων αὐτὸν, τὸ στράτευμα ὁπόσον τε εἴη, καὶ ἐπὶ τίνι συνειλεγμένον.

*hi* dederunt *illas*, ut ſub dio miſerè cubarent. Indè noctu Democratem Temenitem, datis ei militibus, in montes *eos* miſerunt, in quibus hinc indè palati *milites* ignes *ſe* videre dixerant: nam is jam anteà hujuſmodi multa verè narrâſſe videbatur, quæ reverà exiſtebant, tanquam quæ reverà exiſterent, & quæ reverà non exiſtebant, tanquam quæ non reverà exiſterent. *Hic* autem profectus, ignes ſe vidiſſe negabat, verùm hominem quem ceperat ſecum ducebat, qui arcum habebat Perſicum & pharetram, & ſecurim, qualem habent Amazones. Cúmque interrogaretur, cujas eſſet, Perſam ſe eſſe aiebat, & à Teribazi exercitu profectum, ut commeatus pararet. Eum interrogabant illi, quantus eſſet Teribazi exercitus, & quâ de cauſâ collectus.

θαλίας. Sed non eſt, cur hâc vulgatam mutemus lectionem. Quod ad loquendi genus adtinet, eodem uſus eſt Noſter K. Π. p. 533. *Δίκλιν διδοῦσι ὑπὸ πάντων τῶν ἀναγκαίων.* Porrò, *Memorab.* l. 2. haud longè ab init. pro ὑπ' αἰθρίας dixit ἐν ὑπαίθρῳ.

1 Τεμενίτην,] Gentilitium videtur nomen. *Steph. Byz.* Τεμενεία, πόλις Φρυγίας, ἀπὸ τῆ Λυκαονίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Τεμενεύς. Idem, Τέμενος, τόπος Σικελίας — Ὁ οἰκήτωρ, Τεμενίτης. Oriundus forſan tamen erat Τεμενείᾳ Democrates.

2 Τόξον Περσικὸν, &c.] Vide ſis Diſſertat. 2. K. Π. præmiſſæ p. 51. & *Indic. Tact.* eidem libro adjectum. Adde ſis Cl. *Monfauc.* Antiq. Illuſtr. T. 4. part. 1. p. 69. & *Suid.* ad v. Σάγαρις.

3 Τὸ,] A MSto Eton. malè abeſt; quippe quæ vocula eleganter in iſtiuſmodi locutionibus abundare ſoleat. Confer Luc. I. 61. XIX. 48. XXII. 23. ubi perperam in quibuſdam codicibus MStis eadem omittitur particula.

Ο δὲ εἶπεν ὅτι Τηρίβαζος εἴη ἔχων τήν τε ἑαυτῦ δύναμιν, καὶ μισθοφόρους Χάλυβας καὶ Ταόχους· πρεσβυτάτῳ δ' αὐτὸν ἔφη, ὡς ὅτε τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους ἐν τοῖς στενοῖς, ἥπερ [1]μοναχὴ εἴη πορεία, ἐνταῦθα ἐπιθησόμενον τοῖς Ἕλλησιν.

Ἀκούσασι τοῖς στρατηγοῖς ταῦτα ἔδοξε τὸ στράτευμα συναγαγεῖν· καὶ εὐθὺς καταλιπόντες φύλακας, καὶ στρατηγὸν [2]ἐπὶ τοῖς μένουσι Σοφαίνετον Στυμφάλιον, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἡγεμόνα τὸν ἁλόντα ἄνθρωπον. Ἐπειδὴ δὲ ὑπερέβαλον τὰ ὄρη, οἱ πελτασταὶ θεασάμενοι καὶ καλέσαντες τὸ στρατόπεδον, οὐκ ἔμειναν τοὺς ὁπλίτας, ἀλλ' ἀναβοήσαντες ἔθεον ὅτι τὸ στρατόπεδον. Οἱ δὲ βάρβαροι ἀκούσαντες τὸν θόρυβον, οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἔφυγον· ὅμως δὲ ἀπέθανόν τινες τῶν βαρβάρων· καὶ ἵπ-

Respondit is, Teribazum & ſuas habere copias, & mercenarios Chalybas Taochósque; eúmque ſe parâſſe aiebat, ut in cacumine montis loca ad anguſta, quâ unicum pateret iter, ibi Græcos adoriretur.

Ducibus, hæc cùm audîſſent, viſum eſt colligendas eſſe copias: ac mox *adeò* relictis cuſtodibus, ducéque manentibus *iſthic dato* Sophæneto Stymphalio, pergebant cum itineris duce, homine illo captivo. Poſteaquam montes ſuperâſſent, peltaſtæ progreſſi & conſpicati caſtra, gravis armaturæ milites non expectârunt, ſed clamore ſublato caſtra curſu invadunt. At barbari tumultum ut audîerunt, non ſubſtiterunt, ſed in fugam ſe conjecêre: ex barbaris tamen nonnulli interfecti erant; & equi

1 Μοναχὴ] *Conſtant.* loco hoc cit. legit μοναχῇ formâ adverbiali. Sic & *Steph.* in Theſ. L. G. qui tamen ibidem ſuſpicatus eſt potiùs μοναχὴ ſcribendum eſſe. *Suid.* Μοναχῇ· ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ μοναχῶς· Ξενοφῶν. Ὡς ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους, ἥπερ μοναχὴ εἴη πορεία, ἐπιθησόμενοι τοῖς Ἕλλησι. Hinc ſua deprompſiſſe *Steph.* & *Conſt.* ex eâdem, quam in exſcribendo hoc Xenoph. loco ſequuntur, lectione conſtat: uterque enim cum *Suidâ* omittit ἐν τοῖς στενοῖς & ἐνταῦθα, atque ἐπιθησόμενοι exhibet pro ἐπιθησόμενον. Itaque cùm *Suidas* hìc, utì ſolet alias, cætera Xenophontis verba minùs adcuratè repræſentet, quidni & in ſcripturâ vocis, quâ de agitur, peccaverit?

2 Ἐπὶ τοῖς μένουσι] Eandem præpoſitionis vim videre eſt p. 266. n. 5.

ποι [1] ἤλωσ᾽ ὡς εἴκοσι, καὶ ἡ σκηνὴ Τηριβάζου ἑάλω, καὶ ἐν αὐτῇ [2] κλῖναι ἀργυρόποδες, καὶ σκεύη, καὶ οἱ ἀρτοποιοὶ, καὶ οἱ οἰνοχόοι φάσκοντες εἶναι. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο πάντα οἱ τῶν ὁπλιτῶν στρατηγοὶ, δοκεῖ αὐτοῖς ἀπέναι τὸ ταχίστην ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, μή τις ἐπίθεσις [3] γένηται τοῖς καταλελειμμένοις. Καὶ εὐθὺς ἀνακαλεσάμενοι τῇ σάλπιγγι ἀπῆσαν, καὶ ἀφικνοῦνται αὐθημερὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον.

Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἐδόκει πορευτέον εἶναι, ἧ δυνατὸν τάχιστα, πρὶν συλλεγῆναι τὸ στράτευμα πάλιν, καὶ καταλαβεῖν τὰ στενά. Συσκευασάμενοι δ᾽ εὐθὺς, ἐπορεύοντο διὰ χιόνος πολλῆς, ἡγεμόνας ἔχοντες πολλούς· καὶ αὐθημερὸν ὑπερβαλόντες τὸ ἄκρον, ἐφ᾽

capti circiter viginti, captum etiam erat Teribazi tentorium, quíque in eo *erant* argenteis pedibus lectuli, & pocula, & *nonnulli* qui ſe panum conficiendorum artifices ac pincernas eſſe dicerent. *Quæ* omnia cùm gravis armaturæ militum duces reſciviſſent, quàm celerrimè ad caſtra diſcedendum ſtatuunt, nè quis impetus in eos fieret, qui relicti fuerant. Itaque ſtatim, cùm tubâ receptui ceciniſſent, diſceſſêre, eodémque die ad caſtra perveniunt.

Poſtridiè, quantâ fieri celeritate poſſet, pergendum eſſe videbatur, priuſquam *hoſtilis* exercitus iterum cogeretur, anguſtáque *illa* loca occuparet. Atque adeò vaſis mox collectis, per nivem multam proficiſcebantur, ab itinerum ducibus multis inſtructi: eodémque die cùm jugum illud ſuperâſſent, in quo

1 Ἡλωσαν — ἑάλω] *Thom. Magiſt.* & *Phavor.* Ἑάλω, οἱ Ἀττικοὶ, ἔχ ἥλω. Sed utroque modo ſatis Atticè dici teſtetur hic locus. Quare rectiùs *Mœr. Attic.* Ἡλω καὶ ἑάλω, Ἀττικῶς· ἐλήφθη, Ἑλληνικῶς. Cæterùm, ἑάλων ſeu ἥλων, æquè ac ἁλώκει, ἀντὶ παθητικῶν λαμβάνεσθαι, paſſim docet auctorum uſus.

2 Κλῖναι ἀργυρόποδες, καὶ &c.] Luxu ſcilicet regali ſplendida etiam procerum erant tabernacula. Helotæ, jubente Pauſaniâ, *Herodot.* l. 9. c. 79. ἀνὰ τὸ στρατόπεδον (Perſarum *ſcil.* quibus præfuerat Mardonius) σκιδνάμενοι, εὕρισκον σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους· κρητῆράς τε χρυσέους, καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα. Ibid. vide ſis c. 81. Adde *Q. Curt.* l. 3. c. 11.

3 Γένηται τοῖς καταλελειμμένοις.] MS. Eton. γένοιτο τοῖς ἐπιλελειμμένοις. Sed nil mutandum: ſuprà modò p. præced. καταλιπόντες φύλακας καὶ &c.

ᾧ ἔμελλεν ὑπίξεσθαι Τηρίβαζος, καὶ τεσσαρατοπεδεύσαντο. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς [1] ἐρήμους τρεῖς, πρὸς τὸν Εὐφράτην ποταμόν· καὶ διέβαινον αὐτὸν βρεχόμενοι περὶ τὸν ὀμφαλόν. [2] Ἐλέγοντο δὲ αἱ πηγαὶ ἀπὸ σταθμοῦ ἑνός. Ἐντεῦθεν ἐπορεύοντο διὰ χιόνος πολλῆς καὶ πεδίου σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. Ὁ δὲ τρίτος ἐγένετο χαλεπός, καὶ ἄνεμος Βορρᾶς ἐναντίος ἔπνει, παντάπασιν [3] ἀποκαίων καὶ πήγνυς τοὺς ἀνθρώπους. Ἐνθα δὴ τῶν μάντεών τις [4] εἶπε σφαγιάσασθαι τῷ ἀνέμῳ· καὶ σφαγιάζεται· καὶ πᾶσι φανερῶς ἔδοξε λῆξαι τὸ χαλεπὸν καὶ πνεύ-

Teribazus *ipſos* adgredi voluerat, caſtra metati ſunt. Indè caſtris tertiis in ſolitudine *poſitis*, ad Euphratem amnem profecti ſunt: eúmque ad umbilicum uſque ſe madefacientes tranſierunt. Ferebantur *ab eo loco* fontes ejus haud procul abeſſe. Indè per multam nivem & planitiem caſtris ternis, paraſangas quindecim progreſſi ſunt. Tertia verò *manſio* fuit gravis, ventúſque Boreas adverſus flabat, omnino adurens & congelans homines. Ibi tum quidam è vatibus vento ut ſacrificarent præcepit; itaque res ſacra facta eſt; omnibúſque manifeſtò viſa eſt flatûs ſævitia deſi-

1 Ερήμους τρεῖς, παρὰ &c.] MS. Eton. — τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα, ἐπὶ τὸν Εὐφράτην.

2 Ελέγοντο δὲ αὐτῷ αἱ &c.] Noſter p. 262. Καὶ τὸν Εὐφράτην τε τοὺς πηγοὺς ἐλέγετο ὁ Κῦρος ἔχειν τοῦ Τίγρητος εἶναι. Paulò utique ſuprà p. 297. Græci ὑπερῆλθον τοὺς πηγοὺς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ.

3 Αποκαίων καὶ &c.] Sic & *Theophr.* Hiſt. Pl. l. 4. c. 17. ventus frigidus dicitur ἀποκαίειν τὰ δένδρα, καὶ ὅτως αὖκα ποιεῖν καὶ ξηρὰ, ὡς ὀλίγου ἂν ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἄν. *Plin.* H. N. l. 17. c. 24. arbores ſcribit *aduri quoque fervore, aut flatu frigidiore.* Virgil. *Georg.* l. 1. v. 92 & ſeq.

*Nè tenues pluviæ, rapidíve potentia ſolis*
*Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.*

Plura vide à Clariſ. *Drakenborchio* adlata ad *Silii* l. 4. v. 68.

4 Εἶπε σφαγιάσασθαι τῷ &c.] Ventos generatim Perſæ, ſigillatim Boream Græci, ſacris inſtitutis colebant. De Perſis teſtatur *Herodot.* l. 1. c. 131. θύουσι ἥλιόν τε καὶ ἀνέμους. Adde *Strab.* l. 15. p. 1064. De Megalopolitanis Arcadicis *Pauſan.* l. 8. c. 36. Πεποίηται δὲ καὶ δεξιᾷ τοῦ ὀδοῦ Βορέᾳ τῷ ἀνέμῳ τέμενος, καὶ οἱ Μεγαλοπολῖται θυσίας θύουσιν αὐτῷ πᾶν ἔτος, καὶ θεῶν ἀδύνατος Βορέου ὕστεροι ἄγουσιν ἐς τιμήν, ὅτι &c. De Thuriis & Athenienſibus *Ælian.* V. H. l. 12. c. 61. Ἐκ δὴ τούτων (cauſam modò expoſuerat) οἱ Θούριοι τῷ Βορέᾳ θύουσιν, καὶ &c. Ubi vide quæ notavit Cl. *Perizon.* & in primis doctiſ. *Meurſ.* Græc. Fer. l. 2. ad feſtum, cui nomen Βοριασμοί, Athenienſibus Boreæ in honorem celebratum: necnon illuſtriſ. *Spanh.* ad Callim. hymn. in *Del.* v. 26.

ματος. Ην δὲ τ̃ χιόνος τὸ βάθος ὀργυιά· ὥσε ⸌ τῶν ὑποζυγίων ἢ τῶν ἀνδραπόδων πολλὰ ἀπώλετο, καὶ τ̃ στρατιωτῶν ὡς τριάκοντα. Διεγρήγοντο ὃ τὴν νύκτα πῦρ καίοντες· [1] ξύλα δ' ἦν ἐν τῷ στρατῷ πολλά· οἱ ὃ ὑστερίζοντες, ξύλα οὐκ εἶχον. Οἱ οὖν [2] πάλαι ἥκοντες, καὶ πῦρ καίοντες, οὐ προσίεσαν πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας, εἰ μὴ μεταδιδοῖεν αὐτοῖς πυρὸς, ἢ ἄλλο τι ὧν ἔχοιεν βρωτῶν. Ενθα δὴ μετεδίδοσαν ἀλλήλοις ὧν εἶχον ἕκαστοι. Ενθα δὲ πῦρ ἐκαίετο, μαρανομένης τ̃ χιόν⸌, βόθροι ἐγίγνοντο μεγάλοι ἕως τε ἐπὶ τὸ δάπεδον· ἔνθα δὴ πρὸς ὧν μετρεῖν τὸ βάθος τῆς χιόν⸌.

Εντεῦθεν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ ὅλῃ ἐπορεύοντο μὰ χιόν⸌, καὶ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων [3] ἐξελιμίασαν. Ξενοφῶν δὲ ὁπλοφυλακῶν, καὶ καταλαμβάνων [4] τοὺς πίπτοντας τ̃ ἀν-

nere. Nivis autem altitudo æquabat orgyiam: adeò ut & jumentorum & mancipiorum magnus interiret numerus, & militum ferè triginta. Noctem integram ignes accendebant; quippe caſtrorum in loco multa erant ligna: at qui ſerò proceſſerant, ligna non habebant. Quamobrem illi, qui jamdudum *huc* venerant, & ignes accenderant, ſeriùs venientes ad ignem non admittebant, niſi triticum, vel quid aliud, quæ habuerint, eſculentorum, cum iis communicarent. Ibi tum inter ſe quæ habebant ſinguli communicârunt. Quibus autem in locis accendebatur ignis, nive liquefactâ, ſcrobes efficiebantur magni ad ſolum uſque; ubi nivis altitudinem metiri erat.

Indè toto ſubſequente die per nivem iter faciebant, ac multi præ fame ingenti defecerunt homines. Xenophon autem, cùm extremo in agmine curaret, & offenderet homines humi qui ja-

1 Ξύλα δ' ἦν] Vide p. 152. n. 1.

2 Πάλαι] *Phavorino* obſervante, τὸν ἀεὶ μακρὸν χρόνον σημαίνει, ἀλλ' ἔστιν ὃ καὶ πρόσφατον, Ἀττικῶς. Sic & *jam dudum* de tempore non longè præterito adhiberi notârunt viri elegantiſ. *Broekh.* ad *Tibul.* l. 3. el. 6. v. 63. & *Drakenb.* ad *Sil.* l. 11. v. 373. Eadem vis τῷ πάλαι Mar. XV. 44. quod quidam temerè in ἤδη mutârunt.

3 Ἐξελιμίασαν.] Lege paulò infrà ſcripta, p. 307. n. 1.

4 Τοὺς πίπτοντας τῶν &c.] Adi p. 267. n. 3.

ἀνθρώπων, ἠγνόει ὅ, τι τὸ πάθος εἴη. Ἐπειδὴ δ' εἶπέ τις αὐτῷ τῶν ἐμπείρων ὅτι σαφῶς [1] βεβλιμῶσι, καὶ ἐάν τι φάγωσιν, ἀναστήσονται, παριὼν ὅπου τὰ ὑποζύγια, εἴ τι τοτὲ ἢ βρωτὸν ὁρῴη, ἐδίδου, καὶ διέπεμπε διδόντας τοῖς δυναμένοις παρέχειν τοῖς βουλιμιῶσιν. Ἐπειδὴ δέ τι [2] ἐμφάγοιεν, ἀνίσαντο καὶ ἐπορεύοντο. Πορευομένων δὲ, Χειρίσοφος μὲν [3] ἀμφὶ κνέφας πρὸς κώμην τινὰ ἀφικνεῖται, καὶ ὑδροφορούσας ἐκ τῆς κώμης γυναῖκας καὶ κόρας πρὸς τῇ κρήνῃ καταλαμβάνει ἔμπροσθεν τοῦ ἐρύματος. Αὗται ἐρωτῶν αὐτοὺς τίνες εἶεν. Ο

Suid. v. Βεβλιμμένον et v. Βεβλιῶν.

ἐ ἄρα κατέφης at Suid. Vid. K. Π. p. 250

cerent, *primùm* quid illud morbi eſſet ignorabat. Poſteaquam verò quidam ex uſu peritis ei dixiſſet, *iſtos homines* planè præ ingenti fame deficere, ac ſi quid ederent, ſurrecturos, ad jumenta pergens, ſi quid potulenti eſculentíve cerneret, *partim ipſe* dabat, partim, qui undique diſcurrere poſſent & per famem deficientibus dare, dimittebat. Cùm quid autem comediſſent, ſurgebant & ire pergebant. *Hoc modo* cùm proficiſcerentur, Cheriſophus ſub crepuſculum ad vicum *quendam* pervenit, ac de vico mulieres & puellas aquam ferentes propter fontem ante munitionem offendit. Eos interrogabant iſtæ, quinam eſſent. Et

1 Βεβλιμμῶσι,] *Suidas*, præmiſſâ τούτου τοῦ πάθους expoſitione eâ, quam adductam ad K. Π. p. 571. n. 3. legas velim, locum hunc ſic exhibet, Ο δὲ παριὼν ἐπὶ τὰ ὑποζύγια, εἴ τι τοτὲ ὁρῴη βρωτὸν, ἐδίδου τοῖς βεβλιμμῶσι. MS. Eton. ἐδίδου —— ἤ που τι ὁρῴη ἢ βρωτὸν ἢ ποτὸν &c. Auctoribus dicto K. Π. loco citatis adde *Scholiaſt.* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 874. & *Suid.* in v. Καρδιώττειν.

2 Ἐμφάγοιεν,] Noſter ſuprà p. 272. participio hujuſce verbi uſus eſt: quod idcirco notandum, quia Lexicogr. ἐμφάγω ſine auctore ſolent adducere.

3 Ἀμφὶ κνέφας — ὑδροφορούσας &c.] *Etymol.* m. Κνέφας, τὸ σκότος, παρὰ τὸ κενὸν φάος εἶναι· — εἴρηται δὲ κατὰ κνέφος. *Phavor.* Κνέφας· δῆλον ὡς φωτὸς στέρησίς ἐστι τὸ σκότος· διὸ καὶ κνέφας λέγεται, ὡς καινὸν (repone, κενὸν) φάος. Cæterùm, veſpertino tempore, gentes apud Orientis, mulieres ex ædibus ſuis ad aquas petendas exire ſolebant. Vide omnino Gen. XXIV. 11. Hector uxorem animo adloquutus ſolicito, metuere ſe ait, nequando, ipſo mortuo, — ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης. *Homer.* Il. ζ'. v. 457. Adde *Odyſſ.* η'. v. 20. Moris etiam fuiſſe Athenienſium, ut puellæ vel ſummo loco natæ aquatum exirent, teſtatur *Herodot.* l. 6. c. 137. Quin & *Homer.* Odyſ. κ'. v. 105. de Læſtrygonum regis filiâ canit:

Κέρη δὲ ξύμβλητο (Ulyſſis quidam ſocii)
ἣ ἄστεος ὑδρεύσατ',
Θυγατρὶ ἰφθίμῃ Λαμβρηγόνος Αντιφάτεω.

δὲ ἑρμηνεὺς εἶπε Περσιστὶ ὅτι πρὸς βασιλέως πορεύοιντο πρὸς τὸν σατράπην. Αἱ δὲ ἀπεφήναντο ὅτι οὐκ ἐνταῦθα εἴη, ἀλλ' ἀπέχοι [1] ὅσον παρασάγγην. Οἱ δ', ἐπεὶ ὀψὲ ἦν, [2] πρὸς τὸν κωμάρχην συνεισέρχονται εἰς τὸ ἔρυμα σὺν ταῖς ὑδροφόροις. Χειρίσοφος μὲν οὖν καὶ ὅσοι ἐδυνήθησαν τῶν στρατιωτῶν ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύσαντο· τῶν δ' ἄλλων στρατιωτῶν οἱ μὴ δυνάμενοι [3] διατελέσαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἐνυκτέρευσαν ἄσιτοι καὶ ἄνευ πυρός· καὶ ἐνταῦθά τινες ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν. Ἐφείποντο δὲ τῶν πολεμίων συνειλεγμένοι τινὲς, καὶ τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ὑποζυγίων ἥρπαζον, καὶ ἀλλήλοις ἐμάχοντο περὶ αὐτῶν. Ἐλείποντο δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν οἵ τε [4] διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ χιόνος τὰς ὄψεις, οἵ τε ὑπὸ τοῦ ψύχους τὰς δακτύλους τῶν ποδῶν ἀποσεσηπότες. Ἦν δὲ

interpres linguâ dixit Perſicâ à rege ſe ad ſatrapam proficiſci. Reſponderunt iſtæ, *ipſum* ibi non eſſe, ſed abeſſe paraſangæ circiter intervallo. Illi verò, quia ſerum erat *diei*, ad vici præfectum cum *mulieribus* aquam geſtantibus in munitionem unà ingrediuntur. Hìc quidem Cheriſophus & de exercitu quotquot poterant caſtra poſuerunt: ex cæteris militibus qui iter continuare non poterant, abſque cibis *hi* & igne pernoctârunt: ibíque *adeò* militum nonnulli perierunt. Cæterùm ex hoſtibus quidam collecti ſubſequebantur, & jumenta invalida rapiebant, déque iis inter ſe pugnabant. Prætereà *à tergo* relinquebantur ex militibus *quidam*, tum quorum nive corrupti erant oculi, tum quorum ex frigore pedum digiti putruerant. Oculis autem

1 Ὅσον] Idem valet, atque ὡς: ſic ſuprà p. 283. Ἀπῆχε δὲ τῶν ὀρίων ὁ ποταμὸς ὡς ἓξ ἢ &c. & aliàs ſæpé.

2 Πρὸς τὸν κωμάρχην &c.] *Suid.* Κωμάρχης· ὁ τῶν πόλεων ἄρχων παρὰ Ξενοφῶντι. Cæterùm, συνεισέρχομαι in lexicis ſtat ἀδιαστάτως.

3 Διατελέσαι ἐν τῇ &c.] MS. Eton. τὴν ὁδὸν, non malè. At ſine nomine iſto Noſter eodem verbo uſus eſt p. 51. ubi vide notata.

4 Διεφθαρμένοι ὑπὸ &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 258. Τινὲς δὲ καταληφθέντες ὑπὸ τῆς πάγης τὰ σώματα, πᾶσιν ἀπηγόρευσαν ἐπιμέλειαν, τῶν ἀκρωτηρίων αὐτῆς χειδὸν ἁπάντων ἀποκεκριμένων. Διόπερ ὡς ἡ νὺξ &c. Cum his conferre juvabit, quæ *Q. Curt.* l. 7. c. 3. elegantiſſimè, more ſuo, ſcripſit. Cæterùm, eadem occurrit conſtructio 1 Tim. VI. 5. Hebr. X. 22, 23.

[1] τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικέρημα τ χιόνϑ, εἴ τις μέλαν τι ἔχων πρὸ τ ὀφθαλμῶν πορεύοιϑ· τ δὲ ποδῶν, εἴ τις κινοῖϑ, ὡς μηδέποτε ἡσυχίαν [2] ἔχοι, μ εἰ τ νύκτα ὑπολύοιϑ. Οσοι δὲ [3] ὑποδεδεμένοι ἐκοιμῶντο, εἰσεδύοντο εἰς τὰς πόδας οἱ ἱμάντες, μ τὰ ὑποδήματα συνεπήγνυντο· μ γὰρ ἦσαν, ἐπειδὴ ἀπέλιπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, [4] καρβατίναις πεποιημέναις ἐκ τῆς νεοδάρτων βοῶν. Διὰ τὰς τοιαύτας οὖν ἀνάγκας [5] ὑπελείποντό τινες τῶν στρατιωτῶν· καὶ ἰδόντες μέλαν τι χωρίον, διὰ τὸ ἐκλελοιπέναι αὐτόθεν τὴν χιόνα, εἶκαζον τετηκέναι

erat adversùs nivem adjumento, si quis dum pergebat nigri aliquid ante oculos haberet; pedibus, si quis se commoveret, ac nunquam interquiesceret, si noctu etiam calceamenta solveret. Quotquot autem calceati cubabant, lora in pedes *eorum* descendebant, & calcei *pedibus* undique adfigebantur: etenim *ipsis*, posteaquam veteres calcei defecissent, carbatinæ erant de corio recèns bobus detracto confectæ. Ob necessitates igitur hujusmodi milites quidam à tergo relicti erant; & nigrum quendam conspicati locum, quòd isthìc nix defecisset, liquatam eam exi-

1 Τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς — τῶν δ' ποδῶν &c.] Nostro similiter *Memorab.* l. 4. paulò citra med. πῦρ dicitur ἐπίκαυρον ψύχους, ἐπίκερον σκότους. Lexica quidem ἐπικέρημα non agnoscunt. Mutat autem hìc orationis formam, & pro τοῖς δ' ποσὶ, quæ τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικέρημα postulâsse viderentur, dat τῶν δὲ ποδῶν. Non est itaque, cur cuiquam displiceat structuræ varietas, quâ usus est Luc. I. 55. & Apostolus ad Hebr. VI. 4, 5.

2 Εχοι,] Id quod ex MSto Eton. reposui. Eandem scripturam suadent verba πορεύοιτο, κινοῖτο, ὑπολύοιτο.

3 Υποδεδεμένοι] Plenè Noster *Memor.* l. 1. haud procul à fine, dixit ὑποδήματα ὑποδεδεμένα. Huic autem similem ellipsin videre est p. 287. in ἐκδύντες, *scil.* ἱμάτια: p. 289. in ἀποδὺς, & alibi sæpè.

4 Καρβατίναις &c.] *Hesych.* Καρβατίνη, μόνη πίλινον, (lege cum doctiss. *Kuhnio* μονόπιλμον) καὶ εὐπετὲς ὑπόδημα ἀρχαϊκόν. Idem, Καρπατίνον, ἀρχαϊκὸν ὑπόδημα μονόδερμον: uno scilicet corio unáque adeò solea constabat hic calceus: unde μονόπιλμον, μονόδερμον rectè dicitur. *Suid.* & *Phavor.* Καρβατίναις, εἴδεσι ὑποδήματος. Επειδὴ ἀπέλειπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβατίναις αὐτοῖς ἦσαν πεποιημέναις ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν· mutatâ nonnihil, utì fit, exemplarium Xenophonteorum scripturâ. *J. Poll.* tentat etiam vocis originem; l. 7. segm. 88. Από δὲ ἐθνῶν καὶ πόλεων λέγονται καὶ ἤπειρα. Καρβατίνη μὲν, ἀρχαϊκῶν ὑποδήματα, κληθὲν ὑπὸ Καρῶν.

5 Υπελείποντο] Sic rectè scribendum censuit *Steph.* ut modò præcessit p. 308. ἐλείποντο, in præterito imperfecto. Vulgò legitur ὑπολίποντο.

[1]τὴν χιόνα. Καὶ ἐτετήκει μὲν κρήνην τινὰ, ἣ πλησίον ἦν [2]ἀτμίζουσα ἐν νάπῃ· ἐνταῦθα ἐκπεπόμφοι ἐκάθηντο, καὶ οὐκ ἔφασαν [3]πορεύεσθαι. Ὁ δὲ Ξενοφῶν, ἔχων ὁπλοφύλακας, ὡς ἤκουεν, ἐδεῖτο αὐτῶν πάσῃ τέχνῃ καὶ μηχανῇ μὴ ἀπολείπεσθαι, λέγων ὅτι ἕπονται πολλοὶ πολέμιοι συνειλεγμένοι· καὶ [4]τελευτῶν ἐχαλέπαινεν. Οἱ δὲ σφάττειν ἐκέλευον· οὐδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι πορευθῆναι. Ἐνταῦθα ἔδοξε κερᾶσαι εἶναι τοὺς ἑπομένους πολεμίους φοβῆσαι, εἴ τις δύναιτο, μὴ ἐπιπέσοιεν τοῖς κάμνουσι. Καὶ ἦν μὲν σκότος, οἱ δὲ πορρώτερον πολλῷ θορύβῳ, ἀμφὶ ἃ εἶχον [5]διαφερόμενοι. Ἔνθα δὴ οἱ μὲν ὁπλοφύλακες ἐξαναστάντες, ἅτε ὑγιαίνον-

ſtimabant. Et erat *ſanè* liquata propter fontem quendam, qui haud procul in ſaltu *quodam* vaporabat: huc cùm divertiſſent conſidebant, ac perrecturos ſe negabant. Id cùm Xenophon, agminis extremi ductor, intellexiſſet, quâvis arte machináque obſecrabat eos, nè à tergo manerent; dicens, multos ſequi hoſtes collectos: tandem etiam ſe iratum præbuit. At illi jugularet *ipſos* hortabantur: neque enim fieri poſſe *aiebant*, ut pergerent. Ibi tum viſum eſt optimum eſſe, ut ſequentes hoſtes terrerent, ſi quis *id* poſſet, nè in laborantes irruerent. *Jám*que *obortæ* erant tenebræ, & *hoſtes* magno cum tumultu accedebant, de rebus quas haberent inter ſe diſſidentes. Tum verò extremi agminis milites exſurgunt, quippe qui bonâ *adhuc* erant valetu-

1 Τὴν χιόνα.] In MSto Eton. deſunt: male. Lege p. 28. n. 3. & p. 239. n. 4.

2 Ατμίζουσα ἐν νάπῃ.] *Heſych.* & *Phavor.* Ατμίζουσαν, ἀναθυμιάζουσαν. Lexicographi auctorem adferunt nullum. MS. Eton. ἐν νάπῃ, uti infrà paulò, p. 311. legitur ἐις τὴν νάπην. *Phav.* Νάπαι, δρυμοὶ, φάραγγες, κοιλάδες· οἱ ὀρεινοὶ καὶ ἀναπεπταμένοι τόποι, οἱ σύμφυτοι. Idem, Νάπος, παρὰ τοῖς ποιηταῖς· νάπη δὲ παρὰ τοῖς κοινοῖς. Sed & hâc utitur *Ariſtoph.* Ορνιθ. v. 741. & Θεσμοφ. v. 1006. Et utroque modo paſſim ſcribi videbitur infrá.

3 Πορεύεσθαι.] *Stephanus* legendum ſuſpicatur πορεύεσθαι.

4 Τελευτῶν] *Thom. Magiſter*: Οἱ μὲν Ἀττικοὶ, τελευτῶν ἐποίησαι, λέγουσι, καὶ τελευτῶσαι ἐποίησε, καὶ τελευτῶντες ἐποίησαν· ὡσαύτως ἐπὶ τῶν ἀκμῶν εὐθειῶν, καὶ πασῶν αἰπαλικῶν· οἱ δὲ κοινοὶ, Τελευταῖοι λέγουσι,

5 Διαφερόμενοι.] MS. Eton. μαχόμενοι: haud dubiè ex gloſſâ. *Phavor.* Διαφέρεσθαι, ἐρίζειν, φιλονεικεῖν —— Διαφέροντες, μάχοντες.

τες, ἔθραμον εἰς τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ καμόντες, [1] ἀναχαγόντες ὅσον ἐδυώδυτο μέγιστον, [2] τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ δόρατα ἔκφυξ. Οἱ δὲ πολέμιοι δείσαντες, ἦκαν ἑαυτοὺς κ' τ' χιόν- [3] εἰς τὴν νάπην, καὶ ὐδεὶς ἔτι ὐδαμοῦ ἐφθέγξατο.

Καὶ Ξενοφῶν μὲ κ' οἱ σὺν αὐτῷ, εἰπόντες [4] τοῖς ἀνθενῦσιν ὅτι τῇ ὑστεραίᾳ ἥξουσί τινες ἐπ' αὐτοὺς, πορευόμενοι, πρὶν τέτταρα στάδια διελθεῖν, ἐντυγχάνουσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἀναπαυομένοις ἐπὶ τ' χιόνος τοῖς στρατιώταις ἐγκεκαλυμμένοις, κ' ὐδὲ φυλακὴ ὐδεμία καθειστήκει· κ' ἀνίσαν αὐτούς. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι οἱ ἔμπροσθεν ὐχ [5] ὑποχωροῖεν. Ὁ δὲ παιὼν, ὡς ἀπέμπων τ' πελταστῶν τοὺς ῥωμαλεωτάτους, ἐκέλευε σκέψασθαι τί εἴη τὸ κωλῦον. Οἱ δ' ἀπή-

dine, & curſu in hoſtes feruntur: & qui *ab itinere* laborabant, ſublato quàm poſſent maximo clamore, ſcuta haſtis illidunt. Hoſtes timore perculſi in ſaltum *illum* per nivem ſe dimittunt, nec *jam* quiſquam ampliùs clamorem uſquam edidit.

Ac Xenophon quidem & qui cum eo erant, ubi ſignificâſſent ægris *illis* poſtridie venturos quoſdam ad ipſos, iter pergentes, priuſquam ſtadia quatuor confeciſſent, in milites per viam in nive requieſcentes *eóſque* obtectos incidunt, nec ullæ *ipſis* conſtitutæ aderant excubiæ: & hos *quidem* excitârunt. Aiebant autem hi priores *ordines* viam non ire. At *Xenophon* ipſe progreſſus, & peltaſtarum robuſtiſſimos *quoſdam* præmittens, diſpicere jubebat quid illud eſſet *eos* quod impediret. Renuntiabant illi to-

1 Ἀναχαγόντες ὅσον] Sic rectè MS. Eton. Suprà, p 303. ἀναχαγόντες ἦθεν &c. Libri quidam perperam dant ἀναχαγόντες οἷον &c.

2 Τὰς ἀσπίδας πρὸς τὰ &c.] Vide p. 84. n. 1.

3 Εἰς τὴν νάπην,] Intelligit νάπας illud, cujus anteà p. 310. meminit; ubi vide notata.

4 Τοῖς ἀνθενῦσι] Hi ſuprà modò κάμνοντες dicuntur. *Heſych.* Κάμνει, νοσεῖ, ἐργάζεται, κοπιᾷ — *Phavor.* & *Etymol.* m. Κάμνω σημαίνει πέντε, τὸ κοπιῶ — τὸ κατασκοπεύω — κ' τὸ ἀνθενῶ — σημαίνει δὲ κ' τοὺς τεθνεῶτας.

5 Οὐχ ὑποχωροῖεν.] *Leuncl.* vertit, *eos — de viâ non cedere*: Amaſ. *nihil promoviſſe*. Mihi quidem hìc ὑποχωρεῖν videtur τὸ προχωρεῖν ſignificationem induere; atque adeò mentem iſtorum, quos modò Xenophon cum ſuis excitaverat, ſic ferè libet exponere, *priores* ſcilicet *ordines non ità procedere, ut locum ipſis, etiam ſi vellent eâdem viâ ſequi, darent.* Sic ſuprà p. 252. Καὶ τοῖς μὲ ἔμπροσθεν ὑπάγειν &c. i. e. προάγειν: ubi vide n. 4. Adde ſis p. 279. n. 1.

γελλον ὅπ ὅλην ἔτως ἀναπαύοιτο τὸ στράτευμα. Ἐνταῦθα ἢ οἱ περὶ Ξενοφῶντα νυλίσθησαν αὐτοῦ ἄνευ πυρὸς καὶ ἄδειπνοι, φυλακὰς οἵας ἐδύναντο καλλισπάμενοι. Ἐπειδὴ ὃ πρὸς ἡμέραν ἦν, ὁ Ξενοφῶν πέμψας πρὸς τοὺς ἀσθενοῦντας τῶν νεωτάτων, [1] ἀνασήσοντας, ἐκέλευσεν ἀναγκάζειν πορεύεσθαι. Ἐν δὲ τούτῳ Χειρίσοφος πέμπει τοὺς ἐκ τῆς κώμης [2] πυνθανομένους πῶς ἔχοιεν οἱ τελευταῖοι. Οἱ δὲ, ἅμενοι ἰδόντες, τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας τούτοις παρέδοσαν κομίζειν ὅπῃ τὸ στρατόπεδον, αὐτοὶ δὲ ἐπορεύοντο· καὶ πρὶν εἴκοσι στάδια διεληλυθέναι, ἦσαν ἐν τῇ κώμῃ, ἧ Χειρίσοφος νυλίζετο. Ἐπεὶ δὲ συνεγίγνοντο ἀλλήλοις, ἔδοξε κατὰ τὰς κώμας ἀσφαλὲς εἶναι τὰς τάξεις σκηνοῦν. Καὶ Χειρίσοφος μὲν αὐτοῦ ἐπέμεινεν, οἱ δὲ ἄλλοι, λαχόντες ἃς ἑώρων κώμας, ἐπορεύοντο ἕκαστοι τὰς ἑαυτῶν ἔχοντες.

tum exercitum hoc modo requieſcere. Ibi tum & illi qui circa Xenophontem erant illic abſque igne & incœnes commorati ſunt; conſtitutis, quales *ſanè* poterant, excubiis. Cùm autem propè dies adeſſet, Xenophon miſſis ad ægrotantes de junioribus *aliquot*, qui *eos* excitarent, præcepit ut progredi cogerent. Interèa Cheriſophus *quoſdam* ex vico mittit, qui quo pacto extremi agminis milites ſe haberent, quærerent. Hi, lætis *eos* oculis conſpicati, ægrotos iis, ut in caſtra deducendos curarent, tradiderunt; ipſi iter pergebant: ac priuſquam ſtadia viginti confeciſſent, erant in vico, ad quem diverterat Cheriſophus. Poſteaquam conveniſſent *omnes*, viſum eſt tutè *id* fieri *poſſe*, ſi cohortes apud vicos contubernia haberent. Et Cheriſophus quidem eo manſit loco, cæteri, ſortiti quos cernebant vicos, ſuos quique nacti abibant.

1 Ἀνασήσοντας,] MS. Eton. & editiones nonnullæ exhibent ἀνασήσαντες, facili quidem & manifeſto errore. *Steph.* & *Leuncl.* re ipſâ monente, ſcripſère ἀνασήσοντας.

2 Πυθομένους,] MS. Eton. σκεψομένους. Sed his permutatis invicem non opus eſt.

Ενθα δὴ Πολυκράτης Αθηναῖος λοχαγὸς ἐκέλευσεν ἀφιέναι αὐτόν· καὶ λαβὼν αὐτὸς τὺς εὐζώνους, θέων ἅμα τῷ κώμῳ, ἣν εἰλήχει Ξενοφῶν, καταλαμβάνει πάντας [1] ἔνδον τὺς κωμήτας καὶ τ' κωμάρχιν· καὶ πῶλοις εἰς δασμὸν βασιλεῖ τρεφομένους, ἑπταικαίδεκα· καὶ τῇ θυγατέρα τῦ κωμάρχυ, ἐννάτην ἡμέραν γεγαμημένην· ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς λαγὼς ὤχετο θηράσων, καὶ ὐχ [2] ἥλω ἐν ταῖς κώμαις. Αἱ δ' οἰκίαι ἦσαν [3] κατάγειοι, τὸ μὲν στόμα ὥσπερ φρέατος, κάτω δ' εὐρεῖαι· [4] αἱ δ' εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί, οἱ δὲ ἄνθρωποι κατὰ κλίμακας κατέβαινον. Εν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν

Ibi tum Polycrates Athenienſis cohortis ductor ipſum ut dimitterent petivit: ſumptíſque *adeò ſecum hominibus* expeditis, ad vicum currit, quem ſortitus fuerat Xenophon, & vicanos omnes in eo *ipſúm*que vici præfectum deprehendit; pullos etiam equinos ſeptemdecim, qui regi tributi nomine alebantur; & vici præfecti filiam, quæ nono *antè* die nupta fuerat: vir autem ejus lepores venatum abierat, nec in vicis *uſquam* captus fuit. Domus hìc erant ſubterraneæ, *ac* oſtium quidem *cujuſque* putei inſtar *erat oſtii, tùm* in imo latæ *eſſent*: jumentis introïtus erant effoſſi, homines per ſcalas deſcendebant. *Ipſis* in ædibus erant

1 Ενδον] In MSto Eton. deeſt. Vox autem non domum cujuſque (utì aliàs ferè) reſpicit, ſed totum vicum; & opponitur locis quibuſlibet, qui ab eo paulò longiùs diſtarent. *Ælian.* H.V. l. 3. c. 19. eandem ei vim tribuit: — ἀπιστεῖς ὁ Πλάτων ὅτ' ἔξω ὠθεῖται, ἔνδον ἐσάδις σιω &c. quod paulò infrà idem ſic exponit *Ælianus*, ἐν τῷ κήπῳ τῷ ἑαυτῦ &c. Adde *Thucyd.* l. 4. c. 104.

2 Ηλω] Adi p. 304. n. 1.

3 Κατάγειοι,] *Suid.* Κατάγαιον οἴκημα, ἢ κατάγειον· ὑπὸ γῆν. Deinde verba hæc Xenophontis, Αἱ δ' οἰκίαι &c. tacito tamen auctoris nomine, adducit. Agnoſcunt ſanè vocem iſtam *Steph.* & *Conſt.* in L. G. Theſaur. ſed uterque *Suidam* adpellat, præterea neminem. *J. Poll.* l. 7. ſegm. 123. Λέγειν δ' ἐνὶ ἓ κατάγεια οἰκήματα, ἢ ὑπόγεια. Idem l. 9. ſegm. 49. Μέρη δὲ πόλεων ἢ κατάγειοι οἰκήσεις, &c. Eâdem utitur *Diodor. Sic.* l. 4. p. 236. Κατασκευάσαντες δ' οἰκήσεις ἑαυτοῖς κατα γείους, ἢ &c.

4 Αἱ δ' εἴσοδοι &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. — αὕτη δὲ (ſcil. κάμαι) τὰς μὲν ὑποζυγίοις καταβάσεις εἶχον ὀρυκτὰς, τὰς δὲ τοῖς ἀνδράσι ἢ κλιμάκων, ταῖς οἰκίαις ἐγκαταβαίνουσιν· τά τε βοσκήματα τρεφόμενα χόρτῳ, τοῖς δ' ἀνδράσι πολλὴ ἀφθονία πάντων τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίων.

αἶγες, ὄϊες, βόες, [1] ὄρνιθες, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων· τὰ δὲ κτήνη πάντα [2] χιλῷ ἔνδον ἐτρέφετο. Ησαν δὲ καὶ πυροὶ, καὶ κριθαὶ, καὶ ὄσπρια, καὶ [3] οἶνος κεκραμένος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ [4] ἰσοχειλεῖς, καὶ κάλαμοι ἐνέκειντο, οἱ μὲν, μείζους, οἱ δὲ, ἐλάττους, γόνατα οὐκ ἔχοντες. Τούτους δ' ἔδει, ὁπότε τις διψῴη, λαβόντα εἰς τὸ στόμα ἀμύζειν· καὶ πάνυ [5] ἄκρα-

capræ, oves, boves, gallinæ, earúmque fœtus: jumenta intùs omnia pabulo nutriebantur. Erat etiam triticum, & hordeum, & legumina, & vinum hordeaceum in crateribus: quin & hordeum ipſum *in vaſis* inerat labra *eorum* æquans; in *iiſdem* jacebant & calami, partim majores, partim minores, enodes. Hos, cùm quis ſitiret, in os ſumptos *eum* fugere oportebat: ac *potus is* ad-

1 Ορνιθες,] *Thom. Magiſt.* Ορνιθες ἁπλῶς μὲν πάντα τὰ πτερόμενα (lege πετόμενα.) Et vocem ὄρνις quidem Græcos apud vetuſtiores *avem* in genere ſignificâſſe notius eſt, quàm ut probatione ſit opus. Ad gallinaceam deinde ſpeciem communi auctorum uſu tranſiit. *Ariſtoph.* Σφηξ. v. 811.

Ατερ τί τὴν ὄρνιν ὡς ἐμ' ἐξηνέγκατε;

Ubi *Schol.* τὴν ὄρνιν exponit ἀλεκτρυόνα. Lexic. Gr. Lat. vetus: Ορνις ἡ κατ' οἶκον, *Gallina.* Athen. l. 9. c. 4. Ο Μυρτίλος ἔφη, Ἀλλὰ μὴν καὶ ὄρνιθας καὶ ὀρνίθια νῦν μόνον ἡ συνήθεια καλεῖ τὰς ἡλείας, ὧν &c. apud auctorem legenda. Moneam tamen obiter lectorem liceat, ibidem ἁμάρτημα μνημονικὸν admiſiſſe *Athenæum*, cùm Xenophontis verba quædam ἐν δευτέρῳ Παιδείας legi teſtatur, quæ ἐν πρώτῳ tamen p. 93. reperiuntur. Luc. XIII. 34. — ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας, &c. quibus adjicere libet *Euripid.* in Hercule Fur. v. 71.

—— ὡς ὑποπτέρους

Σώζω νοσσοὺς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.

Adde doctiſ. *Bochart.* Hieroz. l. 1. c. 18.

2 Χιλῷ] Vide ſis p. 51. n. 2.

3 Οἶνος κεκραμένος &c.] In MSto Eton. & editionibus quibuſdam deeſt vox ultima; in aliis κεκραμένος ſcribitur. Hoc autem vini genus Oſiridis inventum fuiſſe tradit *Diodor. Sic.* l. 1. p. 17. πάλιν δὲ τὸν Οσιριν πεῦσιν τὴν οἰκουμένην ἐπελθόντα, τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις καρποῖς εὐεργετῆσαι. Εἰ δέ τις χώρα τὸν φυτὸν τ᾽ ἀμπέλου μὴ φυόμενον δέχοιτο, διδάξαι τὸν ὁπ τ᾽ κεγχρῆς κατασκευαζόμενον πόμα, λειπόμενον δὲ πολὺ τ᾽ φύσει τ᾽ οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως. Apud eundem *Diodor.* l. 1. p. 31. potus iſte ζύθος dicitur: κατασκευάζεσι δὲ καὶ ἐκ τῶν κεγχρῶν Αἰγύπτιοι πόμα, λειπόμενον δὲ πολὺ τ᾽ φύσει τ᾽ οἶνον εὐωδίας, ὃ καλοῦσι ζύθον. Ejuſdem vide l. 4. p. 211. Scribit etiam *Athen.* l. 1. ferè extremo, εὑρεθῆναι παρ᾽ Αἰγυπτίοις βοήθημα, ὥστε τοὺς μὰ πινίαν ἀπρᾶτας οἴνου, τ᾽ ἐκ τῶν κεγχρῶν γινόμενον πίνειν· καὶ ὅτως ἡδέως τοὺς τοῦτον φυσιρομένους, ὡς καὶ ᾄδειν, καὶ ὀρχεῖσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν, ὅσα τοὺς ἐξοίνους γινομένους. Confer *Herodot.* l. 2. c. 77.

4 Ισοχειλεῖς,] *Phavor.* & *Suidâ* exponentibus, μίχλα χείλεσι πιπληρωμένοι. *J. Poll.* l. 2. ſegm. 89. ἀπὸ τῶν χειλέων, τὰ μέτρα· ἰσοχειλῆ, τὰ ἐπίμετρα. Ejuſdem vide l. 5. ſegm. 133.

5 Ακρατον] *Suidas* locum hunc ità citat: Ακρατον· Ξενοφῶν· Πάνυ δ᾽ ἦν ὁ οἶνος ἄκρατος, ἐὰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι. *Fortis* utique ſeu *validus* hìc loci ſonat ἄκρατον, metaphorâ à vino mero ſeu ἀμίγει ſumptâ, cujus *maxima eſt vis.* Similiter ferè vocem hanc adhibet *Thucyd.* l. 2.

τῷ ἦν, εἰ μή τις ὕδωρ ἐπιχέοι· καὶ μάλα ἡδὺ πόμα [1] συμμαθόντι ἦν.

Ὁ δὲ Ξενοφῶν τὸν μὲν ἄρχοντα τῆς κώμης ταύτης συνδειπνον ἐποιήσατο, ⁊ χαίρειν ἐκέλευεν αὐτὸν, λέγων ὅτι ἄστε τῶν τέκνων στερήσοιτο, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ [2] ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων ἀπίασιν, ἢν ἀγαθόν τι τῷ στρατεύματι [3] ἐξηγησάμενος φαίνηται, ἔστ' ἂν ἐν ἄλλῳ ἔθνει γένωνται. Ὁ δὲ ταῦτα ὑπισχνεῖτο, καὶ φιλοφρονούμενος, [4] οἶνον ἔφρασεν ἔνθα ἦν κατορωρυγμένος. Ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα ἀγασκηνήσαντες οὕτως ἐκοιμήθησαν ἐν πᾶσιν ἀφθόνοις ἀγαθοῖς οἱ στρατιῶται, ἐν

1 Suid. V. ἐκ μαθών.

2 Suid. V. Ἀνεμπλήσαντες.

modùm erat fortis, ni quis aquam infunderet: ac valdè gratus erat *bibenti* potus, qui *quidem* eſſet *ei* adſuefactus.

Xenophon autem vici iſtius præfectum cœnæ adhibuit, eúmque bono eſſe jubebat animo, dicens eum nec liberis fore orbatum, & ſe, domum ei rebus neceſſariis ubi viciſſim replêſſent, abituros, ſi *quidem* exercitui, donec ad nationem aliam perveniſſent, boni alicujus auctor fuiſſe viſus ſit. Hæc ille pollicebatur, atque ut benevolentiam ſuam declararet, quo loco vinum defoſſum eſſet, indicavit. Hanc igitur noctem milites domicilia hinc indè nacti ſic in rerum omnium copiâ requieſcebant, cùm *intereà*

l. 2. c. 49. ἐπικαπόντος τοῦ νοσήματος ἐς τὴν κοιλίαν, ⁊ ἐλκώσεώς τε αὐτῇ ἰσχυρᾶς ἐγγιγνομένης, ⁊ ἀμφορέως ἅμα ἀκράτου ἐπιπιπτούσης, &c. Et *Dionyſ. Hal.* A. R. l. 8. c. 54. δι' ὀργῆς ἀκράτου &c.

1 Συμμαθόντι] MS. Eton. & libri quidam editi habent συμπαθόντι. Sed ex vet. cod. συμμαθόντι repoſitum eſſe teſtatur *Stephanus*. Quin & eandem hanc ſcripturam confirmat *Suidas*, qui συμμαθόντι exponit σωνηδομένῳ· & dein locum hunc, auctore quidem non adpellato, ſic exſcribit, καὶ πάνυ ἡδὺ ἦν συμμαθόντι τὸ πόμα, τὸ σὺν κρηδῶν.

2 Ἀντιμπλήσαντες τῶν &c.] *Suid.* à quo *Steph.* id participii mutuatur, exponit ἀνταποδόντες· Ξενοφῶν· Οἱ δὲ χαίρειν ἐκέλευον, λέγοντες ὅτι ἄστε τέκνων στερήσοιτο, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ ἀντεμπλήσαντες τῶν ἐπιτηδείων. Locum ſic corruptum & mutilatum exſcripſit etiam *Conſtantinus*. Cæterùm de ἀπίασι vide p. 262. n. 2.

3 Ἐξηγησάμενος] MS. Eton. τὸ στράτευμα πίζῃ ἡγησάμενον &c. Ad tempus participii quod adtinet, rectè; ad cætera, perperam. Editiones pleræque ἐξηγησόμενον, pro quo *Steph.* meritò repoſuit ἐξηγησάμενον. Suprà modò hæc inter ſe tempora permutata vidimus in notâ ad ἀνασήσοντας p. 312.

4 Οἶνον ἔφρασεν ἔνθα &c.] De hâc loquendi ratione vide ſis p. 86. n. 3. & locis ibi citatis adde Matt. XXI. 42.

φυλακῇ ἔχοντες τ' κωμάρχου, & τὰ τέκνα αὐτοῦ ὁμοῦ ἐν ὀφθαλμοῖς. Τῇ δ' ὑστέρᾳ ἡμέρᾳ Ξενοφῶν λαβὼν τὸν κωμάρχου, ᾤχετο πρὸς τὸν Χειρίσοφον ἐπορεύετο· ὅπου δὲ παρίοι κώμας, ἐτρέπετο πρὸς τὰς ἐν ταῖς κώμαις, καὶ κατελάμβανε πανταχοῦ [1] εὐωχουμένους καὶ εὐθυμουμένους, καὶ οὐδαμόθεν ἀφίεσαν, πρὶν παθεῖν αὐτῷ ἄριστον· οὐκ ἦν δ' ὅπου οὐ παρετίθεσαν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τραπέζαν κρέα ἄρνεια, ἐρίφεια, χοίρεια, μόσχεια, [2] ὀρνίθεια, σὺν πολλοῖς ἄρτοις, τοῖς μὲν, πυρίνοις, τοῖς δὲ, κριθίνοις. Ὁπότε δέ τις [3] φιλοφρονούμενός τῳ βούλοιτο πρπεῖν, εἷλκεν ἐπὶ τὸν κρατῆρα· [4] ἔνθα κύψαντα ἔδει ῥοφοῦντα πεῖν ὥσπερ βοῦν.

vici præfectum in cuſtodiâ, & liberos ſimul ejus in oculis haberent. Poſtero die Xenophon ſumpto ſecum vici præfecto, ad Cheriſophum proficiſcebatur: quacunque autem vicum *aliquem* præteriret, ad eos, qui in vicis erant, divertebat, & ubique eos convivia agentes ac lætitiâ adfectos offendit, atque nullo *ſanè* ex loco *eum* prius dimittebant, quàm prandium ei adpoſuiſſent: nec erat ubi non in eâdem menſâ carnes agninas, hœdinas, ſuillas, vitulinas, gallinaceas, multis cum panibus, partim triticeis, partim hordeaceis adponebant. Ac cùm quis benevolentiæ declarandæ ſtudio alicui propinare vellet, ad craterem *eum* trahebat; ubi prono capite bovis inſtar ſorbentem bibere oportebat.

1 Εὐωχουμένους κ' &c.] Solemnia ſunt in epulis rebuſque paulò jucundioribus verba. Κ. Π. p. 28. Τοιαύτας μὲν αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ. Vide & p. 244, 246. p. 286. οἱ δὲ Μῆδοι κ' ἔπινον, κ' εὐωχοῦντο, & αὐλοῦντο, κ' πάσης εὐθυμίας ἐνεπίμπλαντο.

2 Ορνίθεια,] Lege p. 314. n. 1.

3 Φιλοφρονούμενός τῳ βούλοιτο &c.] Sic edit. *Steph.* & *Leunclav.* MS. autem Eton. & edit. *Ald.* φιλοφρονούμενός τῳ, ἐι βούλοιτο &c.

4 Ενθα κύψαντα &c.] *Hermogen.* Περὶ Ιδεῶν l. 2. Τοιοῦτον δὲ ὁ Ξενοφῶν κἀν τοῖς ἱστορικοῖς, κἀν τοῖς ἄλλοις· οἷον, ὅτι χαλὸν ἐστέψαντο, ὅταν λέγῃ· καὶ, ὅτι τοῖς πυγοῖν ὡς ἐνεοῖς διελέγοντο· κ' ὅτι πίνειν ἀπὸ τ' κρατῆρος ἐπικύψαντας ἠνάγκαζε, καθάπερ βοῦν· ταῦτα γὰρ, καὶ τὰ τοιαῦτα, καθ' ὑπερβολὴν ἔχει ἀφέλειαν ἔχῃ τινὰ ἡδονὴν, ἧπερ ἔχ ὁμοίως ὁ Πλάτων χρῆται. MS. Eton. ἔνθεν ὑποκύψαντα, atque ità forſan ſuo in exemplari legit *Hermogenes*; apud quem ἀπὸ τ' κρατῆρος rectè exponuntur ἔνθεν. At huic curæ minimè fuiſſe, ut verba Xenophontis ipſa totidem literis exarata proferret, ex ordine, quem in iis citandis, perturbato, ſequitur, nè prætermiſſiones memorem, abunde conſtat. Quare nec Xenophon quæ ſcribit, ad Her-

Καὶ τῷ κωμάρχῃ [1] ἐδίδοσαν λαμβάνειν ὅ, τι βούλοιτο. Ὁ δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐδέχετο· ὅπου δέ τινα τῶν συλλενῶν ἴδοι, πρὸς ἑαυτὸν ἀεὶ ἐλάμβανεν.

Ἐπεὶ δὲ ἦλθον πρὸς Χειρίσοφον, καταλάμβανον [2] καὶ ἐκείνους σκηνοῦντας, [3] ἐστεφανωμένους τῷ ξηρῷ χλοῷ στεφάνοις, καὶ παῖδας Ἀρμενίους παῖδας σὺν ταῖς βαρβαρικαῖς [4] στολαῖς· τοῖς δὴ παισὶν ἐδείκνυσαν ὥσπερ [5] κωφοῖς ὅ, τι δέοι ποιεῖν.

Etiam vici præfecto, quidquid vellet, ſumendi poteſtatem faciebant. Is verò aliud quidem nihil accipiebat; ſed cognatum ſicubi aliquem videret, *eum* ſemper ad ſe recipiebat.

Cùm ad Cheriſophum veniſſent, illos etiam convivia ſub tectis agentes offendunt, coronis ex arido gramine redimitos, *quibus* & pueri Armenii ſtolis barbaricis amicti miniſtrabant: atque pueris *hiſce* tanquam ſurdis oſtenderunt quid facto opus eſſet.

Hermogenis exemplaria, nec ad exemplaria Xenophontis, quæ exſcribit Hermogenes, exigenda putem. Auctori non propterea addendum quid vel detrahendum eſt, ei quòd addiderit quidquam detraxeritve Interpres; nec Interpreti verba Auctoris minuendi, vel, prout uſus ac ratio poſtulent, augendi facultas eſt deneganda.

1 Ἐδίδοσαν] Vide ſis K. Π. p. 27.

2 Καὶ ἐκείνους σκηνοῦντας,] Vox ultima (cujus vim minùs diligenter expoſuêre Lexicogr.) non tantùm *tentorii* ſeu *domicilii* cujuſvis notionem, ſed & *convivia* ab iis, qui illic degunt, agitata repræſentat. Huic certè loco ſenſus hic maximè convenit, quem & ſeries ei orationis vindicat. Dicit utique Noſter, ſe cum ſuis inveniſſe καὶ ἐκείνους σκηνοῦντας, i. e. *hos etiam*, perinde atque illos, ad quos priùs modò diverterat, p. 316. εὐωχουμένους &c. Addit ἐστεφανωμένους, pro more ſcilicet eorum epulis qui vacarent: quâ de re dictum p. 289. n. 4. Sic K. Π. p. 136. σκηνὴ eſt *convivium*. Et Λακεδαιμ. Πολιτ. haud ità longè ab init. σκηνᾶν & ἀφασκηνᾶν de conviviis Lacedæmoniorum ſemel atque iterum adhibet. Infrà itidem hiſtoriæ hujuſce l. 5. παρέχει δὲ ἡ γῆ τοῖς σκηνῶσιν ἅλφιτα, ἄρτους, οἶνον &c. ubi σκηνοῦντες ſunt οἱ εἰς τὸ ἑορτὴν ἰόντες, ejúſque adeò μετέχοντες.

3 Ἐστεφανωμένους τῷ &c.] Adi p. 289. n. 4. Cæterùm, in MSto Eton. & editionibus nonnullis deeſt στεφάνοις. At alii vocem hanc libri rectè retinuerunt; quippe quòd verbo nomen ab eo deductum adjicere ſolent Græci. Sic ſuprà Noſter p. 141. dixit ἀφάπασιν ἀφαιρεῖσθαι: p. 176. φυλακὰς φυλάξειν, ubi vide notata. Sic & Æſchin. Κατὰ Κτησιφ. p. 61. edit. Steph. — πότερα αὐτὸν δεῖ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθῆναι, ἢ &c. Et apud Athen. l. 15. c. 10. — χυδαίοις στεφανωθέντα στεφάνοις &c.

4 Στολαῖς·] Tho. Magiſt. Ἰστέον ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει, τῷ μὲν τὸ ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι· τὸ δὲ στολὴν, ἐπὶ τῶν ἀφορισμένων τῶν ἐσθήτων· οἷον ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἄλλη τῶν βαρβάρων.

5 Κωφοῖς] Suid. Κωφός· (ſic enim apud hunc ſcribitur) ἄφωνος, κωφός: adductis ibidem Xenophontis hiſce verbis. Heſych. Κωφὸς — κωφὸς, ὃς ὅτε ἀκούει ὅτε λαλεῖ. MS. Eton. & editiones quædam veteres, pro ὥσπερ κωφοῖς, peſſimè

Επεὶ δὲ ἀλλήλους ἐφιλοφρονήσαντο Χειρίσοφος καὶ Ξενοφῶν, κοινῇ δὲ ἀνηρώτων τὸν κωμάρχην διὰ τοῦ [1] περσίζοντος ἑρμηνέως, τίς εἴη ἡ χώρα. Ὁ δ' ἔλεγεν ὅτι Ἀρμηνία. Καὶ πάλιν ἠρώτων, τίνι ἵπποι τρέφοιντο. Ὁ δ' ἔλεγεν ὅτι βασιλεῖ δασμός· τιὼ δὲ πλησίον χώραν ἔφη εἶναι Χάλυβας, [2] καὶ τὴν ὁδὸν ἔφραζεν, ἣ εἴη. Καὶ αὐτὸν τότε μὲν ᾤχετο ἄγων Ξενοφῶν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ [3] οἰκέτας, καὶ ἵππον, ὃν εἱλήφει, παλαιότερον δίδωσι τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι, (ὅτι [4] ἥκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ Ἡλίου) δεδιὼς μὴ ἀποθάνῃ· ἐνεκάκωτο γὰρ [5] ὑπὸ τῆς πορείας· [6] αὐτὸς δὲ τῶν πώλων λαμβάνει, καὶ τῶν ἄλλων στρατηγῶν καὶ λοχαγῶν ἕδωκεν ἑκάστῳ πῶλον. Ησαν δ'

Posteaquam se invicem comiter excepissent Cherisophus & Xenophon, communiter vici præfectum per interpretem Persicè loquentem interrogabant, quænam *hæc* esset regio. Dicebat ille Armeniam esse. Et rursùm quærunt, cuinam alerentur equi. Regi, respondit is, tributi nomine *ali*: addidit proximam regionem esse Chalybum; simul viam, quæ illuc duceret, indicabat. Et tunc quidem eum Xenophon ad familiam suam reducit, equúmque, quem sumpserat, seniorem vici præfecto tradit, ut enutritum mactaret, (quippe quòd eum Soli sacrum esse audisset) veritus nè moreretur; nam itinere debilitatus fuerat: ipse de equuleis *istis quosdam* accipit, ac cæterorum ducum cohortiúmque præfectorum unicuique equuleum dedit. Erant autem

pessimè exhibent ὡσπερεὶ νέοις, quam tamen vitiosam scripturam sequutus *Amasæus* verterat *tanquam adolescentibus*.

1 Περσίζοντος] Plenè dixerit τῇ φωνῇ· utì p. 194. βοιωτιάζων τῇ φωνῇ, ubi vide n. 2.

2 Καὶ τιὼ ὁδὸν &c.] Sic paulò suprà p. 315. οἶνον ἔφρασεν ἔνθα ἦν &c. ubi vide n. 4. Adde p. 297. n. 2. & p. 249. n. 1.

3 Οἰκέτας] Vide sis Κ. Π. p. 250. n. 1.

4 Ηκουσεν αὐτὸν ἱερὸν &c.] Consule Dissertat. 2. Κ. Π. præmissæ p. 41. & eruditis. *Bochart* Hieroz. l. 2. c. 10.

5 Ὑπὸ τῆς πορείας.] *Scil.* ad Cherisophum, cujus meminit p. 316.

6 Αὐτὸς δὲ τῶν πώλων] MS. Eton. τὸν πῶλον. Sed receptam nemo lectionem improbabit, qui memoriâ repetet ellipseos sæpiùs antehac expositæ exempla: quæ si quis desideret, adeat p. 271. n. 3. Adde Matt. XXIII. 34. ubi omnino præter rem hebraïsmum nonnulli se deprehendisse putârunt.

οἱ [1] ταύτῃ ἵπποι μείονες μὲν τῶν Περσικῶν, θυμοδέστεροι δὲ πολλῷ. Ἐνταῦθα δὴ καὶ διδάσκει ὁ κωμάρχης τοὺς πόδας τῶν ἵππων καὶ τῶν ὑποζυγίων [2] σαγμία περιδεῖν, ὅταν μὲν τῆς χιόνος [3] ἄγωσιν· ἄνευ γὰρ τῶν σαγμίων κατεδύοντο μέχρι τῆς γαστρός.

[4] Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἦν ὀγδόη, τὸν μὲν ἡγεμόνα παραδίδωσι Χειρισόφῳ, τοὺς δ' [5] οἰκέτας καταλείπει τῷ κωμάρχῃ, πλὴν τοῦ υἱοῦ ἅρπι ἡβάσκοντος. Τοῦτον δ' [6] Ἐπιστένει Ἀμφιπολίτῃ παραδίδωσι φυλάττειν, ὅπως, εἰ καλῶς ἡγήσαιτο, ἔχων καὶ τοῦτον ἀπίοι. [7] Καὶ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσεφόρησαν ὡς ἐδυνήθησαν πλεῖστα, [8] καὶ ἀναζεύξαντες ἐπορεύοντο. Ἡγεῖτο

equi hoc loco minores quidem Perſicis, ſed multò animoſiores. Ibi tum *eos* docet etiam vici præfectus pedibus equorum & jumentorum ſacculos illigare, quoties per nivem irent: nam abſque ſacculis ad ventrem uſque *in nivem* demergebantur.

Cùm jam dies eſſet octavus, itineris ducem Cheriſopho tradit *Xenophon*, vici tamen præfecto domeſticos relinquit, præter *unum* filium jam pubeſcentem. Hunc Epiſtheni Amphipolitano adſervandum tradit, ut, ſi rectè ducis officio functus eſſet, cum illo etiam *recepto domum* rediret. In domum autem ejus quàm poterant plurima invexerunt; & motis caſtris pergebant. Ducebat

1 Ταύτῃ] Plenè, ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ ſeu μερίδι. Vide p. 106. n. 2. & p. 220. n. 4.

2 Σαγμία περιδεῖν, &c.] Ad vocem primam *Poll.* tantùm nominant Lexicographi. Rationem hanc equos per nives expediendi tangit Cl. *Monfauc.* Antiq. Illuſtr. T. 4. par. 1. p. 79.

3 Ἄγωσιν] Abſolutè verbum hoc paſſim adhibet Noſter: vide p. 278. n. 5. atque ità quidem poſitum non incommodè quibuſdam in locis verti poteſt *ire, pergere.* Sic utique vertendum eſt Matt. XXVI. 46. Joh. XI. 7.

4 Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἦν ὀγδόη,] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259. ἐμμείναντες δὲ ταῖς κώμαις ἡμέρας ὀκτὼ, παρεχούσης εἰς τὸν Φᾶσιν &c. Cæterùm, per ἡγεμόνα Noſter vult κωμάρχην.

5 Οἰκέτας] De quibus modò ſuprà pag. præced.

6 Ἐπιστένει] MS. Eton. Κλειστένει. Idem inferiùs paulò, Κλειστένης. Sed nil mutandum: hic enim Epiſthenes eſſe videtur, cujus & infrà Noſter meminit libro 7. ferè medio, ubi cum vulgatis libris non diſſidet MS. Eton.

7 Καὶ εἰς τὴν οἰκίαν &c.] Quod ſe facturos ſuprà p. 315. promiſerat Xenophon.

8 Καὶ ἀναζεύξαντες] Vide p. 248. n. 5.

ὁ αὐτοῖς ὁ κωμάρχης λελυμένῳ ἀφὰ χιόνῳ· [1] καὶ ἤδη τ' ἦν ἐν τῷ τρίτῳ σταθμῷ, ὃ ὁ Χειρίσοφος αὐτῷ ἐχαλεπάνθη, ὅτι οὐκ εἰς κώμας ἦγεν. Ὁ δ' ἔλεγεν ὅτι οὐκ εἶεν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Ὁ δὲ Χειρίσοφος αὐτὸν ἔπαισε μέν, [2] ἔδησε δ' οὔ· [3] ἀπὸ δὲ τούτου ἐκεῖνος τὴν νυκτὸς ἀποδρὰς ᾤχετο καταλιπὼν τὸν υἱόν. [4] Τοῦτό γε δὴ Χειρισόφῳ καὶ Ξενοφῶντι μόνον διάφορον ἐν τῇ πορείᾳ ἐγένετο, ἡ τοῦ ἡγεμόνος κάκωσις καὶ ἀμέλεια. Ἐπαίνης δὲ ἠράσθη τε τοῦ παιδὸς, καὶ [5] οἴκαδε κομίσας πιστοτάτῳ ἐχρῆτο.

Μετὰ τοῦτο σταθμοὺς ἑπτὰ ἐπορεύθησαν, [6] ἀνὰ πέντε παρασάγγας τὴν ἡμέραν, παρὰ τὸν Φᾶσιν ποταμὸν, εὖρος ὡς πλεθριαῖον. Ἐντεῦθεν ἐπορεύθησαν σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα· [7] ἐπὶ ᾗ τῇ

eos vici præfectus per nivem ſolutus; jámque tertiis erant in caſtris, cùm Cheriſophus ei ſuccenſuit, *propterea* quòd non ad vicos duceret. Negabat is *vicos* hoc eſſe in loco. At Cheriſophus eum cecidit quidem, ſed non ligavit: hinc ille noctu relicto filio aufugit. Hoc unicum ſanè Cheriſophum inter & Xenophontem *hoc toto* itinere *peperit* diſſidium, ducis *nimirum* iniqua caſtigatio & *in eodem ſervando* negligentia. Puerum autem adamavit Epiſthenes, & ubi domum deduxiſſet, fideliſſimo utebatur.

Poſt hæc caſtris ſeptem, paraſangas ſingulos in dies quinque, progreſſi ſunt ad Phaſin amnem, latitudine ferè plethri. Hinc caſtris binis, decem paraſangas progreſſi ſunt: ac in montium

1 Καὶ ἤδη τ' ἦν —, καὶ &c.] Sic rectè locum diſtinxit *Steph.* nec aliter ſuprà Noſter p. 74. Καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, καὶ &c. Et p. 77. Καὶ ἤδη τε μέσαι ἡμέρας, καὶ &c. atque alibi ſæpé. Perperam itaque *Leunclav.* καὶ ἤδη τ' ἦν ἐν τῷ τρίτῳ σταθμῷ· καὶ ὁ &c. Porrò ἦν hìc loci ponitur pro ἦσαν, de quo vide p. 50. n. 5.

2 Ἔδησε δ' οὔ.] De more duces itineris, ſuſpectos præſertim & ignotos, adſervandi lege quæ congeſſit *Freinſh.* ad *Q. Curt.* l. 5. c. 4. p. 338. edit. *Snakenb.*

3 Ἀπὸ δὲ τούτου] Idem, opinor, valent atque οὐκ τούτου δὲ, quâ de phraſi vide ſcripta ſuprà p. 188. n. 2.

4 Τοῦτό γε δὴ &c.] Editi, quos vidi, omnes dant τοῦτό τε δὴ &c. MS. Eton. τότε δὴ &c. pro quibus, monente *Stephano*, repoſui τοῦτό γε &c.

5 Οἴκαδε] *Scil.* in Græciam: quod ſonat etiam vox iſta p. 143. & alibi ſæpé.

6 Ἀνὰ] Diſtributioni etiam ſignificandæ, non eâdem ſanè ubique ratione, inſervit iſta particula Matt. XX. 9. Luc. IX. 3, 14. Joh. II. 6. Æqualem itidem diſtributionem ſuprà denotat p. 242. ἐποιήσαντο ἑξῆς λόχους ἀνὰ ἑκατὸν ἄνδρας, &c.

7 Ἐπὶ δὲ τῇ &c.] Pleniùs ſuprà p. 303. ὡς ἐπὶ

εἰς τὸ πεδίον ὑπερβολῇ ἀπήντησαν αὐτοῖς Χάλυβες καὶ [1]Τάοχοι καὶ Φασιανοί. Χειρίσοφος δὲ, ἐπεὶ κατεῖδε τοὺς πολεμίους ὑπὲρ τῆς ὑπερβολῆς, ἐπαύσατο πορευόμενος, ἀπέχων [2]ὡς τριάκοντα σταδίους· ἵνα μὴ [3]κατὰ κέρας ἄγων πλησιάσῃ τοῖς πολεμίοις· παρήγγειλε δὲ τοῖς ἄλλοις παράγειν τοὺς λόχους, ὅπως ὅτι φάλαγξ γένοιτο τὸ στράτευμα. Ἐπεὶ δὲ ἦλθον οἱ ὀπισθοφύλακες, συνεκάλεσε τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς, καὶ ἔλεξεν ὧδε·

Οἱ μὲν πολέμιοι, ὡς ὁρᾶτε, κατέχουσι τὰς ὑπερβολὰς τῶν ὀρῶν· [4]ὥρα δὲ βουλεύεσθαι ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα. Ἐμοὶ μὲν οὖν δοκεῖ παραγγέλλειν μὲν ἀριστοποιεῖσθαι τοῖς στρατιώταις, ἡμᾶς δὲ βουλεύεσθαι εἴτε τήμερον εἴτε αὔριον δοκεῖ ὑπερβάλλειν τὸ ὄρος.

jugis, per quæ in planitiem tranſeundum erat, Chalybes iis & Taochi & Phaſiani occurrerunt. Cheriſophus autem, poſteaquam hoſtes *eo in loco*, quo tranſeundum erat, conſpexit, progredi deſivit, cùm triginta ſtadiorum intervallo abeſſet; ut nè ductâ in cornu acie ad hoſtes propiùs accederet; aliis mandat cohortes promoverent, ut in phalangem coïrent copiæ. Ac ubi ii, terga qui tutabantur, veniſſent, duces & cohortium præfectos convocavit, atque in hunc modum loquutus eſt:

Hoſtes, utì videtis, montis juga tenent, tempúſque *eſt* deliberandi quo pacto quàm optimè dimicemus. Ipſe quidem arbitror militibus ut prandeant denuntiandum eſſe, nobis autem conſultandum hodiéne *potiùs* an cras mons ſuperandus videatur.

ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ὄρους οὗ &c. mox etiam infrà, κατέχουσι τὰς ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους &c. & ſic alibi. Adi ſis p. 270. n. 1.

1 Τάοχοι] Nomen hoc *Diodoro Sic.* l. 14. p. 259. reſtituendum videtur; apud quem ibi legimus de Græcis hiſce, διεπορεύοντο τὴν Χάων καὶ Φασιανῶν χώραν. Malim τῶν Ταόχων καὶ &c. niſi fortè lenius ex *Stephano Byz.* petendum ſit remedium, ſcribendúmque adeò, — τῶν Τάων καὶ &c. nam ſic ille: Τάοχοι, ἔθνος ἀνδρεῖον καὶ Πόντῳ — Τέτταρες τινὲς Τάων καλοῦσιν.

2 Ὡς τριάκοντα] MS. Eton. εἰς πεντήκοντα. Editi quidam exhibent etiam πεντήκοντα, quam & *Amaſæus* in loco vertendo ſequutus eſt ſcripturam.

3 Κατὰ κέρας ἄγων &c ] Quid ſit κατὰ κέρας ἄγειν, quid ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν, dicendum in curis ſecundis ad K. Π. illuſtrandam inſumendis.

4 Ὥρα δὲ βουλεύεσθαι] Adi ſis pag. 220. n. 2.

Εμοὶ δέ γε, ἔφη ὁ Κλεάνωρ, δοκῶ, ἐπὰν ὡς τάχιστα ἀριστήσωμεν, ἐξοπλισαμένους ὡς τάχιστα ἰέναι ἐπὶ [1] τοὺς ἄνδρας. Εἰ γὰρ διατελέσομεν τὴν τήμερον ἡμέραν, οἵ τε νεῶ ὁρῶντες ἡμᾶς πολέμιοι θαρσαλεώτεροι ἔσονται, καὶ ἄλλους εἰκὸς, τούτων θαρρούντων, πλέους προσγενέσθαι.

Μετὰ τοῦτον Ξενοφῶν εἶπεν, "[2] Ἐγὼ δ' ὅτῳ γιγνώσκω· Εἰ "μὲν ἀνάγκη ἐστὶ μάχεσθαι, τοῦτο δὴ παρασκευάσασθαι, ὅπως "ὡς ῥᾴστως μαχούμεθα· εἰ δ' βουλόμεθα ὡς ῥᾷστα ὑπερ- "βαλλειν, τοῦτό μοι δοκῶ σκεπτέον εἶναι, [3] ὅπως ἐλάχιστα μὲν "τρώματα λάβοιμεν, ὡς ἐλάχιστα δὲ σώματα ἀνθρώπων ἀπο- "βάλοιμεν. Τὸ μὲν οὖν ὄρος ὅτι τὸ ὁρώμενον πλέον ἢ "[4] ἐφ' ἑξήκοντα στάδια, ἄνδρες δ' οὐδαμοῦ [5] φυλάττοντες

Mihi verò, inquit Cleanor, videtur, cùm primùm pranſi fuerimus, capienda eſſe arma & quàm celerrimè adverſùs homines pergendum. Nam ſi diem hodiernum contriverimus, & qui jam nos vident hoſtes fidentiores erunt, & alios conſentaneum eſt, iſtis fiduciam præ ſe ferentibus, plures acceſſuros.

Poſt hunc Xenophon, "Ego verò ſic ſtatuo, inquit: Si pugnare "quidem neceſſe ſit, ad hoc nos noſmet parare oportet, ut quàm "fortiſſimè pugnemus; ſin quàm facillimè *montem* ſuperare volu- "mus, hoc mihi providendum eſſe videtur, ut quàm pauciſſima "accipiamus vulnera, quàm pauciſſima hominum amittamus cor- "pora. Ac mons quidem *hic* qui conſpicitur, ampliùs quàm ad "ſtadia ſexaginta *porrigitur*, cùm nulli uſquam homines, qui nos

1 Τοὺς ἄνδρας.] Conſule p. 250. n. 1.

2 Ἐγὼ δ' ὅτῳ γιγνώσκω· Εἰ &c.] Sic legit & ferè locum diſtinxit *Stephanus*. MS. Eton. & edit. *Ald.* ἐγὼ δ' ὅτῳ γιγνώσκω. εἰ μὲν — τοῦτο δὴ παρασκευάσασθαι, &c. *Leunclav.* ἐγὼ δ' ὅτῳ γιγνώσκω, εἰ μὲν — τοῦτο δὴ παρασκευάσασθαι, &c.

3 Ὅπως ἐλάχιστα &c.] Particula ὡς inter voces iſtas ponenda videtur. Sic ſuprà modò, ὅπως ὡς κάλλιστα ἀγωνιούμεθα — ἐπὰν ὡς τάχιστα — ὅπως ὡς κρατίστοις μαχούμεθα.

4 Ἐφ' ἑξήκοντα στάδια,] Supple ἐκτεινόμενον, vel quid aliud huic ſenſu congruens.

5 Φυλάττοντες] *Heſych.* & *Etymol.* m. Φυλάσσειν, ἐπιτηρεῖν. Sic eo uſus *Ælian.* V. H. l. 2. c. 17. οἱ Μάγοι προσέταξαν — τισὶ τῶν πλησίον παρεισώτων φυλάξαι τὸ Ὄχον, τὸ &c. Καὶ ὁ μὲν εἰσήκει τηρῶν τοῦτο, &c. Et *Thucyd.* l. 3. c. 105. Οἱ δὲ Ἀκαρνᾶνες — φυλάσσοντες τὸν μετὰ Εὐρυλόχου Πελοποννησίους, μὴ λάθωσι φεύγοντες &c.

"ἡμᾶς φανεροί εἰσιν, [1]ἀλλ' ἢ κατ' αὐτὴν τὴν ὁδόν· πολὺ δ' ἂν [2]κρεῖττον δι' ἐρήμου ὄρους καὶ κλέψαι τι πειρᾶσθαι λαθόντας, καὶ ἁρπάσαι
"φθάσαντας, ἢν δυνώμεθα, μᾶλλον ἢ πρὸς ἰσχυρὰ χωρία καὶ ἄν-
"δρας προκαθημένους μάχεσθαι. Πολὺ γὰρ ῥᾷον [3]ὄρθιον ἀ-
"μαχεὶ ἰέναι, ἢ ὁμαλὲς, ἔνθεν καὶ ἔνθεν πολεμίων ὄντων· καὶ
"νύκτως ἀμαχεὶ μᾶλλον ἂν τις τὸ σὺν ποσὶν ὁρᾷ τις, ἢ μεθ'
"ἡμέραν μαχόμενος· καὶ ἡ τραχεῖα τοῖς ποσὶν ἀμαχεὶ ἴοσιν
"[4]εὐμενεστέρα, ἢ ὁμαλὴ, τὰς κεφαλὰς βαλλομένοις. Κλέ-
"ψαι δ' ὃ μὴ ἀδύνατόν μοι δοκεῖ, ὄρθιον μὲν νυκτὸς ἰέναι, ὡς
"μὴ δυνάσθαι ὁρᾶσθαι· ὄρθιον δὲ [5]ἀπελθεῖν τοσοῦτον, ὡς μὴ

"observent, adpareant, præterquàm in hâc viâ: quapropter
"multò potius *fuerit*, & in aliquam montis deserti partem fur-
"tim ut invadamus clam operam dare, & *ipsis*, si poterimus,
"præripiamus, quàm adversùs loca munita & homines paratos
"dimicare. Nam longè facilius *est* sine prælio viâ arduâ ire,
"quàm planâ, si hostes omni ex parte adsint: nocte etiam quæ
"ante pedes sunt meliùs quis cernat, *si* absque pugnâ *pergere li-*
"*ceat*, quàm interdiu, si pugnet: aspera quoque pedibus *via*, iis
"qui sine prælio iter faciunt facilior *est*, quàm plana iis, quo-
"rum feriuntur capita. Posse autem fieri ut furtim *jam* agamus
"mihi quidem videtur, cùm noctu *ità* pergere liceat, ut con-
"spici non possimus; liceat etiam eousque discedere, ut nullum

1 Ἀλλ' ἢ] *Phavorino* observante, ἀντὶ τοῦ εἰ μὴ, ut & infrà l. 7. easdem adhibet particulas: ἀργύριον μὲν οὐκ ἔχω, ἀλλ' ἢ μικρόν τι. Et Apost. 1. ad Cor. III. 5. Τίς ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλὼς, ἀλλ' ἢ &c.

2 Κρεῖττον — μᾶλλον ἢ] Sic & *Isocrat.* in Encom. p. 213. edit. *H. Steph.* ὥσθ' ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι, μᾶλλον ἢ &c.

3 Ὄρθιον — ἰέναι, ἢ &c.] Sic ferè Noster in Κυρ. παιδ. haud ità longè ab init. Θέλουσι γὰρ (lepores) μάλιστα τὰ ἀνάντη, ἢ τὰ ὁμαλά. Ibid. paulò inferiùs, Εἰ δ' ἔφυγεν ὄρθιον, &c. quæ vox ultima adverbialiter poni videtur: ad cæteras ex χωρίον, de cujus ellipsi vide p. 279. n. 3. petendum est supplementum.

4 Εὐμενεστέρα,] Sensu etiam metaphorico vocem hanc adhibet *Thucyd.* l. 2. c. 74. ἐπὶ γῆν τὴνδε ἦλθομεν — καὶ παρέχετε αὐτὴν εὐμενῆ ἀγωνίσασθαι &c.

5 Ἀπελθεῖν τοσοῦτον,] Quod quidam (adnotante ad *Amas.* versionem *Steph.*) significare putant, *abscedere tam lento gradu, ut* &c. Leunclav. reddit, *tanto ex intervallo sejunctos ab eis iter facere, ut* &c. Plenè dixeris — ἐς τοσοῦτον ἀφέστηκα ἀπ' αὐτῶν, ὡς &c.

"αὐλῆσιν πρέχειν. [1]Δοκῶμεν δ' ἄν μοι, [2]ταύτῃ τοιοῦτοι-
"μενοι τοῖσδε βαλεῖν, ἐρημοτέρῳ ἂν τῷ ἄλλῳ ὄρει χεῖρας· μέ-
"νοιεν γὰρ αὐτοῦ μᾶλλον ἀθρόοι οἱ πολέμιοι. Ἀτὰρ τί ἐγὼ
"περὶ κλοπῆς συμβάλλομαι; [3]Ὑμᾶς γὰρ ἔγωγε, ὦ Χειρί-
"σοφε, ἀκούω τοὺς Λακεδαιμονίους, [4]ὅσοι ἐστὲ τῶν ὁμοίων, εὐ-
"θὺς ἐκ παίδων κλέπτειν μελετᾶν· καὶ οὐκ αἰσχρὸν εἶναι, ἀλλὰ
"ἀναγκαῖον κλέπτειν ὅσα μὴ κωλύει νόμος. Ὅπως δὲ ὡς
"κομψότατα κλέπητε καὶ πειρᾶσθε λανθάνειν, [5]νόμιμον ἆρα

"*iis noſtrî* indicium præbeamus. Cenſeo etiam nos, hâc ſi parte
"*eos* invaſuros ſimulemus, reliquas montis partes deſertiores re-
"perturos: nam hìc potiùs hoſtes conferti ſubſtiterint. Verùm
"quid ego de furto in medium adfero? Nam vos equidem, Che-
"riſophe, Lacedæmonios, quotquot *veſtrûm* pares eſtis, ſtatim à
"pueris furta meditari audio: nec eſſe turpe, ſed neceſſarium
"furari, quæ lex auferre non vetat. Ut autem quàm ſolertiſſi-
"mè furemini detíſque operam ut lateatis, legibus utique apud

1 Δοκῶμεν δ' ἄν μοι,] *Thom. Magiſter*: Ὥσπερ λέγομεν, Δοκῶ μοι, ὅτω καί μοι δοκῶμεν, ἐπὶ πλη-θυντικοῦ: quod oſtendit exemplis ex *Platone* & *Demoſthene* prolatis. Sic & Noſter K. Π. p. 356. καλόν γ' ἄν μοι δοκῶμεν &c. quod pro μοὶ δοκῶ, antehac edito, ex MSto Bodl. repoſui.

2 Ταύτῃ] Vide ſis p. 274 n. 2.

3 Ὑμᾶς γὰ ἔγωγε, &c.] Conſulendus Noſter Λακεδαιμ. Πολιτ· haud longè ab initio: *Plutarch.* in vitâ *Lycurgi* p. 50. His adde quæ diſſerit cultiſſimi vir ingenii *Rollinus* in opere, quod inſcribitur *De la maniere d' enſeigner et d' etudier* &c. Tom. 3. part. 3. p. 465. & ſeq. edit. Pariſ.

4 Ὅσοι ἐστὲ τῶν ὁμοίων,] Apud Lacedæmonios ὅμοιοι iidem ferè videntur fuiſſe, atque ὁμότιμοι apud Perſas, i. e. *pari honore ac dignitate præditi*. De iiſdem Noſter Hiſt. Gr. l. 3. ferè medio: Οὗτος δὲ (Κινάδων) ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος καλὸς, καὶ τἄλλα ψυχὴν εὖρωστος, ὁ μέντοι τῶν ὁμοίων. Ii autem ὅμοιοι Lacedæmoniis cenſebantur, qui cùm vitam à teneris annis ex legum præſcripto inſtituiſſent, ſic demum ad rempublicam accedebant. Noſter in Λακεδαιμ. Πολιτ. haud ità longè à fine: Ἐπῆκτο δὲ (Lycurgus) καὶ τὴν ἀνυπόστατον ἀνάγκην ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετήν. Τοῖς μὲν γὰ τὰ νόμιμα ἐκπληροῦσιν ὁμοίως ἅπασι τὴν πόλιν οἰκείαν ἐποίησε, καὶ ἐδὲν ὑπελογίσατο ὅτε σωμάτων ἢ χρημάτων ἀφθονείαν. Εἰ δέ τις ἀπειθείασειε τὰ νόμιμα διαφυλάττεσθαι, τοῦτον ἐκεῖ ἀπέδειξε μήτε νομίζεσθαι ἔτι τῶν ὁμοίων εἶναι. De phraſi ipſa ἐστὲ τῶν &c. vide K. Π. p. 607. n. 3.

5 Νόμιμον ἆρα ὑμῖν &c.] Noſter ibid. Εἴποι δ' ἄν ἴσως τις, Τί δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε (Lycurgus,) πολλὰς πληγὰς ἐπέκειτο τῷ ἁλισκομένῳ; Ὅτι, φημὶ ἐγὼ, καὶ τἄλλα ὅσα ἄνθρωποι διδάσκουσι, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπηρετοῦντα. Κἀκεῖνοι μὲν ἦν τοὺς ἁλισκομένους, ὡς κακοὺς κλέπτοντας, τιμωροῦντο. *Plutarch.* in vitâ *Lycur.* p. 50. ἀν ἄλῳ, πολλὰς λαμβάνει πληγὰς &c. *Sextus Empir.* Pyrrhon. Hypotyp. l. 3. c. 24. p. 181. edit. Lipſ. Φασὶ δέ τινες ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψοντας ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πιφωρᾶσθαι. Ubi vide ſis quæ Cl. *Fabric.* notavit.

"ὑμῖν ὅξιν, ἐὰν ληφθῆτε κλέπτοντες, μαστιγοῦσθαι. Νυνὶ οὖν "μάλα σοι καιρός ὅξιν ἐπιδείξασθαι τὴν παιδείαν, καὶ φυλάτ- "τεσθαι μέντοι μὴ ληφθῶμεν [1]κλέπτοντες τὰ ὄρη, ὡς μὴ πολ- "λὰς πληγὰς λάβωμεν."

Αλλὰ μέντοι, ἔφη ὁ Χειρίσοφος, καὶ ἐγὼ ὑμᾶς ἀκούω τοὺς Αθηναίους δεινοὺς εἶ) κλέπτειν [2]τὰ δημόσια, (καὶ μάλα ὄντος δεινοῦ τοῦ κινδύνου τῷ κλέπτοντι) καὶ τοὺς κρατίστους μέν- τοι μάλιστα, εἴπερ ὑμῖν οἱ κράτιστοι ἄρχειν ἀξιοῦνται· ὥστε ὥρα καὶ σοὶ ἐπιδείκνυσθαι τὴν παιδείαν. Εγὼ μὲν τοίνυν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἕτοιμός εἰμι, τοὺς ὀπισθοφύλακας ἔχων, ἐπει- δὰν δειπνήσωμεν, ἰέναι καταληψόμενος τὸ ὄρος. Εχω δὲ καὶ ἡγεμόνας· ④ γὰρ [3]γυμνῆται τῆς ἐφεπομένων ἡμῖν

3. Scribas. v. Κλώψ.

"vos ſancitum eſt, ut, ſi in furto deprehendamini, flagris cæda- "mini. Itaque jam tibi *idonea* admodum opportunitas eſt inſti- "tutionem oſtendendi, & verò etiam cavendi nè deprehenda- "mur dum partem aliquam montis furtim invadimus, ut nè "multas plagas accipiamus."

At verò, inquit Cheriſophus, & ego vos audio Athenienſes ſolertiâ publicas opes furandi valere, (quanquam graviſſimum fu- ranti periculum ſit *propoſitum*) & verò præſtantiſſimos potiſſimùm, ſiquidem apud vos præſtantiſſimi *quique* digni qui magiſtratum gerant cenſentur: itaque *jam* tibi quoque tempus *eſt oblatum* in- ſtitutionis *veſtræ* ſpecimen edendi. Ego verò, ait Xenophon, paratus ſum ut cum extremo agmine, poſteaquam cibum cepe- rimus, pergam ac montem occupem. Duces etiam itineris ha- beo: quippe milites expediti de furibus quoſdam illis, qui nos

1 Κλέπτοντες τὰ ὄρη,] Poſt κλέπτοντες in- tellige τι. Sic ſuprà modò p. 323. τῶν ἐρήμων ὄρων ἑκ κλέψαι τι πειρᾶσθε: & infrà paulò, λά- θωμέν γε τὰ ὄρη. De ellipſi particulæ iſtius vide p. 51. n. 3. & K. Π. p. 390. n. 1. *Leunclav.* ſcribendum κλέπτοντές τι τὰ ὄρη exiſtimavit.

2 Τὰ δημόσια,] *Scil.* χρήματα: quod deeſt itidem Luc. XI. 41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε &c. quam ſic ſuppleveris loquutionem, Πλὴν καὶ τὰ ἐνόντα &c. Nomen idem omittit *Herodian.* l. 7. ſect. 9. ſimúlque ſupplendi rationem indicat: μετῆλθεν (Maximinus) ἐπὶ τὰ δημό- σια· καί εἴ τινα ἦν χρήματα &c.

3 Γυμνῆται] MS. Eton. & *Suid.* γυμνῆτες. Sed

[1]κλοπῶν ἑλαβόν τινας ἐνεδρεύσαντες· [2]ἐγ τούτων πυνθάνομαι ὅτι οὐκ ἄβατόν ἐστι τὸ ὄρος, ἀλλὰ [3]νέμεται καὶ αἶξι καὶ βόσιν· ὥστε, ἢν πῇ ἅπαξ λάβωμέν τι τοῦ ὄρους, [4]βατὰ καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἔσται. Ἐλπίζω μέντοι οὐδὲ τοὺς πολεμίους [5]μενεῖν ἔτι, ἐπειδὰν ἴδωσιν ἡμᾶς ἐν τῷ ὁμοίῳ ἤδη τῶν ἄκρων· οὐδὲ γὰρ νῦν ἐθέλουσι καταβαίνειν εἰς τὸ ἴσον ἡμῖν. Ὁ δὲ Χειρίσοφος εἶπε, Καὶ τί δεῖ σε ἰέναι, καὶ λείπειν τὴν ὁπισθοφυλακίαν; ἀλλ' ἄλλους πέμψον, ἐὰν μή τινες ἐθελόντοι φαίνωνται. Ἐκ τούτου [6]Ἀριστώνυμος

sequuntur, ex insidiis ceperunt; atque ex his audio montem non esse inaccessum, sed in eo tum à capris tum à bobus pastum quæri: adeò ut, si semel aliquam montis partem ceperimus, jumentis etiam *loca* erunt pervia. At nè quidem hostes diutiùs mansuros spero, posteaquam nos pariter *cum ipsis* in summis verticibus viderint: neque enim hoc tempore in æquum nobiscum volunt *locum* descendere. Et Cherisophus, Cur te, inquit, ire oportet, ac curam agminis extremi relinquere? quin alios mittito, nisi se quidam sponte obtulerint. Tum verò Aristonymus

Sed vide pag. 263. n. 3. Adde K. Π. p. 519. n. 2.

1 Κλοπῶν] Mirum, inquit *Stephanus*, si Xenophon κλοπᾶν, ac non potiùs κλοπέων, scripserit. Fallitur omnino vir doctus: neque enim κλοπὶς, sed κλὼψ, rectus est casus hìc loci quærendus. *Suidas*: Κλώψ· ὁ κλέπτης· Ξενοφῶν· Εἰσὶ γυμνῆτες καὶ ἱππομάχων ἡμῖν κλοπῶν. Voces *Suidæ* priores ex Xenophontis exemplaribus corrigendæ sunt.

2 Καὶ τούτων &c.] In editis antehac libris sic legitur & distinguitur locus; ἐλαθόν τινας ἐνεδρεύσαντες τούτων· καὶ πυνθάνομαι &c. In MSto Eton. deest illud τούτων: quod tamen, positâ post ἐνεδρεύσαντες distinctionis notâ, rectiùs retinendum videtur, & cum sequentibus (quod maluit etiam *Steph.*) connectendum. Solent enim auctores casum istum verbo πυνθάνομαι adjungere, suppressis præpositionibus παρὰ vel ἐκ. Res est notissima.

3 Νέμεται] MS. Eton. & edit. *Ald.* νέμεται: quam scripturam sequutus est *Amasæus*. Sed vulgatam huic libens prætulerim: alioquin dixisset, opinor, Noster, non νέμεται, sed νέμει, sequente utriusque nominis casu genitivo.

4 Βατὰ] *Hesych.* & *Phavor.* Βατὸν, βάσιμον, ἐν ᾧ δυνατή τις ἐπιβαίνειν. *Suid.* Βατά· βάσιμα, addito ex *Arriano* exemplo. Cæterùm, intelligendum hic esse χωρία, ex iis, quæ jam suprà non uno loco de vocis istius ellipsi monuimus, facilè constabit. Tu sis vide p. 323. n. 3.

5 Μενεῖν ἔτι,] *Leuncl.* aliique minùs rectè legunt μένειν ἔτι, &c. Erratum vidit *Portus*, monuítque adeò vel subaudiendum ἂν particulam, ut pro futuro μενεῖν accipiatur, vel etiam μενεῖν legendum: quod *Stephanus* quidem rectè in orationem recepit.

6 Ἀριστώνυμος — Ἀριστέας &c.] Horum suprà p. 271 & seq. meminit.

Μεθυδριεὺς ἔρχεται ὁπλίτας ἔχων· καὶ Αἰσέας Χῖος, γυμνήτας· καὶ Νικόμαχος [1] Οἰταῖος, γυμνήτας· καὶ σύνθημα ἐποιήσαντο, ὁπότε ἔχοιεν τὰ ἄκρα, πυρὰ καίειν πολλά. Ταῦτα συνθέμενοι ἠρίστων· ἐκ δὲ τοῦ ἀρίστου προῆγαγεν [2] Ἀριστώνυμος τὸ στράτευμα πᾶν ὡς δέκα στάδια πρὸς τοὺς πολεμίους, ὅπως ὡς μάλιστα δοκοίη [3] ταύτῃ προσάξειν.

Ἐπεὶ δὲ ἐδείπνησε καὶ νὺξ ἐγίγνετο, οἱ μὲν ταχθέντες ᾤχοντο, καὶ καταλαμβάνουσι τὸ ὄρος· οἱ δ' ἄλλοι αὐτοῦ ἀνεπαύοντο. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὡς ἤσθοντο ἐχόμενον τὸ ὄρος, ἐγρηγόρησαν, καὶ ἔκαιον πυρὰ πολλὰ διὰ νυκτός. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, Χειρίσοφος μὲν ἡγεμόνα λαβὼν ἦγε κατὰ τὴν ὁδόν· οἱ δὲ, τὸ ὄρος καταλαβόντες καὶ τὰ ἄκρα, ἐπῆσαν. Τῶν δ' αὖ πολεμίων τὸ μὲν πολὺ ἔμενεν ἐπὶ τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ ὄρους, μέρος δ' αὐτῶν ἀπήντα τοῖς κατὰ τὰ

Methydrienſis cum gravis armaturæ venit militibus; & Ariſteas Chius cum expeditis; cum expeditis etiam Nicomachus Oetëus: atque *id* ſignum convenit, ut cùm *montis* vertices occupâſſent, multos accenderent ignes. His *ità* compoſitis prandent; & à prandio copias omnes Ariſtonymus decem ferè ſtadia hoſtes verſùs produxit, ut quàm maximè *exercitum* hâc adducturus videretur.

Cœnati cùm eſſent ac nox adveniſſet, profecti ſunt ii quibus erat hoc datum negotii, montémque occupant; cæteri ibi *infra montem* quieſcebant. At hoſtes ubi montem occupatum intellexêre, vigilias egerunt, *totâ*que nocte multos accenderunt ignes. Cùm dies adveniſſet, Cheriſophus factâ re ſacrâ *ſuos rectâ* viâ duxit; & illi, qui montem verticéſque occupârant, *in hoſtes* contenderunt. Hoſtium verò viciſſim pars maxima montis in ſuperiore tranſitu manebat, pars eorum iis qui in jugis erant obviam

1 Οἰταῖος, γυμνήτας·] MS. Eton. & edit. *Ald.* ὀπαῖος. *Amaſ.* vertit *Tëius*. *Steph.* & *Leunclav.* dant Οἰπαῖος. Cæterùm, *Leunclav.* pingit hìc γυμνῆτας, ſuprà modò γυμνήτας. Et rectè quidem utraque ſe habet ſcriptura, ſi modò illam à recto γυμνὴς, hanc à γυμνήτης deducas. Vide p. 263. n. 3.

2 Ἀριστώνυμος] MS. Eton. habet ὁ Χειρίσοφος: ideò forſan, quòd aliàs nomini recepto ſoleat addi Μεθυδριεύς.

3 Ταύτῃ] Vide p. 324. n. 2.

ἄκρα. Πρὶν δὲ ὁμοῦ εἶναι [1] τοὺς πολεμίους, ἀλλήλοις συμμιγνύουσιν ④ κατὰ τὰ ἄκρα· καὶ νικῶσιν οἱ Ἕλληνες καὶ διώκουσιν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ④ ἐκ τοῦ πεδίου οἱ μὲν πελτασταὶ τῶν Ἑλλήνων δρόμῳ ἔθεον πρὸς τοὺς προτεταγμένους· Χειρίσοφος δὲ [2] βάδην ταχὺ ἐφέπετο σὺν τοῖς ὁπλίταις. Οἱ δὲ πολέμιοι οἱ ἐν τῇ ὁδῷ, ἐπειδὴ [3] τὸ ἄνω ἑώρων ἡττώμενον, φεύγουσι· καὶ ἀπέθανον μὲν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, γέρρα δὲ πάμπολλα ἐλήφθη· ἃ οἱ Ἕλληνες ταῖς μαχαίραις κόπτοντες, ἀχρεῖα ἐποίουν. Ὡς δ' ἀνέβησαν, θύσαντες, καὶ [4] τρόπαιον στησάμενοι, κατέβησαν εἰς τὸ πεδίον καὶ κώμας πολλῶν ἀγαθῶν γεμούσας.

Ἐκ δὲ τούτων ἐπορεύθησαν εἰς Ταόχους, σταθμοὺς πέντε, παρα-

ibat. Prius autem quàm hoſtes coïrent, manus inter ſe conſerunt ii qui juga tenebant; vincúntque Græci & *hoſtes* perſequuntur. Intereà etiam de planitie peltaſtæ Græci ad acie congreſſos curſu ferebantur: & Cheriſophus gradatim *quidem ſed* celeriter cum gravis armaturæ militibus ſubſequebatur. At hoſtes qui in viâ *ſubſtiterant*, cùm *ſuorum* partem in ſummo monte victam cernerent, fugam arripiunt: atque ex iis plerique periêre, permultáque capta ſunt ſcuta; quæ Græci gladiis *ità* cædebant, *ut ad uſum bellicum* inutilia redderent. Cùm adſcendiſſent, factâ re ſacrâ, tropæóque conſtituto, in planitiem & vicos multis bonis refertos deſcenderunt.

Indè caſtris quinque, paraſangas triginta ad Taochos pro-

1 Τὰς πολεμίους, &c.] MS. Eton. dat τὰς πολλὰς ἀλλήλων &c. Sed ſana eſt vulgata lectio. *Phavor.* Συμμιγνῦναι λέγεται, τὸ συνέρχεσθαι, καὶ συνάπτειν ἢ συμβάλλειν, καὶ νόμῳ πολέμου· δοτικῇ συντάσσεται.

2 Βάδην ταχὺ &c.] Sonare videntur *pleno gradu*: δρόμῳ quidem ferri Cheriſophum, cùm ὁπλίτας duceret, minùs utique conveniebat. Sed ità tamen βάδην pergebat, ut ταχὺ, quàm maximâ potuit is celeritate, qui non currebat, ſubſequeretur. Paſſim autem βάδην πορεύεσθαι opponuntur τοῖς δρόμῳ θεῖν, τρέχειν &c. Κ. Π. p. 135. ἅτε βάδην ἐπιόντες, ἀλλ' αἰεὶ τρέχων. p. 234. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος ἱππαδόμβους ἢ βάδην, δρόμῳ ἤλαυνε.

3 Τὸ ἄνω &c.] *Scil.* μέρος: reſpice p. 155. n. 3.

4 Τρόπαιον] Lege p. 211. n. 1. & *Diodor. Sic.* l. 14. p. 259.

σάγγας [1] τεσσαράκοντα· καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε· χωρία γὰρ ὑψηλὰ οἱ Τάοχοι, ἐν οἷς καὶ τὰ ὑποζύγια πάντα εἶχον [2] ἀναχεχωμισμένοι. [3] Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο εἰς χωρίον, ὃ πόλιν μὲν οὐκ εἶχεν οὐδ' οἰκίας, συνελελυθότες δὲ ἦσαν αὐτόσε καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ κτήνη πολλά, Χειρίσοφος μὲν πρὸς τοῦτο προσέβαλλεν εὐθὺς ἥκων· ἐπεὶ ὁ πρώτη τάξις ἔκαμνεν, ἄλλη προσῄει, καὶ αὖθις ἄλλη· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόοις προσιέναι, [4] ἀλλ' ἀπότομον ἦν κύκλῳ. Ἐπεὶ δὲ Ξενοφῶν ἦλθε σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι καὶ πελτασταῖς καὶ ὁπλίταις, ἐνταῦθα δὴ λέγει Χειρίσοφος, [5] Εἰς καλὸν ἥκεις· τὸ γὰρ χωρίον αἱρετέον· τῇ γὰρ στρατιᾷ οὐκ [6] ἔστι τὰ ὑποζύγια, εἰ μὴ λήψόμεθα τὸ χωρίον.

greſſi ſunt; & commeatus *jam* deficiebat: nam Taochi munitis in locis habitabant, in quibus commeatus etiam omnes *eò* ſubvectos tenebant. Cùm in locum perveniſſent, ubi *tametſi* nec erat oppidum, nec domus, *tamen* illuc convenerant & viri & mulieres & jumenta multa, Cheriſophus hunc, ut primùm *eò* venit adortus eſt: cúmque primus ordo *re gerendâ* fatigaretur, alius accedebat, ac rurſùm alius: nam conferti *locum*, quippe qui præruptus undique erat, circumſiſtere non poterant. Ubi verò Xenophon cum extremo agmine & peltaſtis graviſque armaturæ militibus venit, hìc Cheriſophus, Opportunè, inquit, ades; nam locus *hic nobis* capiendus eſt: neque enim exercitui ſuppetet commeatus, niſi locum ceperimus.

1 Τεσσαράκοντα·] MS. Eton. & editi quidam πεντήκοντα. Adi p. 297. n. 5. & p. 17. n. 1.

2 Ἀναχεχωμισμένοι.] Confer K. Π. p. 412. n. 3.

3 Ἐπεὶ δὲ] *Leunclav.* & alius quidam peſſime dederunt ἐπεὶ καὶ, contra MSti Eton. atque cæterorum editorum, quos vidi, omnium fidem.

4 Ἀλλ' ἀπότομον] Vulgò, ἀπότομος. Cùm verò ad χωρίον referendum videatur, rectè quidem *Leunclavius* ἀπότομον vulgatæ hactenus ſcripturæ prætulit.

5 Εἰς καλὸν ἥκεις·] Sic Noſter *Sympoſ.* ſuo ferè ineunte, Εἰς καλὸν γε ὑμῖν συμπεπτώκαμεν.

6 Ἔστι] Vide p. 221. n. 2. K. Π. p. 498. n. 1. Matt. XXVI. 2, 18. & XVII. 11.

Ibi tum omnes cùm ſurrexiſſent, ſuppliciis multandos iſtorum auctores aiebant, & in poſterum non ampliùs *cuiquam* liberum permittendum eſſe, ut *ejuſmodi* ſceleris exiſtat auctor: quòd ſi quis *ſceleris* auctor exiſteret, eum ad mortem eſſe ducendum; prætereà à ducibus in judicium omnes eſſe adducendos; ac judicium *faciendum* eſſe, ſi quâ aliâ etiam injuriâ læſus fuerit aliquis

1 Ἀγορὰν δέ τις &c.] *Suidâ* auctore, præter alia, vox ἀγορὰ denotat quoque αὐτὰ τὰ ὤνια. Adde p. 355. n. 2.

2 Ἵν' ὦσι τὰ μέγιστα &c.] Suſpicatus eſt *Steph.* ità Xenophontem ſcripſiſſe, ἵν' ὦσι τὰς ἄλλας τὰ μέγιστα &c.

3 Οὗ δὲ δὴ &c.] Ante ἐπαίνου ſupple ὦσι.

4 Ἔλεγον τὸν μὴ &c.] Intelligendum eſt δεῖν, utì ſuprà p. 419. n. 1.

5 Ἄρξαντας] In MSto Eton. & edit. *Ald.* & *Flor.* legitur ἄρξοντας: cujuſmodi mendum ſuſtulimus p. 315. n. 3.

6 Τὸν δ' λοιπὸν] Plenè, ἐὰν δ' λοιπὸν χρόνον. Similiter *Thucyd.* l. 4. c. 98. ὅτι τὸν λοιπὸν ἐκόντες &c. Et *Ælian.* V. H. l. 14. c. 7. — τὸν λοιπὸν μεταμέσθαι.

7 Τὶς — αὐτὸν] Reſpice p. 399. n. 5.

8 Ἄγεσθαι — ἐπὶ θανάτῳ] Sic ſcribendum rectè monuit *Muretus*. Noſter ſuprà pag. 64. ἐδόκει ὅτι ἐπὶ θανάτῳ ἄγοιτο. ubi vide n. 4. Vulgò legitur ἄγεσθαι αὐτὸν θανάτου· & in edit. vetuſtioribus, quibus adſtipulatur MS. Eton. — θανάτου. Adde Cl. *Bos* animadv. ad *Lucian.* pag. 57.

τις ἠδίκητο ὑπ' ἐκείνου ἀπέθανε· δικασὰς δὲ τοὺς λοχαγοὺς ἐποιήσαντο. Παραινοῦντος δὲ Ξενοφῶντος, καὶ τῶν μάντεων συμβουλευόντων, ἔδοξε καὶ καθᾶραι τὸ στράτευμα. Καὶ ἐγένετο [1] καθαρμός.

Ἔδοξε δὲ καὶ τοὺς στρατηγοὺς δίκην ὑποσχεῖν τοῦ παρελθόντος χρόνου. [2] Καὶ διδόντες, [3] Φιλήσιος μὲν ὤφλε καὶ Ξανθικλῆς τὴν φυλακὴν [4] τῶν γαυλικῶν χρημάτων, τὸ μείωμα, εἴκοσι μνᾶς· Σο-

ex quo Cyrus mortem occubuit: judices autem cohortium ductores conſtituerunt. Porrò Xenophonte hortatore, vatibúſque *idem* ſuadentibus, viſum eſt luſtrandum eſſe exercitum. Itaque luſtratio inſtituta eſt.

Decretum etiam erat ut duces de tempore præterito judicium ſubirent. *Quod* cùm ſubiiſſent, Phileſius & Xanthicles multati erant, quòd pecuniam de navigiis coactam & in eorum cuſtodiam traditam imminuerant, minis viginti: *multatus eſt* & So-

1 Καθαρμός.] Variis de cauſis ab antiquis, tam Græcis quàm Romanis, luſtrationes erant uſurpatæ. Eos autem in primis luſtrandos cenſuerunt, qui ſe ſanguine polluiſſent. Vide *Homer.* Il. ζ'. v. 266 & ſeq. *Virgil.* Æn. l. 2. v. 718 & ſeq. *Ælian.* V. H. l. 8. c. 5. Adde *Homer.* Il. α'. v. 313 & ſeq. *Q. Curt.* l. 10. c. 9. *Macedonum reges ità luſtrare ſoliti erant milites, ut &c.* ubi vide quæ notavit *Rader.*

2 Καὶ διδόντες,] *Scil.* δίκλω.

3 Φιλήσιος μὲν ὤφλε καὶ &c.] Cum τὴν φυλακὴν itidem intelligendum videtur δίκλω, & locus ſic exponendus: *Phileſio & Xanthicle in judicium de pecuniâ apud eos depoſitâ adductis*, uterque ὤφλε δίκλω, τίμημα ἔχουσαν εἴκοσι μνᾶς, τὸ μείωμα, i. e. *utrique damnato multa viginti minarum, quarum ſcilicet de ſummâ illâ deceſſionem fecerant, indicta eſt.* Verba autem ſic vulgò ſolent abſque diſtinctione legi, & Latinè verti: Φιλήσιος μὲν ὤφλε καὶ Ξανθικλῆς τὴν φυλακὴν τῶν γαυλικῶν χρημάτων τὸ μείωμα εἴκοσι μνᾶς. *Leuncl.* interprete, *damnati Phileſius & Xanthicles, quòd juſſi cuſtodire pecuniam de navigiis coactam, minas viginti ſuppilâſſent*: Amaſæo, *Phileſius & Xanthicles repetundarum damnati, quòd è Gauliticâ pecuniâ, quam ſervandam acceperant, minas viginti ſuppilâſſent, tantundem rependerunt.*

4 Τῶν γαυλικῶν] Sic optimè MS. Eton. cùm priùs ſcriberetur γαυλιπικῶν, quam vocem *Amaſæus* expreſſit. Rectè etiam *Leuncl.* olim γαυλικῶν reponendum vidit. *Heſych.* Γαῦλοι, τὰ ποιμφνικὰ ἢ γάλακτος ἀγγεῖα, καὶ τὰ φοινικὰ πλοῖα. γαῦλοι καλοῦνται καὶ γαυλικὰ χρήματα τὰ ἀπὸ τῶν πλοίων — Quæ ſic legas velim & diſtinguas, Γαῦλοι, τὰ ποιμφνικὰ ἢ γάλακτος ἀγγεῖα· καὶ τὰ φοινικικὰ πλοῖα γαῦλοι καλοῦνται· καὶ γαυλικὰ χρήματα, τὰ &c. Adpoſitè hæc ultima ad locum, de quo agitur, exponendum. *Schol.* ad *Ariſtoph.* Ορνιθ. v. 599. Γαῦλον, φοινικικὸν σκάφον, καὶ νῦν περιπεπατώμφνον· ἐπὶ δὲ τῆς ἀγγείου, ὀξυτόνως. Καλλίμαχος·

Κυπρόθεν Σιδόνιός με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.

Lege cum doct. *Bentl.* Fragm. *Callim.* p. 390. Κυπρόθε Σιδόνιός με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.

φαίνετος ᾖ, [1] ὅτι ἄρχων αἱρεθεὶς καὶ ἠμέλει, δέκα μνᾶς. Ξενοφῶντος ᾖ κατηγόρησαν τινὲς, φάσκοντες παίεσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὡς ὑβρίζοντος τὴν κατηγορίαν ἐποιοῦντο. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἀναστὰς ἐκέλευσεν εἰπεῖν [2] τὸν ταῦτον, ταῦτον λέξοντα ποῦ καὶ ἐπλήγη. Ὁ ᾖ ἀποφαίνεται, [3] Ὅτε καὶ τῷ ῥίγει ἀπωλλύμεθα, ἐν χιὼν πλείστη ἦν. Ὁ δ' εἶπεν, Ἀλλὰ μὲν καὶ [4] χειμῶνός γε ὄντος οἷα λέγεις, οἷα ᾖ ὑπελείποτο, οἷα ᾖ μηδ' ὀσφραίνεσθαι πρόντος, ὑπὸ ᾖ πόνων πολλῶν ἀπαγορευόντων, πολεμίων ᾖ ἑπομένων, εἰ ἐν τοιούτῳ καιρῷ ὑβριζον, ὁμολογῶ [5] καὶ τῷ ὄνῳ ὑβριστότερος εἶναι· οἷς φασὶν ὑπὸ τῆς ὕβρεως κόπον

phænetus, quòd præses electus *id muneris* prorsùs neglexisset, minis decem. Nonnulli etiam Xenophontem accusabant, qui cæsos se ab eo fuisse dicerent, atque in *eum* tanquam petulanter injurium accusationem instruebant. Et cùm surrexisset Xenophon eum, qui primus *id ipsi objecerat*, proferre *si quid haberet* jussit, ubi priùs exposuerit quo loco pulsatus esset. Eo loco, respondet ille, quo frigore eramus enecti, ac plurima nix erat. Enimverò, inquit *Xenophon*, cùm ea esset hiems quam fuisse dicis, cùm cibus *nos* defecisset, cùm nè tantum quidem vini adesset, ut odoratu id percipi posset, cùm multi præ laboribus animis conciderent, cùm hostes *nos* insequerentur, si me tali tempore insolenter gessi, vel asinis esse me petulantiorem fateor; quos aiunt præ petulantiâ

1 Ὅτι ἄρχων αἱρεθεὶς] Vocem ἄρχων huc ex MSto Eton. revocavi. Eâdem sæpè suprà phrasi usus est Noster: p. 202, αἱρεῖσθε οἱ δύο ἄρχοντας. p. 203, Ἐκ τούτου ἡρέθησαν ἄρχοντες — Cæterùm, *Leuncl.* legendum censuit, Σοφαίνετος δὲ, ὅτι αἱρεθεὶς ἐπὶ τὴν, κατημέλει, &c. hoc est, eodem auctore, *Sophænetus multatus est, quòd lectus ad hoc, nimirum* ἐπὶ φυλακῇ τῶν γαυλικῶν χρημάτων, *ad pecuniæ de navigiis redactæ custodiam, id muneris sprevisset.*

2 Τὸν ταῦτον,] *Scil.* eum, qui priùs id ipsi objecerat. In MSto autem Eton. deest alterum illud ταῦτον.

3 Ὅτε καὶ τῷ ῥίγει &c.] Lege p. 300 & seq.

4 Χειμῶνός γε &c.] *Virg.* Æneïd. l. 1. v. 129 *Emissámque hiemem* &c. Ubi sic Servius: *Hìc apertiùs tempestatem declarat ex Græco: nam & illi* χειμῶνα *tempestatem dicunt.* Noster itidem suprà p. 267. χειμὼν γίνεται πολὺς, &c. atque mox infrà sæpé.

5 Καὶ τῷ ὄνῳ ὑβριστότερος] *Amasæus* vertit, *vel asinis me atrociorem esse* &c. "Ego verò, in-"quit *Muretus*, nescio quam *atrocitatem* quis-"quam in asino, animali omnium ἀσυμπάτῳ, "animadvertere potuerit. Sed interpretatio "illa planè ridicula est. Asini, antequam

ὐκ ἐγγίγνεσθαι. Ομως ἦ κ̓ λέξον [1] ἐκ τίνος ἐπλήγης. Πότερον ἤτουν τι σὲ, κ̓, ἐπεὶ ὐκ ἐδίδως, ἔπαιον; [2] Ἀλλ᾽ ἀπήτουν; ἀλλὰ [3] περὶ παιδικῶν μαχόμενος; ἀλλὰ μεθύων πρώνησα; Επεὶ δὲ τούτων οὐδὲν ἔφησεν, ἐπήρετο αὐτὸν, εἰ ὁπλιτεύοι. Οὐκ ἔφη. Πάλιν, εἰ [4] πελτάζοι. [5] Οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔφη. ἀλλ᾽ ἡμίονον ἥλαυνον, ταχθεὶς ὑπὸ τῶν συσκήνων, ἐλεύθερος ὤν. Ενταῦθα δὴ ἀναγιγνώσκει τε αὐτὸν, & ἤρετο, Εἰ σὺ εἶ ὁ τὸν κάμνοντα

lassitudinem non subire. Attamen dic quâ de causâ pulsatus fueras. Num quid abs te petebam, &, quia non dabas, *te* cædebam? an *quid* reposcebam? an *tecum* de amoribus pugnans? an ebrius per vinolentiam malè *te* accepi? Cùm horum nil diceret, eum porrò interrogabat, an in gravis armaturæ militum numero esset: Negabat: Rursùm, an in peltastarum numero: Neque hoc concessit; sed liber cùm essem, *inquit*, mulum agebam, quod mihi negotii à contubernalibus datum erat. Hìc eum agnoscit *Xenophon*, &, Túne, quærebat, *is* es, qui *hominem* ægrotum ave-

" ad equas aut asinas admittantur, præde-
" lassari solent; & ità putantur meliùs inire.
" Hoc igitur est, quod & hìc dicitur, eos ità
" libidinosos esse, ut lassitudinem non sen-
" tiant. Et hodiè apud Pictonas proverbii
" loco usurpari solet, asinos præ inopiâ &
" lassitudine arrigere. Subturpicula hæc esse
" video, neque talia tamen, ut reticeri de-
" buerint." Hæc ille; subturpicula sanè, & verò etiam ridicula. Præteriit, opinor, virum eruditum, longè alia de asinis tradi, quæ tamen huc optimè quadrant. Scribit utique *Ælian.* H. A. l. 12. c. 34. Σαραικόροι ᾗ ἔστι ἀχθοφόρως ἔστι ἀλεῖσθαι ἔχουσι τὼς ὄνους, ἀλλὰ πολεμιστάς. Nec bellicosum tantùm audit animal, sed & ἀκίνητον apud *Arrian.* in *Epictet.* l. 1. c. 18. Adde *Herodot.* l. 4. c. 129. & *Homer.* Il. λ'. v. 557. Ως δ᾽ ὅτ᾽ ὄνος παρ᾽ &c. ubi, utì rectè criticus quidam vetus observavit, βραδεῖαν πορείαν, ἀκίνητον τὸ πρὸς κραιπνεῖν, ὅτως ἔδειξεν scil. *Homerus.* Porrò, *Stephanus* hæc Luciani verba ad locum hunc adduxit, — ἢ ἐς λογεῖον Κυμαῖος εἶη, ὡς μὴ ἰδὼν, τύφως εἰδέναι ὄναν ἁπάντων ὑβριστότατόν σε ὄντα, &c. quæ reperiuntur in opusculo, quod Ψευδολογιστὴς inscriptum est, haud ità longè ab init.

1 Ex τίνος &c.] *Scil.* αἰτίᾳ. Confer p. 195. n. 1.

2 Αλλ᾽ ἀπήτουν; ἀλλὰ &c.] Pari ratione vox ἀλλὰ cum interrogationibus iterata est *Memorab.* l. 3. haud longè à fine. Αλλ᾽ ἆρα οἰκία σεσοδῦς ἔχουσι; Οὐδὲ οἰκίαν, ἔφη. Αλλὰ μὴ χειροτέχναι τινές; Et sic alibi Noster. Similiter pro *aut* usurpatur, & quidem cum interrogatione, Matt. XI. 8, 9.

3 Περὶ παιδικῶν] Adi p. 181. n. 4.

4 Πελτάζοι.] In lexicis deest: quo tamen utitur & *Max. Tyr.* dissert. 7. p. 74. ed. Cant. πελτάζουσι θρᾴκιες, —

5 Οὐδὲ τοῦτ᾽ ἔφη· ἀλλ᾽ &c.] Fuêre, qui distinctionem posuerunt inter τοῦτ᾽ & ἔφη· sed rectiùs, opinor, conjunguntur. Sic ferè paulò infrà, Σωίφη τοῦτο &c. De transitione autem ab obliquâ ad rectam orationem iterum iterumque dixi. Vide, si libet, p. 402. n. 2.

ἀπάγων; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη· σὺ γὰρ ἠνάγκαζες· τὰ δὲ τῷ ἐμῷ συσκίων σκεύη διέῤῥιψας. Αλλ' ἡ μὲν [1] διάῤῥιψις, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, τοιαύτη τις ἐγένετο· Διέδωκα ἄλλοις ἄγειν, καὶ ἐπέλευσα πρὸς ἐμὲ ἀπάγειν· καὶ ἀπολαβὼν ἅπαντα σῶα, ἀπέδωκά σοι, ἐπεὶ καὶ σὺ ἐμοὶ ἀπέδειξας τὸν ἄνθρωπον. Οἷον δὲ τὸ πρᾶγμα ἐγένετο ἀκούσατε, ἔφη· καὶ γὰρ ἄξιον·

Ανὴρ κατελείπετο γάρ τὸ μηκέτι δύνασθαι πορεύεσθαι. Καὶ ἐγὼ τὸν μὲν [2] ἄνδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι εἷς ἡμῶν εἴη· ἠνάγκασα δέ σε τοῦτον ἄγειν, ὡς μὴ ἀπόλοιτο· καὶ γὰρ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, πολέμιοι ἐφείποντο. Σιωπῇ τοῦτο ὁ ἄνθρωπος. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, ἐπεὶ πρῶτόν σε [3] καταλαμβάνω αὖθις, σὺν τοῖς ὀπισθοφύλαξι πρόσιων, βόθρον ὀρύττοντα, ὡς κατορύξοντα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ὕπαις ἐπῄνουν σε. Επεὶ

hebas? *Sum* profectò, inquit; nam *ad hoc* tu *me* cogebas: ac meorum contubernalium vaſa disjeciſti. Is verò disjectus, inquit Xenophon, in hunc ferè modum accidit: Diſtribui *vaſa* aliis vehenda, & ad me ut *eadem poſteà* adducerent præcepi; ac cùm omnia ſalva recepiſſem, tibi reddidi, ſimul ac tu mihi hominem illum oſtendiſti. Quo verò modo ſe res habuerit, ait, audite; eſt enim operæ pretium:

Relinquebatur *à tergo* quidam, quòd *præ debilitate* iter pergere ampliùs non poſſet. Nôram illum ego hactenùs, quòd unus ex noſtris eſſet; te verò hunc ut veheres coëgi, nè periret: hoſtes enim, quemadmodùm arbitror, ſubſequebantur. Hoc ille faſſus eſt. Atqui, ait Xenophon, ubi te præmiſiſſem, cum extremo agmine accedens, *te* rurſùm offendi ſcrobem fodientem, ut hominem illum defoderes; atque adeò ſubſiſtens te collaudavi. Ve-

1 Διάῤῥιψις,] In Theſ. *Steph.* & *Conſt.* non comparet: quod tamen agnoſcit *J. Poll.* l. 3. ſegm. 129.

2 Ανδρα τοσοῦτον ἐγίγνωσκον, ὅτι &c.] Sic ferè ſuprà p. 202. τοσοῦτον μόνον σε ἐγίγνωσκον, ὅσον &c.

3 Καταλαμβάνω] Lege p. 2. n. 1. & p. 72. n. 4. Sic Gal. II. 14. ὀρθοποδοῦσι dicitur pro ὀρθοποδεῖν.

δὲ παρεσκότων ἡμῶν σκέλος ἐκάμψε τὸ σκέλος ὁ ἀνὴρ, ἀνέκραγον οἱ πρόντες ὅτι ζῇ ὁ ἀνήρ· σὺ δ' εἶπες [1] ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς, Ἐγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω· ἐνταῦθα ἔπαισά σε· ἀληθῆ λέγεις· ἔδοξας γάρ μοι εἰδότι ἐοικέναι ὅτι ἔζη. Τί οὖν; ἔφη, ἧττόν τι ἀπέθανεν, ἐπεὶ ἐγώ σοι ἀπέδειξα αὐτόν; [2] Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, ἔφη ὁ Ξενοφῶν, πάντες ἀποθανούμεθα· τούτου οὖν ἕνεκα ζῶντας ἡμᾶς δεῖ κατορυγῆναι; [3] Τοῦτον μὲν ἀνέκραγον πάντες ὡς [4] ὀλίγας παίσειεν· [5] ἄλλους δὲ κέλευε λέγειν εἴ τι ἔχασος ἐπλήγη. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἀνίσαντο, αὐτὸς ἔλεγεν,

rùm posteaquam nobis adstantibus ille crus inflexisset, exclamârunt ii qui aderant, hominem vivere; tu verò dixisti quæcunque volebas, scilicet, Ego sanè eum non veham; ibi tum te cæcîdi; vera narras; nam mihi præ te ferre visus es, quasi scires eum *adhuc* vivere. Quid ergo? inquit *iste*, an minùs mortem obiit, posteaquam ego tibi eum ostendi? Atqui nos, inquit Xenophon, morituri sumus omnes: num igitur propterea vivos defodi nos oportet? Adclamârunt *hìc* omnes *hominem* hunc paucis *tantùm Xenophontem* verberibus cæcidisse: alios deinde *quosvis* dicere jussit, quamobrem quisque pulsatus fuisset. Cùm verò *qui dicerent* non surgerent, ipse *hæc* verba fecit *Xenophon*,

1 Ὁπόσα γ' ἐβούλου, ὡς &c.] *Muretus* omnino legendum statuit ὁπόσα γε βούλεται· ὡς ἔγωγε αὐτὸν οὐκ ἄξω. i. e. eodem interprete, *Vivat sanè quantum vult: nam ego quidem eum hinc non aveham.* Sunt autem, ex ejusdem utique critici sententiâ, verba omnia ejus, qui se à Xenophonte verberatum querebatur. Mihi placet vulgata lectio; atque adeò particula ὡς vim explicandi & declarandi habere videtur, perinde ac οἷον, i. e. *videlicet, exempli causâ* &c. Eandem vim obtinet K. Π. p. 67. — μέμνησαι σκιῖνα, ἃ ποτε ἐδέκου ἡμῖν; ὡς, ἅπερ διδώκασιν οἱ &c. ubi vide notata.

2 Καὶ γὰρ κἀγώ] Sic scribendum contendit *Stephanus*. Hactenùs, Καὶ γὰρ ἡμεῖς, &c.

3 Τοῦτον μὲν ἀνέκραγον] De hoc atticismo dictum p. 426. n. 6. *Stephano* magis placuit Τοῦτον μὲν οὖν &c.

4 Ὀλίγας παίσειεν·] *Scil.* πληγάς. Ellipsis eadem reperitur *Ælian.* V. H. lib. 12. c. 3. Ἐπαμεινώνδας ὅτι ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καμπίαν, *scil.* πληγὴν. Luc. XII. 47. — δαρήσεται πολλάς. 2 Cor. XI. 24. — πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον. Supple utrobique πληγάς. *Aristoph.* Νεφ. v. 968. Ἐπιτρίβοιτο τυπτόμενος πολλάς, &c. *Schol.* Πολλάς, πληγὰς δηλονότι.

5 Ἄλλους ἢ κέλευε] Vulgò, ἄλλον ἢ κέλευσον, &c. Suspicatus est *Steph.* pro ἄλλον esse substituendum ἄλλων, quod pertineat ad ἔκφυσιν: ut intelligamus, κέλευσον δὲ λέγειν ἄλλῳ τι ἄλλων ἔκφυσιν ἐπλήγη, vel τῶν ἄλλων ἐκφυσῶν. Sed & κέλευε (Xenophon videlicet) legi vult idem

"Εγὼ, ὦ ἄνδρες, ὁμολογῶ τοῖσιν δὴ ἄνδρας πολλοὺς
"ἕνεκα ἀταξίας· οἷς σώζεσθαι μὲν ἤρκει δι' [1] ὑμᾶς, ἐν τάξει
"τε ἰόντων καὶ μαχομένων ὅπου δέοι· αὐτοὶ δὲ λιπόντες τὰς
"τάξεις, πρεσθέοντες ἁρπάζειν ἤθελον, καὶ [2] ὑμῶν πλεονεκτεῖν.
"Εἰ δὴ τοῦτο πάντες ἐποιοῦμεν, ἅπαντες ἂν ἀπωλόμεθα. [3] Ηδη
"δὲ καὶ μαλακιζόμενόν τινα, ὡς οὐκ ἐθέλοντα ἀνίστασθαι, ἀλ-
"λὰ [4] προϊέμενον ἑαυτὸν τοῖς πολεμίοις, ὡς ἔπαυσα, καὶ ἐβια-
"σάμην πορεύεσθαι. [5] Εν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ χειμῶνι καὶ αὐτός
"ποτε ἀναμένων ἵνας συσκευαζομένους, καθεζόμενος συχνὸν
"χρόνον, κατέμαθον ἀνασὰς [6] μόγις, καὶ τὰ σκέλη μόγις ἐκ-
"τείνας. Εν ἐμαυτῷ δὲ [7] πεῖραν λαβὼν, ἐκ τούτου καὶ ἄλλον

"Ego, viri, fateor multos me sanè, quòd ordines desererent,
"verberâsse; qui satìs quidem habuerunt vestrâ operâ incolumes
"evadere, cùm vos & ordines servaretis & ubi opus esset dimi-
"caretis: at ipsi cùm deseruerint ordines, præcurrentes *obvia*
"*quæque* rapere volebant, & ampliorem quàm vos portionem
"habere. Quòd si omnes hoc feciſsemus, periisſemus universi.
"Jam verò quendam etiam præ molli inertiâ desidentem, qui ne-
"que surgere volebat, & hostibus se perdendum exponebat, tum
"cæcîdi, tum vi ad iter pergendum coëgi. Nam & ipse cùm ri-
"gidâ illâ hieme *incumbente* nonnullos aliquando expectarem qui
"sarcinas colligerent, posteaquam diu consediſsem, difficulter
"me surgere animadverti, ac difficulter crura extendere. Qua-
"propter facto in me ipso periculo, ex eo *tempore* etiam alium

vir doctus. MS. Eton. dat ἄλλος ἢ σκέλους λέγειν, &c. unde reposui ἄλλως ἢ σκέλους &c. Numeri mutationem in voce primâ postulare videntur, quæ mox sequuntur, ista, Επεὶ δ' οὐκ ἀνίσταντο, &c. & mutationi Ἢ σκέλους in σκέλους non tantùm MS. Eton. sed & illa, quæ leguntur p. 433. adstipulantur, Καὶ ὁ Ξενοφῶν ἀναστὰς σκέλους εἰπεῖν &c.

1 Υμᾶς,] Sic edit. vet. & *Steph.* Legitur in aliis & MSto Eton. ἡμᾶς.

2 Υμῶν πλεονεκτεῖν.] MS. Eton. ἡμῶν. Rectiùs libri editi, quos vidi, omnes ὑμῶν. De verbo vide sis p. 384. n. 9.

3 Ηδη ἢ καὶ μαλακιζόμενον &c.] Lege p. 310.

4 Προϊέμενον &c.] Vide p 94. n. 3.

5 Εν γὰρ τῷ ἰσχυρῷ &c.] Lege p. 300, 301 & seq.

6 Μόγις,] Adi, si placet, p. 370. n. 1.

7 Πεῖραν λαβὼν, ἐκ τούτου &c.] Locus distingui solet ità, πεῖραν λαβὼν ἐκ τούτου, & &c.

Sed

"ὁπότε ἴδοιμι καθήμενον καὶ βλακεύοντα, ἤλαυνον· [1] τὸ
"γὰρ κινεῖσθαι καὶ ἀνδρίζεσθαι παρεῖχε θερμασίαν τινὰ καὶ
"ὑγρότητα· τὸ δὲ καθῆσθαι καὶ ἡσυχίαν ἔχειν ἑώρων ὑπερ-
"γὸν ὂν [2] τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμα, καὶ τῷ ἀποσήπεσθαι
"τὰς τῶν ποδῶν δακτύλους· ἅπερ πολλοὺς καὶ ὑμεῖς ἴστε
"παθόντας. Αλλον δέ γε ἴσως ὑπολειπόμενον [3] ἀεὶ ῥα-
"στώνῃ, καὶ κωλύοντα καὶ ὑμᾶς τοὺς πρόσθεν καὶ ἡμᾶς
"τοὺς ὄπισθεν πορεύεσθαι, ἔπαισα πυξ, ὅπως μὴ λόγχῃ
"ὑπὸ τῶν πολεμίων παίοιτο. [4] Καὶ γὰρ οὖν νυῦ ἔξεστιν
"αὐτοῖς σωθεῖσιν, εἴ τι ὑπ' ἐμοῦ ἔπαθον πρὸς τὸ δίκαιον,
"δίκην λαβεῖν. Εἰ δ' ἦν τοῖς πολεμίοις ἐγχώντο, τί μέ-
"γα ἂν οὕτως ἔπαθον, [5] ὅτου δίκην ἂν ἠξίουν λαμ-

"quoties ſedentem ac ſocordiæ ſe dedentem conſpicerem, im-
"pellebam: nam motus ipſe viriléſque conatus calorem quen-
"dam & agilitatem ſuppeditabant; *contrà* verò ſeſſionem ceſſa-
"tionémque id efficere videbam, ut ſanguis *frigore* concreſceret,
"& digiti pedum putreſcerent: quæ quidem multis accidiſſe vos
"etiam nôſtis. Alium prætereà qui fortè reſpirandi cauſâ ſub-
"ſiſtebat, ac tam vos *qui* in primore agmine *verſati eſtis*, quàm
"nos in extremo *collocatos*, quo minùs progrederemur impedie-
"bat, pugno verberavi, ut nè ab hoſtibus haſtâ percuteretur.
"Jámque adeò certè licet iis ſervatis, pœnas ſumere, ſi quid à
"me incommodi præter æquum acceperunt. Quòd ſi in hoſtium
"poteſtatem veniſſent, quid tam grave pati potuiſſent, cujus

Sed rectè obſervavit *Steph.* aptiùs hæc verba ὁπόταν τύπτω ſequentibus jungi poſſe, mutatâ interpunctionis ſede; ut intelligas ὅταν χρόνον.

1 Τὸ γὰρ κινεῖσθαι &c.] Adi p. 309.

2 Τῷ τε ἀποπήγνυσθαι τὸ αἷμα, &c.] Reſpice p. 308 & ſeq.

3 Διὰ ῥᾳστώνην,] *Suid.* Ῥᾳστώνη, ἀνάπαυσις· τέρψις· τρυφή· εὐκολία· ῥᾳθυμία· ἡδυπάθεια· χαυνότης· ἀργία. Lege p. 311.

4 Καὶ γὰρ &c.] Hæc particula reſpicere videtur, non quod proximè præceſſit, ſed quod elegantiùs reticendum cenſuit auctor: quaſi dixiſſet, Ἐπειδὴ ἐμοῦ κρατήσαντες ἀδίκως ἀπέκτειναν, ζῶντά γε πεποιηκέναι με χρὴ πάνυ εὐθυμούμενους ὁμολογῶ. Cujuſmodi dictionis exempla plura notavit Cl. *Clark.* ad Hom. Il. ε'. v. 22. ζ'. v. 447. η'. v. 132. alibi.

5 Ὅτου δίκην ἂν ἠξίουν] Particulam ἄν ex MSto Eton. reſtitui: in quo tamen & editis quibuſdam ὅτι pro ὅτου peſſimè legitur.

"δώσειν; Απλοῦς μοι, ἔφη, ὁ λόγος. [1] Ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν
"ἐπ' ἀγαθῷ σπόλασα τινὰ, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν
"καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. [2] Καὶ γὰρ ἰατροὶ
"τέμνουσι καὶ καίουσιν ἐπ' ἀγαθῷ. Εἰ δὲ ὕβρει νομίζετε με
"ταῦτα ποιεῖν, ἐνθυμήσθε ὅτι νυῦ ἐγὼ θαῤῥῶ σοὺ
"τοῖς θεοῖς μᾶλλον ἢ τότε, καὶ θρασύτερός εἰμι νυῦ ἢ τότε,
"καὶ οἶνον πλείω πίνω· ἀλλ' ὅμως οὐδένα παίω. [3] ἐν εὐδίᾳ
"γὰρ ὁρῶ ὑμᾶς. Οταν δὲ χειμὼν ᾖ, καὶ [4] θάλατται με-
"γάλη ἐπφέρηται, οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ ναύμαται μόνου
"ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν [5] πρῳρεὺς τοῖς ἐν πρῴρᾳ, χαλε-
"παίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πύμνῃ; Ικανὰ γὰρ ἐν τῷ

"pœnas expetere voluerint? Simplici ego, inquit, oratione utor:
"Si quem equidem *ſui ipſius* commodi cauſâ caſtigavi, pœnam
"ejuſmodi ſubire non recuſo, quam parentes filiis & magiſtri
"diſcipulis *reddere debeant*. Etenim medici *graviter affectum* ſe-
"cant & urunt boni cauſâ. Quòd ſi me *adductum* petulantiâ fe-
"ciſſe hæc exiſtimatis, cogitate *quæſo* cum animis veſtris deorum
"beneficio mihi jam majorem eſſe quàm illo tempore fiduciam,
"& audentiorem me modò eſſe quàm id temporis *fuerim*, ac
"plus vini bibere; at *hominum* tamen neminem pulſo: nam tran-
"quillitate *quâdam* vos *jam* uti video. At verò cùm tempeſtas
"ſit *coorta*, & mare magnum inſurgat, annon ſolius cauſâ nutûs
"proræ magiſtrum iis iraſci videtis, qui ſunt in prorâ, *itidém*que
"gubernatorem iis qui ſunt in puppi? Nam vel levia peccata

1 Ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν &c.] Conſule *Grot.* de B. & P. l. 2. c. 20. ſect. 7.

2 Καὶ γὰρ ἰατροὶ &c.] Cùm τὸ γὰρ (inquit Stephan.) ſit rationem reddentis ejus quod dixit, planè perſuaſum habeo, quædam verba librarium omiſiſſe inter hæc, καὶ γὰρ ἰατροὶ &c. & illa, τὸ διδάσκαλοι παισί. Alioquin enim dixiſſet Xenophon, non τὸ γὰρ ἰατροὶ, ſed τὸ ἰατροὶ δὲ, vel ἀλλὰ τὸ ἰατροὶ &c. aut potiùs, ἀλλὰ μὴν καὶ ἰατροὶ &c. Hæc ille. Sed particulam γὰρ non ſemper cauſæ ſignificationem habere, ſæpè ſuprà oſtendimus. Vide ſis p. 356. n. 2.

3 Ἐν εὐδίᾳ &c.] Eadem vox τῷ χειμὼν opponitur Matt. XVI. 2, 3.

4 Θάλαττα μεγάλη] Dicitur ut *magnum mare* Lucret. l. 2. v. 553. pro *tumidum, commotum.*

5 Πρῳρεὺς — κυβερνήτης] *Plauto* ſunt itidem *proreta* & *gubernator*, Rud. act. 4. ſc. 3. v. 75.

" τοιούτῳ γε μικρὰ ἁμαρτηθέντα πάντα [1] συνεπιτρίψαι. Οπ
" ὃ δικαίως ἔπαιον αὐτὸς, ἐν ὑμεῖς [2] καταδικάσατε τότε· [3] ἔχον-
" τες γὰρ αἱ ψῆφοι, ἀλλ' ὅπλα, παρεστήκειτε, καὶ ἂν ὑμῖν βοη-
" θεῖν αὐτοῖς, εἰ ἐβούλεσθε. Αλλὰ μὰ Δία οὔτε τούτοις ἐπε-
" κουρεῖτε, οὔτε σοὶ ἐμοὶ τὸν ἀτακτοῦντα ἐπαίετε. Τοιγαροῦν
" ἐξουσίαν ἐποιήσατε τοῖς κακοῖς αὐτῶν, ὑβρίζειν ἐῶντες αὐ-
" τούς. Οἶμαι γάρ, εἰ ἠθέλετε σκοπεῖν, τοὺς αὐτοὺς [4] εὑρήσεσθαι
" τότε κακίστους, ἐν νῦν ὑβριστοτάτους. Βοΐσκος μὲν οὖν ὁ πύκτης
" ὁ Θετταλὸς τότε μὲν διεμάχετο, ὡς κάμνων, ἀσπίδα μὴ φέ-
" ρειν· νῦν δ', ὡς ἐγὼ ἀκούω, Κοτυωρίτῃσι πολλοὺς ἀποδέδυκεν.
" Αν οὖν σωφρονῆτε, [5] τούτῳ τἀνδρὶ ποιήσετε ἢ τοὺς κύνας

" tali tempore omnia ſimul affligere poſſunt. Jure autem me il-
" los verberâſſe vos etiam veſtro tunc judicio declarâſtis: in-
" ſtructi enim non calculis *utique*, ſed armis, adſtabatis, atque
" vobis opem ferre iis licuiſſet, ſi voluiſſetis. At profectò neque
" opem his ferebatis, neque mecum eum, qui ordinem non ſer-
" varet, cædebatis. Itaque ignavis *ex* eorum *numero quibuſque*
" licentiam dediſtis, dum eos petulanter ſe gerere ſinebatis. Nam,
" ſi *rem* conſiderare voluiſſetis, eoſdem, opinor, reperietis tunc
" ignaviſſimos fuiſſe, qui modò ſunt petulantiſſimi. Boïſcus certè
" quidem pugil ille Theſſalus id temporis acriter contendebat,
" quippe quòd laboraret, ſcutum ſibi ferendum non eſſe: nunc
" autem, ut equidem audio, de Cotyoritis multos ſpoliavit.
" Quamobrem ſi ſapitis, huic contrà facietis atque canes ſolent

1 Συνεπιτρίψαι.] In lexicis id verbi fruſtrà quæſiveris.

2 Καταδικάσατε] Senſum verbi, quem locus hic poſtulare videtur, non agnoſcunt Lexicogr.

3 Εχοντες γὰρ αἱ ψῆφοι, &c.] MS. Eton. ἔχοντες ξίφη, αἱ ψῆφοι &c. quam, opinor, lectionem auriculis indulſit librarius.

4 Εὑρήσεσθαι] MS. Eton. ἐυρήσετε.

5 Τούτῳ] *Steph.* aut τούτων aut certè τούτοις ſcribendum cenſuit: nam accuſativum, inquit, potiùs quàm dativum, tali adhibere loco Xenophontem exiſtimo. Mihi verò ſana videtur vulgata ſcriptura: nam & hæc & illa apud auctores uſitata eſt conſtructio. Sic *Plat.* apolog. Socr. ferè mediâ, Ταῦτα γὰρ ναυτέρῳ ἐν πρεσβυτέρῳ, ὅτῳ ἂν ξυτυγχάνω, ποιῶ, καὶ ξένῳ καὶ &c. *Ariſtoph.* Νεφ. v. 257.

Οὐκ, ἀλλὰ πάντα ζαῦτα τὰς πλευρὰς
Ημεῖς ποιοῦμεν. —

Confer Matt. XXI. v. 40. & XXVII. 22.

"[1] ποιῶσι· σὺ μὲν γὰρ κύνας τὰς χαλεπὰς τὰς μὲν ἡμέ-
"ρας δεσμεύεσι, τὰς δὲ νύκτας ἀφιᾶσι· τοῦτον δὲ, ἂν σω-
"φρονῆτε, τὴν νύκτα μὲν δήσετε, τὴν δὲ ἡμέραν ἀφή-
"σετε. Ἀλλὰ γὰρ, ἔφη, θαυμάζω ὅπως, εἴ μού τινι ὑμῶν
"ἀπηχθόμην, μέμνησθε, καὶ ὑπερασπᾶτε· [2] εἰ δέ τῳ ἢ χει-
"μῶνα ἐπεκούρησα, ἢ πολέμου [3] ἀπήρυξα, ἢ ἀθενοῦντι
"ἢ ἀποροῦντι [4] συνεξευπόρησά τι, τούτων δὲ οὐδεὶς μέμνη-
"ται· οὐδ' εἴ τινα καλῶς τι ποιοῦντα ἐπῄνεσα, οὐδ' εἴ
"τιν' ἄνδρα ἀγαθὸν ὄντα ἐτίμησα ὡς ἐδυνάμην, οὐδὲ τού-
"των μέμνησθε. Ἀλλὰ μὴν καλόν γε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσιον
"καὶ ἥδιον τῶν ἀγαθῶν μᾶλλον ἢ τῶν κακῶν μεμνῆσθαι."

"tractare: nam canes quidem feroces interdiu vinculis conſtrin-
"gunt, dimittunt noctu; hunc, ſi ſapitis, noctu vinctum tene-
"bitis, interdiu ſolutum eſſe patiemini. Enimverò miror, in-
"quit, meminiſſe vos, ac minimè tacere, ſi in veſtrûm alicujus
"odium incurrerim; at ſi cui contra vim ſævæ tempeſtatis opem
"tuli, vel hoſtem propulſavi, vel ægrotanti vel inopiâ laboranti
"aliquid ſuppeditavi, horum verò neminem recordari: neque ſi
"quem præclarè aliquid agentem collaudavi, neque ſi quem vi-
"rum fortem ut potui ornavi, neque horum, *inquam*, meminiſtis.
"Atqui honeſtum certè eſt & æquum & pium & jucundius bene-
"factorum potiùs quàm injuriarum meminiſſe."

1 Ποιῶσι·] Vide p. 231. n. 2. Adde Cl. *Perizon.* ad Sanct. Min. l. 4. c. 4. p. 652 & ſeq.

2 Εἰ δέ τῳ ἢ χειμῶνα &c.] Inſpice p. 307 & 309.

3 Ἀπήρυξα,] In edit. *Ald. Flor.* & MSto Eton. legitur ἀπεκήρυξα. Peſſimè. Poëticis quidem verbis, quibus gaudere ſolet Noſter, adnumerandum eſt ἀπερύκω. Eodem aliàs ſæpè utitur. *Memorab.* l. 2. haud ità longè à fine, ἵνα στι τὰς λύκας ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπερύκωσιν; & ibid. mox infrà — σοῦ ἀπερύκειν τὰς &c.

4 Συνεξευπόρησα] Quod reponendum rectè conjecit *Steph.* Vulgò ſcribitur συνεξευπόρησα. In lexicis *Steph.* & *Conſt.* nec hoc nec illud comparet verbum.

Ἐκ τούτου μὲν δὴ ἀνίσταντο καὶ ἀνεμίμνησκον· [1] καὶ διεγένετο ὥστε καλῶς ἔχειν.

Poſtea quidem *quàm hæc dicta erant*, ſurgebant *omnes* & *univerſa* memoriâ repetebant; atque hic exitus erat, ut *omnia* bellè ſe haberent.

1 Καὶ διεγένετο] Scribitur etiam καὶ διεγένοντο. Malè. MS.Eton. exhibet καὶ διεγένετο· unde facilè recepta colligitur ſcriptura: quam ſic exponit Stephanus: *Et res iſta hunc exitum habuit*; vel, *huc evaſit*; vel, *& hic exitus fuit ut &c.* Quæ mihi quidem ſatìs placet interpretatio: *Mureto* non item; quippe qui locum ſic expoſuerit: *Et vicit Xenophon eos, qui ſibi calumniam intendebant.*

# ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
## ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ς'.

ΕΚ τότε δὲ ἐν τῇ Φατειδῇ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἔζων, οἱ δὲ, λῃϊζόμενοι ἐκ τῆς Παφλαγονίας. [1] Ἐκλόπτουν γὰρ οἱ Παφλαγόνες εὖ μάλα τὰς ἀποσκεδαννυμένας, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τὰς πρόσω σκηνοῦντας ἐπειρῶντο κακουργεῖν· καὶ [2] πολεμικώτερον πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἐκ τούτων. Ὁ γὰρ Κορύλας, ὃς ἐτύγχανε τότε Παφλαγονίας ἄρχων, πέμπει πρὸς τοὺς Ἕλληνας πρέσβεις, ἔχοντας ἵππους καὶ στολὰς καλὰς, λέγοντας ὅτι Κορύλας ἕτοιμος εἴη τοὺς Ἕλληνας μήτ' ἀδικεῖν, μήτ' αὐτοὺς ἀδικεῖσθαι. Οἱ δὲ στρατηγοὶ ἀπεκρίναντο ὅτι περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ στρατιᾷ βουλεύ-

EX eo tempore, dum iſthic commorati ſunt, quidam ex foro, quidam ex Paphlagoniâ prædam agendo victum *ſibi* comparabant. Verùm Paphlagones etiam *hinc indè* palatos ſcitè admodùm ſpoliabant, & noctu eos, qui longiùs *à cæteris* tabernacula ponebant, infeſtare conabantur: atque his *adeò* ex cauſis hoſtili magìs *magíſque* in ſe invicem erant animo. At Corylas, qui Paphlagoniæ id temporis imperabat, legatos cum equis & veſtimentis elegantibus ad Græcos mittit, qui dicerent Corylam eo eſſe animo, ut neque Græcos injuriâ lædere, neque ſeſe lædi vellet. Reſponderunt duces ſe de his apud exercitum delibera-

1 Ἐκλόπτουν] In lexicis ſine auctore reperitur κλοπεύω. Legitur & κλωπεύω apud Noſtr. Anaſ. Πολ. haud ità longè ab initio. Cæterùm, *Leuncl.* vertit *furtim adgrediebantur.*

2 Πολεμικώτερον] MS. Eton. πολεμικώτερα.

σοιντο, [1] ὅπῃ ξενίᾳ ᾖ ἐδέχοντο αὐτούς· προκάλεσαν ᾖ καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν, οὓς ἐδόκει δικαιότατον εἶναι). Θύσαντες ᾖ [2] τῶν αἰχμαλώτων βοῶν καὶ ἄλλα [3] ἱερεῖα, εὐωχίαν μὲν παρεῖχον, κατακείμενοι ᾖ [4] ἐν στιβάσιν ἐδείπνουν, [5] καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων ποτηρίων, οἷς ἐνετύγχανον ἐν τῇ χώρᾳ.

[6] Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαὶ τ' ἐγίγνοντο καὶ [7] ἐπαιώνισαν, ἀνέ-

turos, eos verò *intereà* hoſpitali *menſâ* excipiebant: ex aliis etiam viris *eos*, quos *invitari* æquiſſimum eſſe videbatur, arceſſebant. Cùm autem de bubus captivis *quoſdam* & alia mactâſſent animantia, epulum ſatìs largum præbuerunt, cùm herbaceis in toris inter cœnandum diſcumberent, & in poculis biberent corneis, quæ *illâ* in regione nacti fuerant.

Poſteaquam libationes eſſent peractæ & pæana ceciniſſent,

1 Ἐπὶ ξενίᾳ &c.] Supple τραπέζῃ. Similiter *Lucian.* Icaromen. haud ità longè à fine, Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν. Et *Ælian.* V. H. l. 3. c. 37. ὥσπερ ἐπὶ ξενίᾳ παρακαλοῦντες &c. Idem l. 9. c. 15. ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλει &c. *H.*quidem *Steph.* in Theſ. ad v. Ξενία, ſuſpectos iſtiuſmodi locos habet, ubi legitur ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν, & vel ἐπὶ ξένια, (*ſcil.* à ξένιον) vel ἐπὶ ξενίαν, reponendum cenſet. Tu vide ſis doctiſ. *Perizon.* ad *Ælian.* V. H. l. 3. c. 37. n. 2. Apud Noſtrum ſanè *Hiſt. Gr.* l. 6. ferè med. legitur, ὅτε γὰρ ἐπὶ ξένια τὸν κήρυκα ἐδέξαντο &c. at libens reſcripſerim ἐπὶ ξενίᾳ &c.

2 Τῶν αἰχμαλώτων βοῶν] MS. Eton. τῶν αἰχμαλώτων βῶς. Sed vide p. 347. n. 7.

3 Ἱερεῖα,] Adi p. 424. n. 1.

4 Ἐν στιβάσιν] MS. Eton. σκίμπεσιν. Sed non eſt, cur vocem receptam loco moveamus. *Heſych.* & *Phavor.* Σπιβάς, ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσις καὶ φύλλων· ἢ χαμαικοίτη. *Suid.* Σπιβάδες, τράπεζαι, ἢ στρωμναί. Erant igitur στιβάδες (utì *Steph.* in Theſ.) tori ex herbis aut foliis, arundinibus aut frondibus; in quibus humi ſtratis vel diſcumbebant cœnaturi, vel cubabant dormituri.

5 Καὶ ἔπινον ἐκ κερατίνων &c.] MS. Eton. & libri quidam typis impreſſi, καὶ ἔπινον κερατίνοις ποτηρίοις, &c. His accedit *Athenæus* l. 11. c. 7. Ἐν ᾗ ἔκτῃ (*ſcil.* τῶν Ἀναβάσεως) φησὶ Παφλαγόνων διηγούμενος Ξενοφῶν, (nempe, Xenophon) κατακείμενοι δ' ἐν στιβάσιν ἐδείπνουν, καὶ ἔπινον κερατίνοις ποτηρίοις. Legitur etiam ἐν κερατίνοις &c. Sed his anteferenda videtur, quam recepimus, ſcriptura. *Athen.* ipſe ibid. plura receptæ lectionis ſuppeditat exempla: ἐκ *Pindaro*, ἐξ ὀρυρέων κεράτων πίνοντες &c. ex *Hermippo*, ἐκ ᾧ ἔστ κέρατις αὖ μοι δὸς πιεῖν &c. Addit deinde, Ἀθηναῖοι ᾗ ἐκ ὀρυρᾶ ποιοῦντες κέρατα ἔπιον ἐξ αὐτῶν. Cæterùm, de iſtiuſmodi poculorum uſu quædam in libro proximè ſequente notanda venient.

6 Ἐπεὶ ᾗ αἱ σπονδαὶ &c.] *Athen.* l. 1. c. 13. Καὶ ἔστιν ἡ ἰδιαιτέρα ὄρχησις μίμησις τοῦ κατὰ τὴν λέξιν ἑρμηνευομένων πραγμάτων· ἣν παρίστησι γινομένην Ξενοφῶν ὁ καλὸς, ἐν τῇ Ἀναβάσει, ἐν τῷ παρὰ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ συμποσίῳ. Deinde prolixè locum hunc Xenophontéum deſcribit, atque adeò ſe errore lapſum oſtendit, cùm ad convivium apud Seuthen illum lectorem rejecerit; quippe cujus in libro ſeptimo meminit Xenophon. Illud monendum eſt, *Athenæum* verbis aliis, utì fit, quàm quæ Xenophontis, quas vidi, omnes exhibent editiones, totum hunc locum, ab his verbis, Ἐπεὶ

ησαν πρῶτον Θρᾷκες, [1] καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντό τε σὺν τοῖς ὅπλοις, [2] καὶ ἤλοντο ὑψηλά τε καὶ κύφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο· τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν [3] πεπληχέναι τὸν ἄνθρωπον· [4] ὁ δ' ἔπαισε τεχνικῶς πως. Καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. Καὶ ὁ μὲν, σκυλεύσας τὰ ὅπλα τὸν ἕτερον, ᾖδε [5] ᾄδων Σιτάλκαν· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν

Thraces primùm ſurrexerunt, & armati ad tibiam ſaltârunt, ſalierúntque *adeò* altè & agiliter, ac gladiis utebantur: ad extremum alter alterum ferit, ut omnibus hominem cæcidiſſe videretur: at ille certo quodam artificio percuſſerat. Et *ibi tum* Paphlagones clamorem tollebant. Ac is quidem, cùm alterum armis ſpoliâſſet, cantans Sitalcam exibat: alii verò Thraces alte-

δὲ αἱ ποσὶ τε ἐχρῶντο &c uſque ad ὡς παῖς πρὸς τὰς θεὰς πρωτόδεις, repræſentâſſe.

7 Ἐπαιώνισαν,] Scribitur & ἐπαιάνισαν. Sed vide p. 208. n. 3. Adde Illuſtr. *Spanh.* Obſervat. in *Callimach.* p. 3.

1 Καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο &c.] *Armatâ* quæ dicitur *ſaltatione*, tibiis intereà modulatè canentibus, veteres tam barbari quàm Græci exercere ſeſe & oblectare ſolebant. De Amazonibus *Callimach.* hym. in *Dian.* v. 241. Πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
Στησάμεναι χόρον εὐρύν· ὑπὸ κτύπεισαν δὲ λίγειαι
Λειπτάλεον σύριγγες, ἵνα πλήσωσιν ὁμαρτῇ.
In quem locum vide Illuſtr. *Spanh.* Obſervat. p. 291. & binas diſſertat. doctiſ. *Burette* de ſaltat. veter. (ut eum potiſſimùm nominem) quæ in tomo ſecundo Memor. Liter. Academ. Pariſ. reperiuntur. Adde Eruditiſ. *Monfauc.* Antiq. T. 3. p. 2. l. 4. c. 1.

2 Καὶ ἤλοντο] Scribitur & ἤλλοντο. Malè. Nam ἤλοντο (utì rectè notavit *Portus*) eſt aor. 2. med. Sic apud *Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 1335. ἵν' ἐξήλω. Similiter ſcribitur aor. 1. *Homer.* Il. μ'. v. 438.
— ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν.

3 Πεπληχέναι] Legitur & πεπληγέναι apud *Athen.* loco cit. Sed rectiùs MS. Eton. & libri editi dant πεπληχέναι.

4 Ὁ δ' ἔπαισε &c.] Ità MS. Eton. & editi, quos mihi videre contigit, omnes. *Athen.* exhibet ὁ δ' ἔπεσε &c. quomodo legendum cenſuit *Mureius*: "Significat enim eum, (ver-"ba ejuſdem viri eruditi legis) qui percuſ-"ſus fuerat, artificiosè quodammodo ceci-"diſſe, ità ut ex accepto vulnere mortuus "videretur." Hanc qui non improbat ſcripturam, probet ejuſdem *Athenæi* πεπληγέναι.

5 Ἀιδὸν Σιτάλκαν] Sic MS. Eton. & *Athen.* loco cit. Vulgò legitur Σιδαλκᾶ. quod nonnulli cantionis fuiſſe genus exiſtimârunt, cui nomen fuerit à Sitalce Thracum rege, de quo *Thucyd.* l. 2. c. 29. & *Diodor. Sic.* l. 12. p. 104. Malim equidem, auctoritate MSti Eton. & *Athenæi* nixus, ipſum Sitalcæ nomen retineri. Moris quippe fuiſſe barbarorum, ut regum bonorum laudes cantarent, paſſim teſtantur auctores. Sic Noſter Κ. Π. p. 6. Φῦναι δὲ ὁ Κῦρον λέγεται, καὶ ᾄδεται ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων &c. *Tacit.* de Arminio *Ann.* l. 2. extremo; *canitúrque adhuc barbaras apud gentes* — Amm. Marcell. l. 24. c. 4. de Perſis, — *ex uſu moris gentici juſtitiam felicitatémque regis ſui canoris vocibus extollentes.* Dignum autem fuiſſe Sitalcam, cujus nomen cantu celebrarent Thraces, abundè docet *Diodor. Sic.* loco citato.

τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν πεπονθώς. [1] Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες καὶ Μάγνητες ἀνέστησαν, οἱ [2] ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. Ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἐκεῖ ὅδε· Ὁ μὲν, ὡπλισμένος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος· λῃστὴς δὲ προσέρχεται· [3] ὁ δ', ἐπειδὰν προΐδηται, ἅπαντα ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται πρὸ τοῦ ζεύγους· (4 καὶ ἔστι ταῦτ' ἐποίουν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν) καὶ τέλος ὁ λῃστὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ [5] ζευγη-

rum veluti mortuum efferebant: at illi nihil mali acciderat. Deinde Ænianes & Magnetes ſurrexerunt, qui ſaltationem *eam*, quæ ſementiva vocatur, armati exhibebant. Modus autem ſaltationis hic erat: Quidam, armis propè appoſitis, ſementem facit & boum jugum agit, frequenter ſe convertens, quaſi ſibi metueret: *ad eum* accedit prædo: *cui* ille ſtatim præviſo correptis armis occurrit, & ante jugum dimicat: (hi etiam in numerum ad tibiam hæc faciebant) atque tandem prædo, poſtquam ligavit hominem, jugum etiam *unà cum ipſo* abigit. Nonnunquam & ju-

1 Μετὰ τοῦτο] MS. Eton. Μετὰ τύτυς &c. *Athen.* loco jam ſæpè cit. Μετὰ τῦτον &c.

2 Ὠρχοῦντο τὴν καρπαίαν] *Heſych.* Κάρπια, ὄρχησις Μακεδονική. Repone, Καρπαία. *Phavor.* Καρπαία, εἶδος ὀρχήσεως. *Suid.* Καρπαία· εἶδος ὀρχήσεως· ἔστω Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει. Λέγει ἢ καὶ εἶδος τοιῦτης. *Maxim. Tyr.* diſſert. 12. p. 128. edit. Cant. — ὡς ἐγὼ οὐδὲ τὰ Αἰνειάνων ἀκούσματα ἐπαινῶ, ὅσα ἐν πέτρᾳ εὐφραίνονται Αἰνειᾶνες, οἱ μὲν ὁρῶντες, οἱ ἢ ὁρῶντες. Ἀνδρες δύο μεμῖσθωται μάχεσθαι, ὑποαυλοῦντος ἄλλου. Ὁ μὲν αὐτοῖν γεωργός τέ ἐστι, ἐν ἀρότῳ· ὁ ἢ λῃστὴς, καὶ ὅπλα ἔχει· κεῖται ἢ καὶ τοῦ γεωργοῦ τὰ ὅπλα ἀσχολα. Ἐπειδὰν ἢ ὁ λῃστὴς ἔλθῃ, ἀφέμενος ὁ γεωργὸς τοῦ ζεύγους, ὁρμᾷ ἐπὶ τὰ ὅπλα, συμπεσόντες μάχονται, παίοντες τὰς ὄψεις, καὶ μεμέλφοι τὰ τραύματα καὶ στόματα.

3 Ὁ δ', ἐπειδὰν &c.] MS. Eton. & edit. quædam vet. ὁ δ' ἐπειδὰν προσίδηται &c. *Athen.* ὁ δὲ, ἐπὰν προϊδηται, &c.

4 Καὶ ἔστι ταῦτ' ἐποίουν &c.] *Suid.* Ῥυθμὸς παίξις ἔμμελος ἀκολάστου ἁρμονίας. — Διαφέρει ῥυθμὸς μέτρου τῷ τὸ μὲ ψιλικώτερον εἶναι· τὸ ἢ μέτρον ὑπάρχειν εἶδος τοῦ ῥυθμοῦ. Θεωρεῖται γὰρ ὁ ῥυθμὸς καὶ ἐπὶ τῶν κροτούντων ταῖς χερσὶ ἓ τοῖς ποσί. — Καὶ ἐπὶ αὐλῶν ἓ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὁ ῥυθμὸς λέγεται, συμμετρία ὢν ἓ χρόνου, ἐν ᾧ ἡ κίνησις γίνεται. Adde p. 384. n. 1. Quod ἐν ῥυθμῷ ποιεῖν Græcis eſt, Latinis eſt *in numerum* &c. Virgil. ecl. 6. v. 27.

*Tum verò in numerum Faunóſque ferásque videres*
*Ludere*, &c.

Servius: *In numerum ludere*, i. e. ſaltare ad modum rhythmi & cantilenæ; vel, ad certam modulationem. Adde *Lucret.* l. 2. v. 631. Porrò, *Athen.* exhibet — μάχεται πρὸς ζεύγει ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλόν: cæteris omiſſis.

5 Ζευγηλάτης] In Lexico Gr. Lat. vet. exponitur

λάτης τ' λησιὼ· εἶτα ἅμα μὲν τοῦ βοῦς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει.

Μετὰ τοῦτο Μυσὸς εἰσῆλθεν, ἐν ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ ἔχων πέλτην· καὶ ποτὲ μὲν ὡς δύο ἀντικαθημένων μιμούμενος ὠρχεῖτο, ποτὲ δ' ὡς πρὸς ἕνα ἐχρῆτο ταῖς πέλταις, ποτὲ δ' ἐδινεῖτο καὶ [1] ἐξεκυβίσα, ἔχων τὰς πέλτας· ὥστε ὄψιν ἔχων καλὴν φαίνεσθαι. [2] Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας· καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο· [3] καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. [4] Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες οἱ Μαντινεῖς, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἀρκάδων ἀναστάντες,

garius prædonem *superat*; dein ubi bubus junxit, eum manibus post tergum revinctis agit.

Posteà Mysus ingressus est, utrâque manu peltam tenens; ac modò quidem ità saltabat, ut eum qui cum duobus pugnat adversariis imitaretur, modò peltis *sic* utebatur, quasi cum uno congrederetur; modò se circumagebat & in caput præcipitem se projecit, cùm *nihilominùs* peltas retineret; adeò ut pulchrum spectaculum præbere videretur. Tandem Persico saltabat ritu, collidens peltas; in genua etiam procumbebat, & surgebat: atque hæc omnia in numerum ad tibiam faciebat. *Huic* cùm successissent Mantinenses, ac de cæteris Arcadibus etiam nonnulli sur-

ponitur *Bubulcus*. At *Hesych.* & *Phavor.* Ζευγηλάτης est γηπόνος: Ζευγηλάτης, μεταφάτης, ποιμήν. In *Steph.* & *Constant.* Thes. reperitur vox sine auctore.

1 Ἐξεκυβίσα,] Noster in *Sympos.* haud ità longè ab init. de saltatrice quâdam, Μετὰ δὲ τοῦτο κύκλος εἰσηνέχθη σφαίρισις ξιφῶν ὀρθῶν· εἰς δὲ τοῦτο ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν. Lexicogr. ad verbum hoc citant tantùm *Eurip.* loco non indic. *Phavor.* Κυβιστᾷν κυκλοῦσθαι τὸ ἐπὶ κεφαλῆς ἵπτασθαι — καὶ τὸ ἁπλῶς σὺν γῇ κυλινδεῖσθαι τρέφειν χεῖρας ἢ πόδας. Confer Odyss. δ'. v. 18.

2 Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν &c.] Post illa verba ἐποίει δὲ ὁ ζευγηλάτης τὸν λησιὼ, *Athenæus* subjungit, Καὶ ὅς, φησὶ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας ὤκλαζε, καὶ ἐξανίστατο. In quâ lectione illud τις potissimùm *Stephano* placuit. Sed illud huic inseri loco non opus est. Apud *Athenæum* quidem, cùm ea omisisset omnia, quæ de Myso narrat Noster, necessarium erat. Cæterùm, de saltatione Persicâ vide Dissertat. II. Κ. Π. nostræ præmis. pag. 47. ubi pro Ἀνὼ. l. 5. lege l. 6. Adde *J. Poll.* l. 4. segm. 100.

3 Καὶ ταῦτα πάντα ἐν &c.] Vide paulò antè scripta p. 446. n. 4.

4 Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐπιόντες] Sic rectè MS Eton. cùm editi plerique pessimè repræsentent Ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐμπίπτοντες &c.

ὡξοπλισάμενοι ὡς ἐδυνάμην κάλλιστα, [1] ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι, καὶ ἐπαιώνισαν, καὶ ὠρχήσαντο ὥσπερ [2] ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς παρασκευαῖς. Ὁρῶντες δὲ οἱ Παφλαγόνες, [3] δειναὶ ἐποιοῦντο πάσας τὰς ὀρχήσεις ἐν ὅπλοις εἶναι. [4] Ἐπὶ τούτῳ ὁρῶν ὁ Μυσὸς ἐκπλαττομένους αὐτοὺς, πείσας τῶν Ἀρκάδων τινὰ [5] πεπαμένον

rexiſſent, armis quàm potuerunt elegantiſſimis inſtructi, in numerum incedebant, cùm tibia ipſis *intereà* modum caneret armatæ ſaltationi convenientem, pæanémque canebant, & perinde ſaltabant atque deorum in ſupplicationibus *fieri conſuevit*. Quæ cùm Paphlagones viderent, mirificum *quiddam eſſe* ducebant, ſaltationes *haſce* omnes in armis fieri. Hìc Myſus qui eos videret attonitos, ubi quendam ex Arcadibus, qui ſaltatricem poſſidebat,

1 Ἤεσάν τε ἐν ῥυθμῷ, &c.] Lege modò adlata p. 446. n. 4. & p. 384. n. 1. Si cui porrò libet Socratem audire de ſaltatione diſſerentem, adeat velim Xenophontis *Sympoſ.* Adde *Ariſtoph.* Νεφ. v. 651. ubi vide *Scholiaſt.* Kuſter. not. p. 59. & in primis *Ez. Spanhem.* p. 287 & ſeq.

2 Ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς παρασκευαῖς.] Vox hæc denotat *ſupplicationes* quæ diis fiunt; quod jam olim docuerunt viri eruditiſ. *Ez. Spanh.* Obſerv. in *Callim.* p. 3. & Lamb. Bos *Animad.* ad *Ariſtid.* p. 72. Ariſtoph. Νεφ. v. 306. Καὶ παρασκευάσει μαιμάκτην ἱερώτατον — *Scholiaſt.* Θερσιτείαν πρὸ τοὺς βωμοὺς παρασκευάσει τοῖς θεοῖς καὶ παρασπλάσεις. Hinc ſua deſcripſit *Phavorin.* Ariſtid. p. 148. T. 1. edit. Oxon. παρῆτον μὲν πανηγύρεις ἢ παρασκευὰς τοῖς θεοῖς ἦσαν, &c. Idem p. 239. Θυσίαν ἢ κῶμον ἢ παρασκευὴν ἢ θεραπείαν θεῶν μετὰ &c.

3 Δειναὶ ἐποιοῦντο] *Amaſæus* vertit, *commoti ſunt.* Mihi quidem placuit verſio *Leunclaviana*: quam tamen perinde atque *Amaſ.* improbat *J. Cleric.* art. crit. part. 2. c. 2. "Neuter, inquit, vim vocis adſequutus videtur; quæ ſi poſſet Latinè exprimi, meliùs verteretur *ab uſu communi abhorrens cenſebant.*" Haud ità feliciter. Quod autem vir κελιχώτατος ibidem addit, *Henricum* utique *Stephanum* δεινὸν ποιεῖν exponere *indignè ferre, queri*, id verò alienum eſt. Nam aliud ſonat δεινὸν ἐποίουν, aliud δεινὰ ἐποιοῦντο. Hoc mihi certè phraſis indicare videtur, *Paphlagonas rem, de quâ agitur, in difficillimis atque adeò periculoſis habuiſſe.* Quapropter mox audiunt ἐκπλαττόμενοι. Cæterùm, δεινὸν *mirum* itidem valere videtur *Sophocl.* Ajac. v. 1146.

— δεινόν γ' εἶπας, εἰ Ϲ ζῇς θεμιτόν.

Δειναὶ autem ἐποιοῦντο dixit Atticorum more elegantiſſimorum, qui adjectivis uti pluralibus ſolent, ubi vulgò ſingularia reperiuntur. Vide p. 299. n. 4.

4 Ἐπὶ τούτῳ] MS. Eton. Ἐπὶ τούτοις &c. Mihi vulgata placet ſcriptura; placet &, hoc utique in loco, ejuſmodi expoſitio, quam *Viger.* c. 9. ſect. 4. adfert. *Certum illud tempus*, inquit vir doctus, *& quaſi momentum, quo res aliqua dum fieret aut diceretur, aliquid aliud intervenit,* ἐπὶ τούτῳ *dicitur*: Gallicè *ſur cela*; *ſur* vel *en ces entrefaites.*

5 Πεπαμένον &c.] Etymol. m. in v. Πολυπάμμων. Καὶ παῖσαι τὸ κτῆσαι κυρίως ῥήμματα, καταχρηστικῶς δὲ πᾶν ὁπῶν· καὶ παιπάμενος πολλάκις Ξενοφῶν λέγει ἀντὶ τοῦ κτησάμενος. Adde p. 231. n. 5. & conf. Noſtri *Sympoſ.* loco cit.

ὀρχηστρίδα, εἰσάγει, σκευάσας ὡς ἐδυνάτο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δὲ κούφην αὐτῇ. [1] Ἡ δὲ ὠρχήσατο Πυρρίχην ἐλαφρῶς. Ἐνταῦθα κρότος μὲν πολύς· [2] καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων, εἰ καὶ γυναῖκες συνεμάχοντο αὐτοῖς. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι αὗται καὶ αἱ [3] τρεψάμεναι εἶεν βασιλέα ἐκ τῶν στρατοπέδων. Τῇ μὲν οὖν νυκτὶ ταύτῃ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πορεύουσιν [4] αὐτοὺς εἰς τὸ στράτευμα· καὶ ἔδοξε τοῖς στρατιώταις μήτε ἀδικεῖν Παφλαγόνας, μήτε ἀδικεῖσθαι. Μετὰ τοῦτο οἱ μὲν πρέσβεις ᾤχοντο· οἱ δ' Ἕλληνες, ἐπειδὴ πλοῖα ἱκανὰ ἐδόκει πάρεῖναι, ἀναβάντες ἔπλεον ἡμέραν

*ut id concederet*, induxiſſet, *eam* quàm pulcherrimè poterat ornatam introducit, dato etiam ei ſcuto leviore. Saltabat illa Pyrrhicham agiliter. Ibi tum plauſus ingens *excitatus* erat; & Paphlagones interrogabant, an & mulieres unà cum ipſis pugnam capeſſerent. Reſponderunt illi, has ipſas regem è caſtris ejeciſſe. Et nocti quidem huic finis hic erat *impoſitus*:

Poſtridiè ad exercitum eos adducunt; atque militibus decretum erat, ut neque Paphlagonas injuriâ læderent, neque læderentur *ipſi*. Hoc facto *decreto* legati diſceſſêre: at Græci, quia ſatìs magna navium adeſſe copia videretur, conſcenſis iis diem

1 Ἡ ὃ ὠρχήσατο Πυρρίχην &c.] *J. Poll.* l. 4. ſegm. 96. Πυρρίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως· de quâ conſule *Meurſ.* Miſcel. Lac. l. 2. c. 12. & *Car. de Aquino* Lexicon Milit. Ab armatis, non ſine tubis ac tympanis, peragebatur, cum omni corporum flexu, ad inferendos & declinandos ictus. Lege omnino quæ de eâ ſcripta ſunt *Platonis* de Leg. l. 7. haud procul à fine. Adde *Dionyſ. Hal.* A. R. l. 7. c. 72. Alii alium ejus auctorem ſtatuerunt: Pyrrhum nonnulli Achillis filium, Pyrrhichum alii quendam Laconem, eam inveniſſe putant.

2 Καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων &c.] *Demetr. Phaler.* Περὶ Ἑρμην. p. 82. edit. Oxon. Χρῆται δὲ τῷ ῥητῷ ἔθει καὶ Ξενοφῶν, καὶ αὐτὸς δεινότητος ἐπιτίθησι τὸ χαρίεντος· οἷον ἐπὶ τῶν ἐνόπλων ὀρχηστρίδος· Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν Παφλαγόνος εἰ καὶ αἱ γυναῖκες αὐτοῖς συνεπολέμουν, ἔφη, Αὗται γὰρ καὶ ἔτρεψαν τὸν βασιλέα. Διπλῆ γὰρ ἐμφαίνεται ἡ δεινότης ἐκ τοῦ χαρίεντος· ἢ μὲν, ὅτι οὐ γυναῖκες αὐτοῖς εἵποντο, ἀλλ' Ἀμαζόνες· ἢ δὲ, καὶ βασιλέως, εἰ ἄτως ἦν ἀσθενὴς, ὡς ὑπὸ γυναικῶν φυγεῖν. Vides quàm parum accuratè *Demetrius*, qui dicitur, Noſtri verba citat. Senſum utique auctorum, quos citabant, unicè ſpectabant veteres, de vocibus ipſis earúmque ordine minùs ſoliciti.

3 Τρεψάμεναι] Vide ſis p. 385. n. 3.

4 Αὐτοὺς] *Scil.* Paphlagonum legatos.

καὶ νύκτα πνεύματι καλῷ, ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντες τὴν Παφλαγονίαν. Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Σινώπην, καὶ ὁρμοῦσιν [1] εἰς Ἁρμήνην τῆς Σινώπης. Σινωπεῖς δὲ οἰκοῦσι μὲν ἐν τῇ Παφλαγονικῇ, Μιλησίων δ' ἄποικοι εἰσίν. [2] Οὗτοι ξένια πέμπουσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀλφίτων μὲν [3] μεδίμνους τρισχιλίους, οἴνου δὲ κεράμια χίλια ς πεντακόσια. [4] Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε τριήρεις ἔχων. Καὶ οἱ μὲν στρατιῶται ταῦτα προσεδόκων ἄγοντά τι σφίσιν ἥξειν· ὁ δὲ ἦγε μὲν οὐδέν, ἀπήγγελλετο δὲ ὅτι ἐπαινοίη αὐτοὺς καὶ Ἀναξίβιος ὁ ναύαρχος καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ὅτι ὑπισχνεῖτο Ἀναξίβιος, εἰ ἀφίκνοιντο ἔξω τοῦ Πόντου, μισθοφορὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι.

Καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Ἁρμήνῃ ἔμειναν ὡς στρατιῶται ἡμέρας πέντε. Ὡς δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐδόκουν ἐγγὺς γίγνεσθαι, ἤδη

ac noctem vento ſecundo navigabant, cùm Paphlagoniam ad ſiniſtram haberent. Altero *die* Sinopen perveniunt, & *naves* ad Harmenen Sinopes appulerunt. Sinopenſes agro Paphlagonum habitant, & Mileſiorum ſunt coloni. Mittunt hi Græcis hoſpitalia munera, farinæ medimnos ter mille, vini amphoras mille, quingentas. Atque huc Cheriſophus cum triremibus venit. Et milites quidem *id futurum* ſperabant, ut, cùm veniret, ipſis aliquid adferret: at nihil adferebat ille, ſed *duntaxat* renuntiabat eos tum Anaxibium navarchum tum cæteros collaudare, *eundém*que Anaxibium pollicitum eſſe, ſi è Ponto excederent, ſtipendium ipſis fore *numeratum*.

Ac apud Harmenen *quidem* illam dies quinque commorati ſunt milites. Cúmque propiùs ſibi à Græciâ viderentur abeſſe, jam

1 Εἰς Ἁρμήνην] Scribitur aliàs ſæpè nomen Ἁρμένη, & cum ſpiritu leni, *Stephan. Byzant.* Ἁρμένη, κώμη Παφλαγονίας — Παρὰ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεως, Ἁρμήνῃ δ' ἡ. ubi reponendum, opinor, ἐν Ἀναβάσεως ἕκτῃ vel ς'. cùm alibi ferè ſoleat *Steph.* librum cujuſque operis citare. Sed de Harmene plura in *Diſſ. Geogr.*

2 Οὗτοι ξένια πέμπουσι] Inſpice pag. 349. n. 3.

3 Μεδίμνους — κεράμια] Conſule Indic. ejuſmodi vocibus exponendis deſtinatum.

4 Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα &c.] Reſpice p. 354 & ſeq.

μᾶλλον ἢ πρόσθεν [1] εἰσῄσῃ αὐτὸς, ὅπως ἂν ἢ ἔχοιτές τι οἴκαδε ἀφίκοιντο. Ηγήσαιτο ἄν, εἰ ἕνα ἕλοιντο ἄρχοντα, μᾶλλον ἂν, ἢ [2] πολυαρχίας ὄσης, δύνασθαι τ' ἕνα [3] χρῆσθαι τῷ στρατεύματι ἢ νυκτὸς ἢ ἡμέρας· ἢ εἴ τι δέοι λανθάνειν, μᾶλλον ἂν ἢ κρύπτεσθαι· ἢ εἴ τι αὖ δέοι φθάνειν, ἧττον ἂν [4] ὑστερίζειν· ὁ γὰρ ἂν λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ τὸ δόξαν τῷ ἑνὶ περαίνεσθαι ἄν· τ' ἂν πρόσθεν χρόνον [5] ἐκ τ' νικώσης ἔπραττον πάντα οἱ στρατηγοί. Ως ταῦτα διενοοῦντο, ἐπῆσαν τὸν τ' Ξενοφῶντα· ἢ οἱ λοχαγοὶ ἔλεγον, τοιαῦτα ὑμῖν, ὅτι ἡ στρατιὰ οὕτω γινώσκει· καὶ εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος ἕκαστός τις ἔπειθεν αὐτὸν ὑποστῆναι τὴν ἀρχήν. Ο δὲ Ξενοφῶν [6] τῇ μὲν ἐβούλετο ταῦτα,

magìs quàm anteà ſubiit animos eorum *cogitatio*, quonam modo fieri poſſet ut domum *lucelli* aliquid nacti pervenirent. Exiſtimabant ergo, ſi unum *ſibi* in principem eligerent, magìs, quàm ſub multorum principatu, poſſe illum unum exercitûs uti operâ tam noctu quàm die; & ſi quid latere oporteret, magìs etiam occultare poſſe; ac ſi quid porrò antevertendum eſſet, minùs occaſioni defuturum: nec enim colloquiis inter ſe opus fore, ſed quod uni decretum eſſet *id* perfici; ſuperiore verò tempore duces omnia ex ſententiâ quæ vicerat gerebant. Cùm hæc cogitarent, ad Xenophontem ſe convertebant; & cohortium præfecti, eum cùm adiiſſent, exercitum ſic ſtatuere aiebant; ac benevolentiam unuſquiſque ſuam *erga eum* declarans, eum, ut principatum ſuſciperet, ſuadebat. Et Xenophon idcirco quidem hæc volebat,

1 Εἰσῄσῃ αὐτὸς, &c.] Intellige φροντὶς, ἔννοια, vel aliam vocem iſtis adfinem. Pleniùs *Ælian.* H. V. l. 12. c. 1. Ἐκ δὴ τούτων εἰσῄσῃ τῷ Ἀπαισίων μνήμη &c.

2 Πολυαρχίας &c.] *Homero* Il. β'. v. 204. eſt πολυκοιρανίη. In lexicis autem ſtat ἀδιαστάτως.

3 Χρῆσθαι τῷ στρατεύματι] Pleniùs Noſter K. Π. p. 2. — χρῆσθαι πειθομένοις &c. ubi tamen vide notata in *Addend.*

4 Ὑστερίζειν.] Schol. in *Thucyd.* l. 6. c. 69. Ὑστέριζον μὲν ἦγον, ὕστερον ἦρχοντο. Ad verbum ſonat *tardiùs, quàm par fuerit, aliquò pervenire*; vel, — *aliquid perficere.*

5 Ἐκ τῆς νικώσης] *Scil.* γνώμης. Eadem vox paſſim ellipſin patitur. *Thucyd.* lib. 2. c. 43. Κοινῇ γὰρ &c. *Scholiaſt.* γνώμῃ δηλονότι. Poteſt etiam exaudiri ψήφου, de cujus ellipſi vide p. 64. n. 1. Lege omnino *Grot.* de B. & P. l. 6. c. 5. ſect. 17.

6 Τῇ μὲν] Valet hìc τούτῃ μέν· *Moſchopul.* & *Phavor.* τῇ, ἀντὶ τούτῃ. i. e. *ideò*, vel *eatenus.*

νομίζων καὶ τὴν τιμὴν μείζω οὕτως ἑαυτῷ γίνεσθαι [1] καὶ παρὰ τοῖς φίλοις, καὶ εἰς τὴν [2] πόλιν τοιοῦτον μεῖζον ἀφίξεσθαι αὐτόν· τυχὸν δὲ καὶ ἀγαθοῦ τινος ἂν αἴτιος τῇ στρατιᾷ γένοιτο.

Τὰ μὲν δὴ τοιαῦτα ἐνθυμήματα ἐπῆρεν αὐτὸν ἐπιθυμεῖν αὐτοκράτορα γενέσθαι ἀρχῆς. Ὁπότε δ' αὖ ἐνθυμοῖτο ὅτι ἄδηλον μὲν παντὶ ἀνθρώπῳ ὅπη τὸ μέλλον ἔξει, μάλιστα δὲ τοῦτο δὲ κίνδυνος εἴη μὴ καὶ τὴν προειργασμένην δόξαν ἀποβάλοι, ἠπορεῖτο. Ἀποσκοπῶν οὖν αὐτῷ μάλιστα, ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς θεοῖς ἀνακοινῶσαι· καὶ παρῆσαν δύο ἱερεῖς, ἐθύετο τῷ [3] Διὶ τῷ Βασιλεῖ, ὅσπερ αὐτῷ [4] μαντευτὸς ἐγένετο ἐν Δελφοῖς· [5] καὶ τὸ ὄναρ δὴ ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ ἐνόμιζεν ἐωρακέναι,

quòd exiſtimaret cùm apud amicos majorem ità honorem ſibi habitum, tum nomen ipſius ſuam ad civitatem amplius perventurum; forſan etiam futurum ut emolumenti aliquid *ipſe* exercitui adferret.

Hujuſmodi ſanè cogitationes eum ad munus imperatoris, qui ſuo unus arbitrio res adminiſtraret, expetendum incitabant. Contrà verò cùm ſecum perpenderet nulli non homini obſcuros eſſe futuros eventus, ideóque periculum eſſe nè gloriam priùs partam amitteret, hæſitabat. Cùm *ità* quidnam eligendum eſſet dubitaret, viſus eſt ſibi rectiſſimè facturus, ſi deos conſuleret: itaque duobus ſacerdotibus adhibitis, Jovi regi rem ſacram faciebat, qui *oraculo* Delphis *edito* ipſi fuerat præſignificatus; & ab eodem ſanè deo ſomnium illud *profectum* vidiſſe ſe exiſtimabat,

1 Καὶ] Deeſt in MSto Eton.

2 Πόλιν τέκνωμα &c.] Vide p. 172. n. 2. & p. 178. n. 2.

3 Διὶ τῷ Βασιλεῖ,] Jovis hujuſce meminit *J. Poll.* l. 8. ſegm. 122. & templi eidem dicati *Pauſan.* l. 9. c. 39. Eundem hoc titulo (quod monuit Cel. *Grammius*) apud Athenienſes coli ſolitum indicant *Harpocrat. Heſych.* & *Phavor.* ad Βασιλεῖ πρό. Cæterùm, Δία ἐπίκλησιν Σωτῆρα vidimus ſuprà pag. 349. Illi verò Xenophontem, utpote Athenienſem, vota ſua commendare Delphorum juſſit oraculum.

4 Μαντευτὸς] Vocem hanc non agnoſcit *Conſtant.* ad eandem *Stephanus* citat *Syneſium*, præterea neminem. Confer p. 186.

5 Καὶ τὸ ὄναρ δὴ &c.] Lege p. 187 & ſeq.

ὃ εἶδεν ὅτε [1] ἦρχετο ἐπὶ τὸ συνεπιμελεῖσθαι τ' στρατιᾶς καθίστασθαι. Καὶ ὅτε ἐξ Ἐφέσου δὲ ὡρμᾶτο [2] Κύρῳ συστησόμενος, [3] αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο ἑαυτῷ δεξιὸν φλεγόμενον, καθήμενον μέντοι, [4] ὅπερ ὁ μάντις προπέμπων αὐτὸν ἔλεγεν, ὅτι μέγας μὲν οἰωνὸς εἴη καὶ [5] οὐκ ἰδιωτικὸς, καὶ εὐδοξοῦν, ἐπίπονον μέντοι· τὰ γὰρ ὄρνεα μάλιστα ἐπιτίθεσθαι τῷ αἰετῷ καθημένῳ· οὐδὲν μέντοι χρηματιστικὸν εἶναι τὸν οἰωνόν· [6] τὸν γὰρ αἰετὸν πρεπετόμενον μᾶλλον λαμβάνειν τὰ ἁρπάδεια. [7] Οὕτω δὲ θυομένῳ αὐτῷ λα-

quod vidit quo tempore fuerat ad curam exercitûs unà cum aliis gerendam conſtitutus. Et cùm ex Epheſo egreſſus eſſet, ut Cyro commendaretur, recordabatur aquilam ſibi dextram *oblatam* quæ clangorem edebat, ſedebat tamen, quod vates, eum qui comitabatur, augurium eſſe dixerat magnum, miniméque privatum in hominem cadere; *idém*que eſſe glorioſum, at laborioſum tamen: *cæteras* enim aves ſedentem aquilam maximè adgredi: neque verò lucri quid portendere hoc augurium; potiùs enim circumvolitantem aquilam alimenta rapere *ſolitam*. Ei itaque

1 Ἦρχετο] Adi p. 177. n. 1.

2 Κύρῳ συστησόμενος,] Reſpice p. 187.

3 Αἰετὸν ἀνεμιμνήσκετο &c.] Et ex oſcinum cantu, & è præpetum volatu veteres auguria captâſſe, notiſſimum eſt. Vide ſis *Cicer.* epiſt. l. 6. epiſt. 6. & *Virgil.* Æneïd. l. 3. v. 361. & *J. F. Gronov.* & *Serv.* ad loca. Adde *A. Gell.* l. 6. c. 6. Aquilam in primis magnarum rerum auſpicia facere putârunt. Noſter K. Π. p. 100. de præpete: ἐπεὶ ᾧ αὐτοῖς αἰετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο, προσευξάμενοι &c. & p. 160. αὐτὸς δ' ἐπιπτάμενος αἴσιος &c. ubi vide n. 1. Adde *Theocrit.* Idyl. 17. v. 71. Dextrâ autem quæ à parte erant conſpectæ, Græci fauſtas ducebant. *Homer.* Il. ν'. v. 821 & ſeq.

Ὡς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις,
Αἰετὸς ὑψιπέτης· ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς Ἀχαιῶν,
Θάρσεος οἰωνῷ· —Adde Il. ω'. v. 310 & ſeq. Dextram verò partem fuiſſe eam, quæ ſolem orientem ſpectabat, ex Il. μ'. v. 239 & ſeq. liquidò conſtat. Lege omnino *Archæol. Gr.* l. 2. c. 15.

4 Ὅπερ] Sic ſcribendum cenſui: unde exoritur dictionis Atticæ elegantia, quam ſæpè ſuprà notavimus. Sic p. 86. Καὶ γὰρ ἤδει αὐτὸν, ὅτι μέσον &c. ubi vide n. 3. Adde pag. 426. n. 6. & loca ibi citata. Hactenùs legebatur ὥσπερ, quod in ὅπερ mutatum voluit *Leunclav.*

5 Οὐκ ἰδιωτικὸς,] I. e. ad eum unicè pertinere, qui publico fungeretur officio. Vide, ſi libet, p. 220. n. 5.

6 Τὸν γὰρ αἰετὸν πρεπετόμενον &c.] Conſule *Archæol. Gr.* l. 2. c. 15.

7 Οὕτω δὲ θυομένῳ &c.] Ad illa jam redit, quæ modò his expoſuerat verbis,—ἐθύετο τῷ Διὶ τῷ &c.

φανῶς ὁ θεὸς σημαίνοι μήτε προσδέεσθαι τῆς ἀρχῆς, μήτ', εἰ [1] αἱροῖντο, ἀποδέχεσθαι. Τοῦτο μὲν δὴ οὕτως ἐγένετο. Ἡ δὲ στρατιὰ συνῆλθε, καὶ πάντες [2] ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι· καὶ ἐπεὶ τοῦτο ἔδοξε, [3] προεβάλλοντο αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι ὅτι αἱρήσονται αὐτὸν, εἷς τις [4] ἐπιψηφίζοι, ἀνέστη, καὶ ἔλεξε τάδε·

"Ἐγὼ, ὦ ἄνδρες, ἥδομαι μὲν ὑπὸ ὑμῶν τιμώμενος, εἴπερ
"ἄνθρωπός εἰμι, καὶ χάριν ἔχω, καὶ εὔχομαι δοῦναί μοι τοὺς θεοὺς
"αἴτιον τινὸς [5] ὑμῖν ἀγαθοῦ γενέσθαι· τὸ μέντοι ἐμὲ προχει-
"ρῆναι ὑφ' ὑμῶν ἄρχοντα, [6] Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόν-
"τος, οὔθ' ὑμῖν, οὔτ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι, ἀλλ' ἧττον
"ἂν μοι τοῦτο [7] τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ' αὐτῶν· ἐμοὶ δ' οἶ-

sacrificanti apertè significavit deus, magistratum *hunc* neque expetere *eum oportere*, neque, si *eum* legerent, suscipere. Et hoc quidem sic accidit. Cæterùm convenit exercitus, omnésque *adeò* unum esse deligendum aiebant: atque hoc ubi decretum fuisset, ipsum *Xenophontem eligendum* proponebant. Cùm autem palàm adpareret futurum ut ipsum deligerent, si quis suffragia *illorum* exquireret, surrexit, & in hanc sententiam loquutus est:

"Equidem, viri, lætitiam ex honore, quo à vobis adfectus
"sum, percipio, siquidem homo sum, & gratias *vobis* habeo,
"deósque precor eam mihi facultatem dent, ut vobis boni ali-
"cujus auctor existam: verùm me ante alios imperatorem à vo-
"bis designari, cùm Lacedæmonius *nobis* adsit, neque ex re ve-
"strâ, neque ex meâ esse videtur, sed minùs vos propterea ab
"eis *aliquid* impetraturos, si quid *eos* rogetis; mihi verò non ad-

1 Αἱροῖντο,] Confer p. 441. n. 1.

2 Ἔλεγον ἕνα αἱρεῖσθαι.] Vide p. 431. n. 4.

3 Προεβάλλοντο] Eam verbi hujus significationem, quam versio exhibet, exemplis adlatis confirmat *Budæus* Comm. L. G. pàg. 453 & seq.

4 Ἐπιψηφίζοι,] Consule p. 417. n. 7.

5 Ὑμῖν] Ità legendum rectè conjecit *Muretus*. Vulgò scribitur ὑμῶν.

6 Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς &c.] Vide p 222.n.7.

7 Τυγχάνειν, εἴ τι δέοισθε, παρ' &c.] Distinctio ponenda videtur post δέοισθε, quæ aliis in libris omittitur.

"ὃ [1] πάνυ τι νομίζω τοῦτο ἀσφαλὲς εἶναι. [2] Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τῇ
"πατρίδι μου ὁ πρόσθεν ἐπαύσασθαι πολεμοῦντες, πρὶν ἐποίησ[c]
"πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίους καὶ αὐτῶν ἡγε-
"μόνας εἶναι. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν, εὐθὺς ἐπαύσασθαι πο-
"λεμοῦντες, καὶ οὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. Εἰ οὖν
"ταῦτα ἐγὼ ὁρῶν δοκοίην, ὅπου δυναίμην, ἐνταῦθ' ἄκρον
"ποιεῖν τὸ ἐκείνων ἀξίωμα, ἐκεῖνο [3] ἐννοῶν, μὴ λίαν ἂν ταχὺ
"σωφρονισθείην. [4] Ὃ δ' ὑμεῖς ἐννοεῖτε, [5] ὅτι ἥπιον ἂν εἴη
"ἑνὸς ἄρχοντος ἢ πολλῶν, εὖ ἴσθι ὅτι ἄλλον μοὶ ἑλόμενοι οὐκ
"εὑρήσετέ με στασιάζοντα· νομίζω γὰρ ὅτι ὅστις ἐν πολέμῳ ὢν
"στασιάζει πρὸς ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν στασιάζει· ἂν
"δ' ἐμὲ ἕλησθε, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι εἰ ἵνα εὕρητε καὶ ὑμῖν
"καὶ ἐμοὶ ἀχθόμενον."

"modùm hoc fore tutum exiſtimo. Video enim priùs ipſos non
"feciſſe finem gerendi adverſùs patriam meam belli, quàm ci-
"vitatem totam confiteri coëgiſſent, Lacedæmonios ipſorum
"etiam duces eſſe. Hoc autem ubi confeſſi ſunt, bello ſtatim fi-
"nem impoſuerunt, nec ampliùs urbem *noſtram* oppugnârunt.
"Si ergo cùm hæc perſpiciam *nihilominus* viderer, ubicunque poſ-
"ſim, illorum ibi auctoritatem irritam facere, id *utique* mecum
"reputo *ſolicitus*, nè celeriter admodùm ad ſanam mentem re-
"ducar. Quod autem vos cogitatis, minus ſeditionum fore in
"unius quàm multorum imperio, certò ſciatis *velim*, ſi alium
"deligatis, vos me ſeditioſum nequaquam reperturos: arbitror
"enim illum, qui ſe in bello contra imperatorem ſeditiosè gerit,
"adverſùs ſuam ipſius ſalutem ſeditioſum eſſe: quòd ſi me de-
"legeritis, mirum mihi non erit, ſi quem tam vobis quàm mihi
"offenſum inveniatis."

1 Πάνυ τι &c.] Conſule K. Π. p. 1. & in *Addend.* ſcripta p. 672. ad v. πάντη.

2 Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ &c.] Videndi *Thucyd.* & Noſter in *Hiſt. Gr.* paſſim. Adde p. 222. n. 7.

3 Ἐννοῶν,] Reſpice p. 277. n. 4.

4 Ὃ δ' ὑμεῖς] Adi p. 401. n. 4.

5 Ὅτι ἥπιον ἂν στάσις εἴη ἑνὸς &c.] Sententiam verſùs *Homerici*, qui ſecundæ rhapſodiæ 204 eſt, ſæpè exprimunt auctores. Vide ſis *C. Nep.* in vitâ *Dion.* ſect. 6.

Επεὶ ὴ ταῦτ' εἶπε, πολὺ πλέονες ἐξανίσαντο, λέγοντες ὡς δέοι αὐτὸν ἄρχειν. Αγασίας ὴ ὁ Στυμφάλιος εἶπεν ὅτι γελοῖον εἴη, [1] εἰ ὅτως ἔχοι, ὡς ὀργιοῦνται Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐὰν συνδειπνοι συνελθόντες μὴ Λακεδαιμόνιον συμποσίαρχον αἱρῶνται· [2] ἐπεὶ εἰ ὅτω γε τοῦτ' ἔχοι, ἔφη, οὐδὲ λοχαγεῖν ἡμῖν ἔξεσιν, ὡς ἔοικεν, ὅτι Αρκάδες ἐσμέν. Ενταῦθα δὴ, [3] ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Αγασίου, ἀνεθορύβησαν.

Καὶ ὁ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ ἐώρα πλέιονας ἐνδέον, παρελθὼν εἶπεν, "Αλλ', ὦ ἄνδρες, [4] ἔφη, ὡς πάνυ εἰδῆτε, "[5] ὀμνύω ὑμῖν θεοὺς πάντας καὶ πάσας, ἥ μοι ἐγὼ, ἐπεὶ τὴν ὑμετέραν γνώμην ἠσθανόμην, [6] ἐθυόμην εἰ βέλτιον εἴη ὑμῖν τε ἐμοὶ ὀπτεύσαντι ταύτην τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐμοὶ

Posteaquam hæc loquutus esset, multo plures exsurgebant, qui *ei* munus imperatorium suscipiendum dicerent. Et Agasias Stymphalius ridiculum aiebat esse, si ità res se habeat, Lacedæmonios utique fore irritatos, etiam si convivæ congressi alium quàm Lacedæmonium convivii magistrum deligant: nam si hoc ità se habeat, inquit, nè nobis quidem esse cohortium præfectis licebit, utì videtur, quippe qui simus Arcades. Tum verò, quasi rectè loquutus esset Agasias, admurmurârunt.

Et Xenophon, cùm videret pluribus opus esse, progressus *in medium* ait, "At verò, milites, ut planè rem intelligatis, vobis "per deos & deas omnes juro, me certè, posteaquam voluntatem "vestram perspexissem, mactatis hostiis *per exta* quæsîsse, vobis"ne satius esset imperium hoc mihi committere, ac mihi *illud*

1 Εἰ ὅτως ἔχοι, ὡς ὀργιοῦνται &c.] Sic editio *Steph.* MS. Eton. dat — ἔχοι, ὀργιοῦνται &c. Reponendum censuit *Leuncl.* — ἔχοι, ὡς σὺν ὀργιοῦνται &c. unde sensum hunc elicit, *Si soli Lacedæmonii habere imperium debent, ridiculum sit, non tunc etiam ipsos irasci, cùm nonnullis, ut undè prandeant, convenientibus, magisterium convivii Lacedæmonio non deferatur.*

2 Επεὶ εἰ ὅτω γε &c.] De voce primâ vide p. 196. n. 4. Cæterùm, loci scripturam MS. Eton. integram servavit: cùm libri editi perperam repræsentent, ἐπεὶ ὅτω γε τοῦτ' ἔφη, &c.

3 Ως εὖ εἰπόντος &c.] Vide p. 354. n. 5.

4 Εφη,] Adi p. 165. n. 5.

5 Ομνύω — ἥ μοι] Respice p. 144. n. 3.

6 Εθυόμην, εἰ &c.] Lege p. 414. n. 3.

"ὑωσῆναι· ἢ ἐμοὶ οἱ θεοὶ ὅπως ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐσήμηναν, ὡς
"ἢ ἰδιώτιμι ἂν γνῶναι, ὅτι ταύτης τ μοναρχίας ἀπέχεσθαί με
"δεῖ." Οὕτω δὴ Χειρίσοφον αἱροῦνται. Χειρίσοφος δ' ἐπεὶ
ἡρέθη, προελθὼν εἶπεν, "Αλλ', ἔφη, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν ἴσε
"ὅτι οὐκ ἂν ἔγωγε ἐστασίαζον, εἰ ἄλλον εἵλεσθε. Ξενοφῶντα
"μὲν, ἔφη, ὠνήσατε οὐχὶ ἑλόμενοι· ὡς καὶ νεῦ Δέξιππος
"ἤδη διέβαλεν αὐτὸν πρὸς Ἀναξίβιον ὅ, τι ἐδύνατο, [1] καὶ
"μάλιστα ἐμοῦ αὐτὸν σιγάζοντος. Ὃ ἔφη νομίζειν αὐτὸν Τι-
"μασίωνι μᾶλλον συνάρχειν ἐθελῆσαι Δαρδανεῖ ὄντι τοῦ Κλεάρ-
"χου στρατεύματος, ἢ ἑαυτῷ, Λάκωνι ὄντι. Ἐπεὶ μέντοι ἐμὲ
"εἵλεσθε, ἔφη, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ὅ, τι ἂν δύνωμαι ὑμᾶς ἀγα-
"θὸν ποιεῖν. [2] Καὶ ὑμεῖς ὅτῳ πρόθυμοι εἶναι, ὡς ἄριστον, ἐὰν
"πλοῦς ᾖ, [3] ἀναξόμεθα· ὁ δὲ πλοῦς ἔσται εἰς Ἡράκλειαν· ἅπαν-

"*ipſum* ſuſcipere: deóſque *adeò* ſic mihi in extis *rem omnem* ſig-
"nificâſſe, ut vel *extiſpicii* rudis intelligeret, ab hoc ſingulari
"imperio mihi abſtinendum eſſe." Ità demum Cheriſophum de-
ligunt. Et Cheriſophus poſteaquam delectus eſſet, *in medium*
progreſſus ait, "At ſcitis hoc certè, milites, nullam me ſeditio-
"nem excitaturum fuiſſe, ſi alium delegiſſetis. Cum Xeno-
"phonte quidem à vobis benè actum eſt, quòd eum non legiſtis:
"quippe eum modò Dexippus apud Anaxibium, quantum potuit,
"criminatus eſt, cùm ipſe maximè eum obticere juberem. Aie-
"bat autem exiſtimare ſe malle eum in munere imperatorio col-
"legam habere Timaſionem Dardanium de Clearchi exercitu,
"quàm ſe *natione* Laconem. Cùm verò me delegeritis, ait, co-
"nabor & ipſe quantum in me erit vobis commodare. Et vos
"*quidem* ſic voſmet comparate, ut cras, ſi *commodè* navigare li-
"ceat, ſolvamus: Heracleam autem navigandum erit; omni-

1 Καὶ μάλιστα ἐμοῦ &c.] MS. Eton. ἢ μάλα ἐμοῦ αὐτὸν δεξάζοντος. Sed vulgatam lectionem ſtabilit *Heſychius*: Σιγάζοντος, Ξενοφῶν δὲ Ἀναξιβίου ἐπὶ τοῦ σιγᾶν λιπαροῦντος. Scribe λιπαρῶντος.

2 Καὶ] Conſule p. 267. n. 4.

3 Ἀναξόμεθα.] Confer p. 425. n. 2.

" Ἂς ἂν δὴ σημῆσε πειρᾶσθαι ἥκειν· τὰ δὲ ἄλλα, ἐπειδὰν σημῆσε
" ἔλθωμεν, βουλευσόμεθα."

Ἐντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ γῆν. Καὶ παραπλέοντες [1] ἐθεώρουν τήν τ' Ἰασωνίαν ἀκτὴν, ἔνθα ἡ Ἀργὼ λέγεται ὁρμίσασθαι, καὶ τοὺς ποταμῶν τὰ στόματα· πρῶτον μὲν τὸν Θερμώδοντος, ἔπειτα δὲ τὸν Ἅλυος, μετὰ δὲ τοῦτον τὸν Παρθενίου· τοῦτον δὲ παραπλεύσαντες, [2] ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, πόλιν Ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δ' [3] ἐν τῇ Μαριανδηνῶν χώρᾳ. Καὶ ὡρμίσαντο παρὰ τὴν Ἀχερουσιάδι Χερρόνησον· ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς διὰ τοῦ Κέρβερον κυνὰ καταβῆναι· [4] ὃ νῦν τὰ σημεῖα δεικνύουσι τοῦ καταβάσεως, τὸ βάθος πλέον ἢ διὰ δύο σταδίων. Ἐνταῦθα τοῖς Ἕλλησιν οἱ

" búſque adeò danda eſt opera ut eò perveniant: de cæteris,
" cùm eò pervenerimus, conſultabimus."

Indè poſtero die cùm vento ſecundo ſolviſſent, biduum propter oram navigabant. Ac dum propter *eam* navigabant, litus Jaſonium adſpectabant, ad quod Argo fertur adpuliſſe, *itém*que fluminum oſtia; primùm Thermodontis, deinde Halyos, deinde Parthenii: hunc autem prætervecti, Heracleam perveniunt, urbem Græcam, Megarenſium coloniam, in Maryandenorum agro ſitam. Et portum propter Acheruſiadem Cherſoneſum capiebant; ubi dicitur Hercules ad Cerberum canem deſcendiſſe; quo nunc etiam loco monſtrant *incolæ* deſcenſûs monumenta, voraginem plus quàm duo ſtadia altam. Mittunt huc Græcis Hera-

1 Ἐθεώρουν τήν τ' Ἰασωνίαν &c.] Conf. *Strab.* l. 11. p. 798. *Apollon. Rhod.* Argon. l. 2. extr. & *Orph.* Argon. v. 780 & ſeq.

2 Ἀφίκοντο εἰς Ἡράκλειαν, &c.] *Diodor. Sic.* l. 14. p. 261. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Σινωπῆς φιλοφρόνως αὐτοὺς ξενίσαντες, ἐπέπεμψαν αὐτοὺς καὶ θαλάτταν εἰς Ἡράκλειαν Μεγαρέων ἄποικον· ἣ καθορμίσθη παρὰ τὸν τῆς Ἀχερουσίας χέρρονησον, ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. Vide celeb. *Montfauc.* Antiq. T. 1. part. 2. p. 216.

3 Ἐν τῇ Μαριανδηνῶν &c.] Nomen hoc aliter ſcriptum videre eſt K. Π. p. 5. *Dionyſ. Perig.* v. 787.

Παφλαγόνες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠιόνεσσι νέμονται,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον· οἵθ' ὑπέρασπιν
Οὐδαίου Κρονίδαο μέγαν κυνὰ, χαλκεόφωνον,
Χερσὶν ἀνιηκόμοιο μεγαλόφρονος Ἡρακλῆος,
Δεινὸν &c. Adde *Mel.* l. 1. c. 19.

4 Οὗ] MS. Eton. ᾗ. Cæterùm, de verbo δείκνυσι vide p. 441. n. 1.

Ηρακλεῶται ξένια πέμπουσιν, ἀλφίτων μεδίμνους τρισχιλίους, καὶ οἴνου κεράμια δισχίλια, καὶ βοῦς εἴκοσι, ϛ̄ ὄϊς ἑκατόν. Ενταῦθα μὲν τοῦ πεδίου ῥεῖ ποταμὸς, Λύκος ὄνομα, εὖρος ὡς δύο πλέθρων.

Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεχθέντες [1] ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν πορείαν πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ [2] πορεύεσθαι ἐκ τοῦ Πόντου. Ἀναστὰς δὲ Λύκων Ἀχαιὸς, εἶπε, [3] "Θαυμάζω μὲν, ὦ ἄν-"δρες, τοὺς στρατηγοὺς, ὅτι οὐ πειρῶνται ἡμῖν ἐκποριζειν [4] σιτηρέ-"σιον· τὰ μὲν γὰρ ξένια οὐ μὴ γένηται τῇ στρατιᾷ τριῶν ἡμερῶν "σῖτα· ὁπόθεν δ' ὑποσιτισόμενοι πορευσόμεθα οὐκ ἔστιν, ἔφη. "Εμοὶ γοῦν [5] δοκεῖ αὐτῶν τοὺς Ηρακλεώτας μὴ ἔλαττον ἢ τρισχιλίους

cleotæ hoſpitalia munera, farinæ ter mille medimnos, vini bis mille amphoras, viginti boves, oves centum. Labitur ibi per campum amnis, *cui* nomen Lycus, latitudine duûm ferè plethrorum.

At milites *unum in locum* congregati deliberabant utrùm terrâ *potiùs* an mari reliquum iter è Ponto conficiendum eſſet. Cùm autem Lycon Achæus ſurrexiſſet, *in hanc ſententiam* loquutus eſt, "Miror equidem, viri, duces operam non dare ut ſtipendium ad "victum parandum nobis ſuppeditent: nam dona *quæ accepimus* "hoſpitalia in trium dierum victum exercitui nequaquam ſuppe-"tent; nec *locus* eſt *ullus*, inquit, unde frumentum, *ejus utique* "*ſi cauſâ* proficiſcemur *aliquò*, referamus. Quapropter arbitror "ab Heracleotis petendos nobis eſſe non minùs ter mille Cyzi-

1 Ἐβουλεύοντο τῷ λοιπῷ &c.] Vulgò ponitur diſtinctio poſt πορείαν, quaſi vox hæc ſimiliter cum ἐβουλεύοντο conſtrueretur, atque ſuprà paulò p. præced. τὰ ἄλλα cum βουλευόμεθα. Malim ipſe τῷ πορείαν cum πορεύεσθαι conjungere: nec alia, opinor, *Stephani* fuit ſententia; quippe qui locum ità diſtinxit, Οἱ δὲ στρατιῶται συλλεγέντες ἐβουλεύοντο, τῷ λοιπῷ πορείαν πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ &c. Vide ſis p. 354. n. 2.

2 Πορεύεσθαι] Vide p. 372. n. 1.

3 Θαυμάζω — τοὺς στρατηγοὺς] Similiter *Iſocrat.* Panegyr. ineunte, Πολλάκις ἐθαυμάσαμεν τῶν τοὺς πανηγύρεις συναγαγόντων, &c. Quibus cum genitivis intelligas forſan oportet ἕνεκα vel χάριν.

4 Σιτηρέσιον] Eſt, *Heſychio* exponente, ἐφόδιον. *Harpocrat.* eſt, τὸ διδόμενον τισὶ εἰς τροφήν. Hanc interpretationem in lexica ſua tranſtulêre *Suidas* & *Phavorinus*.

5 Δοκεῖ αὐτῶν] Vide p. 454. n. 2.

"[1] Κυζικηνός." Αλλος δ' εἶπε, μηνὸς μισθὸν μὴ ἔλαττον ἢ μυρίους· καὶ ἑλομένους πρέσβεις αὐτίκα μάλα ἡμῖν καθημένων πέμπειν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ εἰδέναι ὅ, τι ἂν ἀπαγγέλλωσι, καὶ πρὸς ταῦτα βουλεύεσθαι. Ενταῦθεν [2] προσκάλλοντο πρέσβεις, πρῶτον μὲν Χειρίσοφον, ὅτι ἄρχων ἥρητο· εἰσὶ δ' οἱ καὶ Ξενοφῶντα· οἱ δ' ἰσχυρῶς ἀπεμάχοντο· ἀμφοῖν γὰρ [3] ταυτὰ [4] ἐδόκει μὴ ἀναγκάζειν [5] πόλιν Ελληνίδα καὶ φιλίαν, ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν. Επεὶ δ' οὖν ὅτοι ἐδόκουν ἀπρόθυμοι εἶεν, πέμπουσι Λύκωνα Αχαιὸν, καὶ Καλλίμαχον Παρράσιον, καὶ Αγασίαν Στυμφάλιον. Οὗτοι ἐλθόντες ἔλεγον τὰ δεδογμένα, τὸν δὲ Λύκωνα [6] ἔφασαν καὶ ἐπαπειλεῖν, εἰ μὴ [7] ποιήσουσιν

"cenos." Alius autem aiebat menſtruum ſtipendium, non minùs decies millia *Cyzicenorum*, *petendum:* legatos etiam deligendos nobiſque *hìc* ſedentibus quamprimùm ad civitatem mittendos, ut quid *nobis* renuntient intelligamus, & ad hoc conſilia *noſtra* adcommodemus. Ibi tum legatos deſignârunt, primum *omnium* Cheriſophum, quòd *is* imperator lectus eſſet; fuêre qui Xenophontem etiam *deſignarent:* illi verò vehementer repugnabant; quippe quia ſtatuebat eadem uterque, Græcam *nimirum* civitatem & amicam non cogendam eſſe *ut quidquam det*, niſi quod ipſi *cives libenter* donare vellent. Cùm itaque viderentur hi minimè alacres ad rem ſuſcipiendam animos habere, Lyconem Achæum, & Callimachum Parrhaſium, & Agaſiam Stymphalium mittunt. Hi *Heracleam* profecti quæ fuerant *ab exercitu* decreta exponebant: Lyconem aiunt etiam minas addidiſſe, ni hæc fa-

1 Κυζικηνός.] Adi p. 412. n. 3. Cæterùm, in MSto Eton. omittuntur omnia, quæ cæteri libri inter Ηρακλεώτας & μὴ ἔλαττον exhibent: & μηνὸς μισθὸν quidem abſque ſenſûs detrimento abeſſe potuerint.

2 Προσκάλλοντο] Reſpice p. 454. n. 3.

3 Ταυτὰ] Sic potiùs, quàm ταῦτα, ſcribendum rectè cenſuit *Leuncl.* Confer p. 123. n. 2.

4 Εδόκει μὴ ἀναγκάζειν &c.] Lege *Grot.* de B. & P. l. 3. c. 16. ſect. 2.

5 Πόλιν — ὅ, τι μὴ αὐτοὶ] Confer p. 412. n. 6. Cæterùm, pro ὅ, τι μὴ, utì in *Steph.* & *Leuncl.* editionibus ſcribitur, rectiùs forſan repoſuerit aliquis ὅτι μὴ, i. e. εἰ μὴ, interprete Scholiaſte ad hæc *Thucyd.* l. 4. c. 26. verba, ἐγὼ γὰρ οἶμαι κρῆναι ὅτι μὴ μίαν —

6 Εφασαν] Adi p. 231. n. 2.

7 Ποιήσουσιν] MS. Eton. ποιήσωσιν.

ταῦτα πάντα. Ακούσαντες δ' οἱ Ηρακλεῶται, βουλεύσεσθαι ἔφασαν· καὶ εὐθὺς τά τε χρήματα ἐκ τ̃ ἀγρῶν σωτ̃ηγον, [1] κὴ τ̃ ἀγορὰν εἴσω ἀνεσκεύασαν, κὴ αἱ πύλαι ἐκέκλειντο, κὴ ὅπλα τ̃ τειχῶν ὅπλα ἐφαίνετο.

Ἐκ τούτου ④ παράξοντες ταῦτα, τὰς στρατηγὰς ἠπῶντο ἀφαιρεῖσθαι τὴν [2] πρᾶξιν· καὶ σωίσαντο ④ Αρκάδες καὶ ④ Αχαιοί· πρεσβύτατοι δὲ μάλιστα αὐτῶν Καλλίμαχός τε ὁ Παρράσιος καὶ Λύκων ὁ Αχαιός. Οἱ δὲ λόγοι ἦσαν αὐτοῖς ὡς αἰσχρὸν εἴη ἄρχειν ἕνα Αθηναῖον Πελοποννησίων καὶ Λακεδαιμονίων, μηδεμίαν δύναμιν παρεχόμενον εἰς τὴν στρατιάν· καὶ τὰς μὲν πόνους σφᾶς ἔχειν, τὰ δὲ κέρδη ἄλλες· [3] καὶ ταῦτα, τὴν σωτηρίαν σφῶν κατειργασμένων· εἶναι γὰρ τὰς κατειργασμένας, Αρκάδας καὶ Αχαιὰς· τὸ δ' ἄλλο στράτευμα οὐδὲν εἶναι· (καὶ ἐν δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπερήμου τὸ ἄλλου στρατεύματος Αρκάδες καὶ Αχαιοὶ) εἰ οὖν

cerent omnia. Heracleotæ auditâ eorum oratione, ſe *eâ de re* deliberaturos aiebant; ac mox tum res *ſuas* ex agris comportâruht, tum annonam intrò abſtulerunt, portæ quoque clauſæ erant, & in muris arma conſpiciebantur.

Ibi tum harum turbarum auctores, duces incuſantes querebantur *eos* negotium corrumpere: atque adeò Arcades & Achæi coïbant; cùm Callimachus Parrhaſius & Lycon Achæus eos in primis ſuſceptâ cauſâ incitarent. Iis autem ſermones erant, indignum eſſe Peloponneſiis ac Lacedæmoniis unum Athenienſem imperare, qui nullas exercitui copias ſuppeditâſſet; ipſos porrò labores ferre, alios emolumenta; tametſi ſalutem ipſi *cæteris* adtuliſſent: *ejus* enim auctores fuiſſe Arcadas & Achæos; *præ quibus* reliquas copias nullo eſſe loco numerandas: (& reverà conſtabat exercitus plus parte dimidiâ ex Arcadibus & Achæis) ſi

1 Καὶ τὴν ἀγορὰν] Vide p. 431. n. 1.
2 Πρᾶξιν] Refer oculos ſis ad p. 30. n. 3.
3 Καὶ ταῦτα,] Vide p. 151. n. 6.

σωφρονοῖεν οὗτοι, συσάντες, καὶ στρατηγὸς ἑλόμενοι ἑαυτῷ, καθ' ἑαυτούς τε ἂν τὴν πορείαν ποιοῖντο, καὶ πειρῷντο ἀγαθόν τι λαμβάνειν. Ταῦτα ἔδοξε· καὶ ἀπολιπόντες Χειρίσοφον, εἴ τινες ἦσαν σὺν αὐτῷ Ἀρκάδες ἢ Ἀχαιοὶ, καὶ Ξενοφῶντα, συνέσποντο· καὶ στρατηγὸς αἱρεῖται ἑαυτῷ δέκα. τούτους δ' [1] ἐψηφίσαντο [2] ἐκ τῆς νικώσης ὅ, τι δοκοίη, τοῦτο ποιεῖν. Ἡ μὲν οὖν τοῦ παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ ἐνταῦθα κατελύθη, ἡμέρᾳ ἕκτῃ ἢ ἑβδόμῃ, ἀφ' ἧς ἡρέθη.

Ξενοφῶν μέντοι ἐβούλετο κοινῇ μετ' αὐτῶν πᾶν ποιεῖσθαι, νομίζων οὕτως ἀσφαλέστερον εἶναι, ἢ ἰδίᾳ ἕκαστον [3] στέλλεσθαι· ἀλλὰ Νέων ἔπεισεν αὐτὸν καθ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, ἀκούσας τοῦ Χειρισόφου ὅτι Κλέανδρῳ ὁ ἐν Βυζαντίῳ [4] ἁρμοστὴς φαίη τριήρεις ἔχων ἥξειν εἰς Κάλπης λιμένα· ὅπως οὖν μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ καὶ ④ αὐτῷ

ergo ſaperent hi, cùm coïſſent, ducéſque ſibi proprios legiſſent, ſeorſum iter facerent, atque operam darent ut aliquod *ipſi* emolumentum caperent. Probata eſt hæc ſententia: atque adeò Cheriſophum, ſi qui cum eo erant Arcades vel Achæi, cùm deſeruiſſent *omnes*, & Xenophontem, coïverunt, & decem ſibi duces deligunt: decreverunt etiam ut ex victrice *ſententiâ* quidquid viſum foret, id facerent. Itaque tum Cheriſopho ſummum imperium die, ex quo lectus fuerat, ſexto vel ſeptimo eſt abrogatum.

At volebat Xenophon unà cum ipſis iter facere, quòd exiſtimaret ità tutiùs *iter* fore *inſtitutum*, quàm ſi ſeorſum quiſque pergeret: verùm Neon ei perſuaſit ut iter per ſe inſtitueret, quòd is de Cheriſopho audiviſſet Cleandrum Byzantii præfectum dixiſſe cum triremibus ſe in Calpes portum venturum: quapropter ut nè quis *triremium* particeps eſſet, ſed ipſi militéſque ipſo-

1 Ἐψηφίσαντο] Conſule p. 408. n. 2.
2 Ἐκ τῆς νικώσης] Inſpice p. 451. n. 5.
3 Στέλλεσθαι] *Phavorinus*, Στέλλομαι ἀπὸ θαλάττης, τὸ πορεύομαι. Vide ſis p. 30. n. 1.
4 Ἁρμοστὴς] Vide ſis p. 400. n. 5.

στρατιῶται ἐκπλεύσειαν ὅπῃ τ τριήρων, διὰ ταῦτα συνεβούλευε. Καὶ Χειρίσοφος, ἅμα μὲ ἀθυμῶν τοῖς γεγωνημένοις, ἅμα δ μισῶν [1] ἐκ τούτου στράτευμα, ἐπιχειρεῖ [2] αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι βούλοιτο. Ξενοφῶν δὲ ἔτι μὲ ἐπεχείρησεν ἀπαλλαγεὶς τ στρατιᾶς ἐκπλεῦσαι· θυομένῳ δ αὐτῷ [3] τῷ Ηγεμόνι Ηρακλεῖ, καὶ κοινουμένῳ πότερα [4] λῷον καὶ ἄμεινον εἴη στρατεύεσθαι ἔχοντι τοὺς συναμείναντας τ στρατιωτῶν, ἢ ἀπαλλάττεσθαι, ἐσήμηνεν ὁ θεὸς [5] τοῖς ἱεροῖς συστρατεύεσθαι. Οὕτω δὴ τὸ στράτευμα τριχῇ· Ἀρκάδες μὲ καὶ Ἀχαιοί, πλείους ἢ τετρακισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, ὁπλῖται πάντες· Χειρισόφῳ δ ὁπλῖται μὲ εἰς τετρακοσίους & χιλίους, πελτασταὶ δ εἰς ἑπτακοσίους, οἱ Κλεάρχου Θρᾷκες· Ξενοφῶντι δ ὁπλῖται μὲ εἰς ἑπτακοσίους καὶ χιλίους, πελτασταὶ δ εἰς τριακοσίους· ἱππικὸν δ μόνος ἕτος εἶχεν, ἀμφὶ τοὺς τετρακοσίους ἱππέας.

rum triremibus enavigarent, ideò *hoc Xenophonti* dabat consilii. Et Cherisophus *quidem*, partim animo commotus propter ea quæ acciderant, partim odio exercitûs quod ex eo *tempore* conceperat, potestatem ei quod vellet agendi permittebat. Xenophon quidem *id* adhuc conatus est, ut ab exercitu digressus enavigaret: ei verò rem Herculi Duci sacram facienti, *eúm*que consulenti utrùm melius satiúsque foret cum iis militibus, qui remanserant, expeditionem suscipere, an *ab iis* digredi, significavit per exta deus unà *cum iis* expeditionem esse suscipiendam. Ità factum ut exercitus trifariam divideretur; Arcades & Achæi, plures quàm quater mille & quingenti, omnes gravis armaturæ milites: Cherisopho gravis armaturæ milites mille ferè *erant* & quadringenti, peltastæ ferè septingenti, Thraces *utique* qui Clearchum sequuti fuerant: Xenophonti gravis armaturæ milites mille ferè & septingenti, peltastæ ferè trecenti: hic autem solus equitatum habebat, equites *scilicet* circiter quadraginta.

1 Ἐκ τούτου] Adi p. 360. n. 5.
2 Αὐτῷ] *Scil.* Xenophonti.
3 Τῷ Ηγεμόνι Ηρακλεῖ,] Lege p. 349. n. 6.
4 Λῷον καὶ ἄμεινον] Respice p 66. n. 1.
5 Τοῖς ἱεροῖς] Confer p. 82. n. 2.

Καὶ οἱ μὲν Ἀρκάδες, ἅμα πεσαξάμενοι πλοῖα ἀπὸ τῶν Ἡρακλεωτῶν, πρῶτοι ἀπέπλευσαν, ὅπως ἐξαίφνης ὑπιππεύοντες τοῖς Βιθυνοῖς, λάβοιεν ὁππλεῖστα· καὶ [1]ἀποβαίνουσιν εἰς Κάλπης λιμένα, καὶ μέσον πως τῆς Θρᾴκης. Χειρίσοφος δ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Ἡρακλεωτῶν ἐξάμενος, πεζῇ ἐπορεύετο ἅμα τῇ χώρᾳ· ἐπεὶ δ' εἰς τὴν Θρᾴκην ἐνέβαλε, ἀπὸ τῆς θαλάττης [2]ἐπορεύετο· ἐπὶ γὰρ ἤδη ἠῤῥώστει. Ξενοφῶν δὲ πλοῖα λαβὼν, ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς Ἡρακλεώτιδος, καὶ ἅμα μεσογαίας ἐπορεύετο.

[3]Οὗ μὲν δὴ τρόπου ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ ἐκ παντὸς κατελύθη, καὶ τῶν Ἑλλήνων τὸ στράτευμα ἐχώρισθη, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται. Ἔπραξαν δ' αὐτῶν ἕκαστοι τάδε· Οἱ μὲν Ἀρκάδες, ὡς ἀπέβησαν νυκτὸς εἰς Κάλπης λιμένα, πορεύονται εἰς τοὺς πρώτους

Et Arcades quidem, posteaquam navigia ab Heracleotis consequuti essent, primi navigârunt, ut subitò Bithynos adorti, quamplurima caperent: ac ad Calpes portum, qui mediâ propè in Thraciâ est, *è navibus* egrediuntur. Cherisophus ab *ipsâ* statim Heracleotarum urbe iter ingressus, pedibus per regionem proficiscebatur: & posteaquam Thraciam fuisset ingressus, propter mare pergebat; jam enim erat infirmâ valetudine. Xenophon, acceptis navigiis, ad Thraciæ & agri Heraclienſis fines exscendit, ac per mediterraneum iter faciebat.

In supradictis expositum quidem est quo pacto tum summum Cherisopho imperium abrogatum, tum Græcorum exercitus divisus fuerit. Eorum autem singuli fecerunt hæc: Arcades in portum Calpes cùm noctu descendissent, ad vicos proximos per-

1 Ἀποβαίνουσιν] *Scil.* νεῶν vel ἀπὸ τῶν πλοίων. Confer p. 421. n. 7. Eâdem ellipsi mox infrà utitur — ἀποβαίνει ἐπὶ τὰ ὅρια &c.

2 Ἐπορεύετο· καὶ γὰρ ἤδη ἠῤῥώστει.] MS. Eton. ἦ· καὶ γὰρ ἠῤῥώστει. Sed nil mutatum aut omissum vellem.

3 Οὗ μὲν δὴ τρόπου &c.] Verba hæc omnia, quæ inter — ἐπορεύετο & — ἔπραξαν &c leguntur, in MSto Eton. desunt. Hìc autem, Οὗ μὲν δὴ &c principium esse sexti libri suspicatus est *Muret.* Cæterùm, quod his vocibus jam exprimit Noster, ἥ τε Χειρισόφου ἀρχὴ τῶν παντὸς καπελύθη, aliâ orationis formâ paulò suprà descripsit p. 462. Η μὲν δὴ τῶν παντὸς ἀρχὴ Χειρισόφῳ &c. Confer p. 26. n. 2.

κώμας, σάδια ἀπὸ θαλάττης ὡς πεντήκοντα. Επεὶ δὲ φῶς ἐγένετο, ἦγεν ἕκαστος στρατηγὸς [1] τὸ αὐτῷ λάχος ἐπὶ κώμην· ὁπόσα δὲ μείζων κώμη ἐδόκει εἶναι, σύνδυο λόχους ἦγον οἱ στρατηγοί. [2] Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον, εἰς ὃν δέοι πάντας [3] ἁλίζεσθαι· καὶ, ἅτε ἐξαίφνης ἐμπεσόντες, ἀνδράποδά τε πολλὰ ἔλαβον, καὶ πρόβατα πολλὰ συνεβάλοντο.

Οἱ δὲ Θρᾷκες ἠθροίζοντο, οἱ διαφεύγοντες· πολλοὶ δὲ διέφυγον πελτασταὶ ὄντες ὁπλίτας ἐξ αὐτῶν τῶν χειρῶν. Επεὶ δὲ συνελέγησαν, πρῶτον μὲν τῷ Σμίκρητος λόχῳ, ἑνὸς τῶν Αρκάδων στρατηγῶν, ἀπόντι ἤδη [4] εἰς τὸ συγκείμενον, καὶ πολλὰ χρήματα ἄγοντι, ἐπετίθεντο. [5] Καὶ τέως μὲν ἐμάχοντο ἅμα πορευόμενοι οἱ Ελληνες· ἐπεὶ δὲ διαβαίνει [6] χαλεπάδες

gunt, ſtadia circiter quinquaginta à mari. Cúmque illuxiſſet, unuſquiſque dux in vicum *aliquem* ſuam *copiarum* partem duxit: qui verò vicus amplior eſſe videbatur, *in eum* duas ſimul cohortes ducebant duces. Convenit & de tumulo *quodam*, in quem omnes congregari oporteret: &, quia repentè irruerant, tum mancipia multa ceperunt, tum multas oves collegerunt.

At Thraces, qui fugâ elapſi fuerant, ſe *unum in locum* congregabant; multi utique ex ipſis *Græcorum* manibus, propterea quòd *hi* gravi armaturâ eſſent onerati, *illi* peltas *tantùm* geſtarent, aufugerant. Poſteaquam autem erant collecti, primùm Smicretis cohortem adoriebantur, qui unus è ducibus Arcadicis erat, ac jam multâ cum prædâ ad locum conſtitutum ſe recipiebat. Ac pugnabant quidem primùm Græci, iter ſimul pergentes; at in

1 Τὸ αὐτῷ λάχῳ] Edit. *Steph.* dat τῷ αὐτῷ λόχῳ. Cæterùm de λάχος vide ſis p. 377. n. 3.

2 Συνεβάλοντο δὲ καὶ λόφον,] Quem collem mox infrà vocat τὸ συγκείμενον, *ſcil.* χωρίον.

3 Αλίζεσθαι] MS. Eton. & vet. quædam edit. exhibent αὐλίζεσθαι· ſed malim retinere ἁλίζεσθαι. Simili ex errore natum eſt συναυλιζόμενος, quod in nonnullis cod. notavit Cl. *Millius*, pro συναλιζόμενος Act. I. 4. Eodem hoc verbo ſimiliter uſus eſt Noſter p. 146. ἐπειδὴν δὲ πάλιν ἁλισθῇ &c. Lexicogr. auctorem ejus non agnoſcunt.

4 Εἰς τὸ συγκείμενον,] Vide p. 279. n. 3.

5 Καὶ τέως μὲν] Adi p. 385. n. 2.

6 Χαλεπάδας] Conſule p. 362. n. 1. & p. 273. n. 4.

[1] τρέπονται αὐτούς· [2] καὶ αὐτόν τε τὸν Σμίκρητα ἀποκτι-
νύουσι, καὶ τοὺς ἄλλους πάντας· [3] ἄλλος δὲ λοχαγὸς τῶν δέκα
στρατηγῶν, τῷ Ἡγησάνδρῳ, ὀκτὼ μόνους κατέλιπον· καὶ αὐτὸς
Ἡγήσανδρος ἐσώθη. [4] Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ συνῆλθον, οἱ μὲν
σὺν σφάγμασιν, οἱ δ' ἄνευ σφαγμάτων. Οἱ δὲ Θρᾷκες,
[5] εὐτυχήσαντες τοῦτο τὸ εὐτύχημα, συνεβόων τε ἀλλήλοις, καὶ
συνελέγοντο ἐρρωμένως τῆς νυκτός. Καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ κύ-
κλῳ περὶ τὸν λόφον, ἔνθα οἱ Ἕλληνες ἐστρατοπεδεύσαντο, ἐτάτ-
τοντο καὶ ἱππεῖς πολλοὶ καὶ πελτασταί· καὶ ἀεὶ πλείονες
συνέρρεον, καὶ προσέβαλλον πρὸς τοὺς ὁπλίτας ἀσφαλῶς.
Οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ὅτε τοξότην εἶχον, ὅτε ἀκοντιστήν, ὅτε
ἱππέα· [6] οἱ δὲ, προσθέοντες καὶ προσελαύνοντες, ἠκόντιζον· ὁπότε

trajectu torrentis cujuſdam alvei *hoſtes* eos in fugam vertunt; atque tum Smicretem ipſum, tum cæteros omnes occidunt: alîus etiam ducis, *qui* ex decem illis ducibus unus erat, *nominatim* Hegeſandri, octo tantùm *incolumes* reliquerunt *milites*; ipſe quoque Hegeſander ſalvus evaſit. Et reliqui *tandem* duces convenêre, difficulter alii, alii nullo negotio. Thraces autem, proſpero hoc ſucceſſu uſi, ſe mutuò inclamabant, noctúque magno animo congregabantur. Ac primâ luce ex omni parte circa collem, in quo caſtra Græci habebant, inſtructi conſiſtebant equites multi & peltaſtæ: atque plures *eodem* uſque confluebant, ac tutò gravis armaturæ milites adoriebantur. Nam Græci neque ſagittarium habebant *ullum*, neque jaculatorem, neque equitem: at illi, adcurrentes & *citatis equis* irruentes, jaculabantur: cùm

1 Τρέπονται αὐτούς·] Scil. *barbari*. Inſpice p. 385. n. 3.

2 Καὶ αὐτόν τε τὸν &c.] Sic edit. *Steph.* & *Leuncl.* At veteres quædam repræſentant καὶ αὐτὸν μὲν τὸν &c. MS. Eton. καὶ τὸν μὲν Σμίκρητα &c. pronomine omiſſo.

3 Ἄλλος δὲ λοχαγὸς] Edit. *Steph.* & *Leuncl.* ἄλλος δὲ λόχου. contra fidem MSti Eton. & cæterorum librorum, quos vidi, omnium. Huic tamen lectioni favet *Amaſæi* verſio.

4 Καὶ ἄλλοι δὲ λοχαγοὶ] *Leuncl.* ſcribendum cenſuit οἱ ἄλλοι δὲ &c. MS. Eton. dat οἱ ἄλλοι μὲν &c.

5 Εὐτυχήσαντες τοῦτο τὸ &c.] Reſpice pag. 396. n. 9.

6 Οἱ δὲ,] Scil. *Thraces*.

δ' αὐτοῖς [1] ἔπιον, ῥᾳδίως ἀπέφυγον. Αλλοι δὲ ἄλλη ἐπεπίθεντο· καὶ τοὺς μὲ πολλοὶ ἐπιτρώσκοντο, τοὺς δὲ οὐδείς· ὥστε καινὴν οὐκ ἐδύναντο ἐκ τοῦ χωρίου, ἀλλὰ [2] τελευτῶντες καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἶργον αὐτὸς οἱ Θρᾷκες. Επεὶ δ' ἀπορία πολλὴ ἦν, διελέγοντο περὶ σπονδῶν· καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὡμολόγητο αὐτοῖς, ὁμήρους δ' οὐκ ἐδίδοσαν οἱ Θρᾷκες, αἰτούντων τοὺς Ελλήνων· ἀλλ' ἐν τούτῳ ἦχετο. [3] Τὰ μὲν δὴ τῶν Αρκάδων οὕτως εἶχε.

Χειρίσοφος δ' ἀσφαλῶς πορευόμενος παρὰ θάλατταν, ἀφικνεῖται εἰς Κάλπης λιμένα. [4] Ξενοφῶντι δὲ διὰ τῆς μεσογαίας πορευομένῳ οἱ ἱππεῖς προκαθεζόμενοι ἐντυγχάνουσι [5] πρεσβευ-

verò eos invaderent *Græci*, facilè aufugiebant. Porrò alii aliis ex locis *Græcos* adoriebantur; & ex his quidem multi vulnerabantur, ex illis nemo; adeò ut ex *eo* ſe loco *Græci* movere non poſſent; imò verò Thraces tandem eos etiam ab aquâ arcebant. Cùm in magnâ res eſſet difficultate, de induciis inter ſe colloquebantur: ac de cæteris quidem inter eos conſenſum eſt, at obſides non dedêre Thraces, *quos* Græci poſtulabant; ſed hâc in parte hærebatur. Et Arcadum quidem ità ſe res habebant.

Cheriſophus autem tutò propter mare pergens, ad Calpes portum pervenit. Xenophonte per mediterraneum iter faciente, equites *ipſius ante reliquas copias* procurrentes in legatos aliquò

1 Επιον] Scil. *Græci*.

2 Τελευτῶντες] Lege p. 310. n. 4.

3 Τὰ μὲν δὴ τῶν &c.] Conſule p. 25. n. 3.

4 Ξενοφῶντι ᾗ &c.] Confer p. 71. n. 1.

5 Πρεσβευταῖς] *Aluretus* legit πρεσβύτας: & hanc quidem lectionem expreſſerunt verſionum Gallic. auctores. Quin & receptam vocem damnat *Thom. Magiſter*; cujus hæc ſunt verba, Οἱ πρέσβεις καὶ τὰς πρέσβεις ἐρεῖς, ὁ πρεσβευτὴς ᾗ καὶ τὸ πρεσβεύτριὰ. Θουκυδίδης δὲ τῇ πέμπτῃ· πρεσβευτὴς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξέπλευσεν. Extant hæc *Thucydidis* verba l. 5. c. 4. At nemo non videt, opinor, exemplum adeò non Grammatici ſententiam illam confirmare, ut eam planè oppugnet. Quare forſan pro ὁ πρεσβευτὴς apud *Thomam* reponendum καὶ ὁ πρεσβευτὴς &c. Quàm verò parum accuratè verba tum *Thucydidis* tum *Magiſtri* tractârunt editores *Thucydidei*, docebunt quæ ad *Thucyd.* loco citato, notârunt, & *Index Græcus* ad v. Πρεσβευτὴς; nam ſic ibi ſcribitur. Sed redeo ad *Magiſtrum*, qui ἁμαρτάνει, inquit, ὁ λέγων ἐπὶ πληθυντικοῦ πρεσβευταὶ καὶ πρεσβευτάς· οὐδεὶς γὰρ τῶν δοκίμων εἶπε τοῦτο. Ergóne minùs tibi ſe probavit *Thucyd.* qui l. 8. c. 77. ità ſcripſit: οἱ δέκα πρεσβευταὶ, ὡς ἔοικε καὶ &c. Adde *Marmor. Oxonienſ.* p. 71. edit. *Maitt.* ubi iterum iterúmque vox illa numero plurativo adhibetur.

ταῖς πορευομένοις ποι. Καὶ ἐπειδὴ ἦχθησαν πρὸς Ξενοφῶντα, ἐρωτᾷ αὐτὸς εἴ που ἤσθηνται ἄλλο στρατόμαλος Ἑλληνικόν. Οἱ δ' ἔλεγον πάντα τὰ γεγενημένα, καὶ νῦν ὅτι πολιορκοῦνται ὑπὸ λόφου, οἱ δὲ Θρᾷκες πάντες περικεκυκλωμένοι εἶεν αὐτούς. Ἐνταῦθα [1] δὴ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις ἐφύλαττον ἱκανῶς, ὅπως ἡγεμόνες εἶεν ὅπη δέοι· σκοποὺς δὲ καταστήσας [2] δέκα, συνέλεξε δὴ στρατιώτας, καὶ ἔλεξεν·

"Ἀνδρες στρατιῶται, τῶν Ἀρκάδων οἱ μὲν τεθνᾶσιν, οἱ δὲ λοιποὶ ὑπὸ λόφου τινὸς περιορκοῦνται. Νομίζω δ' ἔγωγε, εἰ ἐκεῖνοι ἀπολοῦνται, οὐδ' ἡμῖν εἰς ἀδεμίαν σωτηρίαν, οὕτω μὲν πολλῶν ὄντων πολεμίων, ὀλίγοι δὲ τεθαρσηκότων. Κράτιστον οὖν ἡμῖν ὡς τάχιστα βοηθεῖν [3] τοῖς ἀνδράσιν, ὅπως, εἰ ἔτι εἰσὶ σῶοι, σὺν ἐκείνοις μαχώμεθα, καὶ μὴ, μόνοι λειφθέντες, μόνοι καὶ κινδυνεύσωμεν. Νῦν μὲν οὖν στρατοπεδευσώμεθα, παρελθόντες ὅσον ἂν δοκῇ

proficiſcentes incidunt. Cúmque ad Xenophontem ducti eſſent, interrogat *ille* eos an alias alicubi Græcas eſſe copias ſenſiſſent. Illi omnia, quæ acciderant, narrant, atque nunc jam eas in colle obſideri, Thracáſque univerſos eas undique cinxiſſe. Ibi tum homines illos diligenti cuſtodiâ adſervabant, ut ubi opus eſſet itineris duces eſſent: cúmque ſpeculatores decem conſtituiſſet, milites convocavit, atque orationem *hanc* habuit:

"Arcadum alii, milites, perierunt, reliqui quodam in colle ob-
"ſidentur. Et ipſe quidem arbitror, ſi illi fuerint deleti, nullam
"nobis ſalutem fore, cùm tanta ſit hoſtium multitudo, tantáque
"confidentia. Quapropter optimè nos facturos arbitror, ſi viris
"opem quàm celerrimè feremus; ut ſi adhuc ſint incolumes,
"*unà* cum ipſis dimicemus, ac non, ſoli relicti, ſoli etiam prælii
"aleam ſubeamus. Jam certè quidem caſtra metemur, tantiſper

1 Τὰς μὲν ἀνθρώπους &c.] Adi p. 320. n. 2.
2 Δέκα,] In MSto Eton. deeſt.
3 Τοῖς ἀνδράσιν,] Vide ſis p. 322. n. 1.

"[1] καιρὸς ἂν εἴη εἰς τὸ δειπνοποιεῖσθαι· ἕως δ' ἂν ὥραν ᾖ, "Τιμασίων ἔχων σὺν ἵπποις, προελαυνέτω ἐφορῶν ἡμᾶς, "καὶ σκοπείτω τὰ ἔμπροσθεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς λάθῃ." Παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνητῶν ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, ὅπως, εἴ πῃ τι ποθὲν καθορῷεν, σημαίνοιεν· ἐκέλευε δὲ καίειν [2] ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν καυσίμῳ. "Ημεῖς μὲν γὰρ ἀποδραίημεν ἂν οὐδαμοῦ· ἐνθένδε "δὲ [3] πολλὴ μὲν, ἔφη, εἰς Ηράκλειαν πάλιν ἀπέναι, πολλὴ "δὲ εἰς Χρυσόπολιν διελθεῖν· οἱ δὲ πολέμιοι πλησίον· εἰς Κάλ- "πης δὲ λιμένα, ἔνθα Χειρίσοφον νομίζομεν εἶναι, εἰ σέσωται, "ἐλαχίστη ὁδός. Αλλὰ δὴ ἐκεῖ μὲν ὅτε πλοῖά ἐστιν, οἷς ἀπο- "πλευσούμεθα· μένουσι δὲ αὐτοῦ [4] οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας ἔστι τὰ ἐπι- "τήδεια. Τῶν δὲ πολιορκουμένων ἀπολομένων, σὺν τοῖς Χει-

"progreſſi, dum cœnandi tempus eſſe viſum fuerit: quamdiu verò "pergemus, Timaſion cum equitibus antecedat *ità* ut nos ob- "ſervet, atque ea ſpeculetur quæ ante nos *erunt*, ut nihil nos "lateat." Miſit etiam ex armaturâ levi homines expeditos ad latera montiúmque juga, ut, ſi quid ullâ ex parte conſpicerent, *ſibi* ſignificarent: juſſit autem *eos* quidquid offenderent, quod exuri poſſet, exurere. "Nec enim fieri poterit, ait, ut uſquam "gentium fugâ evadamus: ex hoc certè loco longum, ait, *habi-* "*turi ſimus* iter, ſi Heracleam redeamus, longum etiam, ſi Chry- "ſopolin contendamus; porrò hoſtes *à nobis* propè abſunt; ad "Calpes verò portum, ubi nunc eſſe Cheriſophum arbitramur, "ſi *quidem* incolumis *eò* pervenit, via breviſſima *eſt*. At enim "iſthic neque ſunt naves, quibus avehamur; & ibi manentibus "nè unum quidem in diem ſuppetet commeatus. Cæterùm per- "euntibus iis qui nunc obſidentur, minùs expedit cum ſolis Che-

1 Καιρὸς] Reſpice p.296.n.3.& p.198.n.3.

2 Απαιζε, ὅτῳ &c.] Vide p. 264. n. 6.

3 Πολλὴ μὲν,] A clauſulâ ſententiæ petenda eſt ὁδός.

4 Οὐδὲ μιᾶς] Sic reſcripſi ex conjecturâ, cui adſtipulatur *Amaſæi* verſio hæc, *neque in unum duntaxat diem &c.* Vulgò legitur οὐδημιᾶς.

" σοφοῦ μόνοις καλὸν ὂν [1] κινδυνεύειν, ἢ σωθέντων,
" πάντας [2] εἰς ταὐτὸν ἐλθόντας, [3] κοινῇ τῆς σωτηρίας ἔχεσθαι.
" Ἀλλὰ χρὴ [4] παρασκευασαμένους τῷ γνώμῃ πορεύεσθαι,
" ὡς νικῶν ἢ εὐκλεῶς τελευτῆσαί ὂν, ἢ κάλλιστον ἔργον ἐργά-
" σασθαι, Ἕλληνας τοσούτους σώσαντας. Καὶ ὁ θεὸς ἴσως ἄγει
" ἅπτως, [5] ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας, ὡς πλεῖον φρονοῦντας,
" ταπεινῶσαι βούλεται· ἡμᾶς δὲ, τοὺς ἀπὸ τῶν θεῶν ἀρ-
" χομένους, ἐντιμοτέρους ἐκείνων κατασῆσαι. Ἀλλ' ἕπεσθαι
" χρὴ καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὡς ἂν τὸ παραγελλόμενον
" δυνηθῆτε ποιεῖν."

" risophi *copiis* belli aleam subire, quàm conservatis *aliis*, om-
" nes in eundem locum congressos saluti communiter consulere.
" Enimvero *sic* comparatis animis nobis pergendum est, *ut sta-*
" *tuamus* hoc tempore vel gloriosè occumbendum esse, vel præ-
" clarissimum facinus obeundum, cùm tot Græcos servaverimus.
" Atque deus forsan ipse rem huc deducit, qui magna loquutos,
" quasi prudentiâ præcellerent, deprimere vult; nos verò, qui
" à diis *rerum agendarum* initium ducimus, illis clariores reddere.
" Sed *jam* sequi *vos* oportet & animum attendere, ut *quidquid*
" imperatum *fuerit* exsequi potueritis."

1 Διακινδυνεύειν, ἢ &c.] MS. Eton. κακὸν ἐστι ἀκινδυνεύειν, ἢ σωθέντων, πάντας, &c. quæ quidem, mutato κακὸν in κάκιον, vera est, opinor, scriptura. In editis plerisque libris malè scribitur — ἀκινδυνεύειν· σωθέντων δὲ, πάντας &c.

2 Εἰς ταυτὸν] Vide p. 196. n. 1. *Thom. Magist.* Ταυτὸν λέγε, μὴ τὸ ταυτόν· τὸ γὰρ ταυτὸν τὸ αὐτὸ ὄν, καὶ σπανιολογῶ ταυτὸ λέγειν. Γράφεται ἢ κὴ ζωτὸν, κὴ ζωτὸ, ἐπαγομένου τε συμφώνου, κὴ ἐπαγομένου φωνήεντος.

3 Κοινῇ τῆς σωτηρίας &c.] Confer. p. 220. n. 6. & p. 224. n. 5. Similis ferè usus est ἔχεσθαι Heb. VI. 9. ubi ἐχόμενα σωτηρίας sunt, *quæ ad salutem faciunt*, vel *quæ ad eam proximè adducunt*. Adposite ad Xenophontis verba *Phavor.* Ἐχε, μεταποιοῦ, φρόντιζε· ad Apostoli — Ἐχόμενα, cum nomine casûs secundi, πλησίον, ἐγγυτάτω.

4 Παρασκευασαμένους τῷ γνώμῃ] Consimili phrasi utitur Petrus 1 ep. IV. 1.

5 Ὃς τοὺς μεγαληγορήσαντας &c.] Lege pag. 209. n. 2. Sic ferè de Jove suo *Hesiodus* Ἐργ. καὶ ἡμ. v. 5. & seq.

Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει, ῥεῖα δ' βριάοντα καλίπτει·
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀείρει·
Ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς &c.

*Herodot.* l. 7. c. 5. Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν —— ὁ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἑωυτόν. Adde quæ *Stobæus* Serm. 35. è sacris libris collegit.

Ταῦτ' εἰπὼν, ἡγεῖτο. Οἱ δ' ἱππεῖς ἁμαξειρόμενοι ἐφ' ὅσον καλῶς [1] εἶχεν, ἔκαιον ἢ ἐβάδιζον. Καὶ οἱ πελτασταὶ ὑπαμειόντες [2] κατὰ τὰ ἄκρα, ἔκαιον πάντα, ὅσα καύσιμα ἑώρων· καὶ ἡ [3] στρατιὰ δὲ, εἴ τινι ὑπολειπομένῳ ἐντυγχάνοιεν· ὥστε πᾶσα ἡ χώρα αὐήθη ἐδόκει, καὶ τὸ στράτευμα πολὺ εἶναι). Ἐπεὶ δ' ὥρα ἦν, κατεσκήνουν ἐπί τινος λόφου ἐκβάντες, καὶ τὰ τῶν πολεμίων πυρὰ ἑώρων, (ἀπεῖχον γὰρ ὡς τεσσαράκοντα στάδια) καὶ αὐτοὶ ὡς ἐδύνατο πλεῖστα πυρὰ ἔκαιον. Ἐπεὶ δ' ἐδείπνησαν, τάχιστα παρηγγέλθη τὰ πυρὰ καταβεννῦναι [4] ἅπαντας. Καὶ τὴν μὲν νύκτα φυλακὰς ποιησάμενοι ἐκάθευδον· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ προσευξάμενοι τοῖς θεοῖς, καὶ συνταξάμενοι ὡς εἰς μάχην, ἐπορεύοντο ἢ ἐδύνατο τάχιστα. [5] Τιμασίων δὲ καὶ οἱ ἱππεῖς, ἔχοντες

Hæc loquutus, præcedebat. At equites hinc inde ſparſi quouſque commodum eſſet, incendebant *omnia* quà vadebant. Et peltaſtæ cùm in ardua loca evaſiſſent, quæcunque exuri poſſe viderent, incendebant omnia; *quod* & exercitus ſanè *faciebat*, ſi quid *ab iis* quod relictum eſſet offenderet: adeò ut regio tota ardere, & ingens exercitus eſſe videretur. Poſteaquam tempus eſſet, conſcenſo colle *quodam* caſtra metabantur, cùm & hoſtium ignes cernerent, (nam *ab iis tantùm* quadraginta ferè ſtadia aberant) & ipſi quàm poterant plurimos accenderent ignes. Cùm cœnâſſent, mandatum eſt omnibus ut ignes quàm celerrimè extinguerent. Ac per noctem quidem conſtitutis excubiis ſomno ſe dabant: primâ verò luce deos comprecati, & ſtructis ordinibus tanquam *ſi* ad pugnam *mox ineundam ſe pararent*, quàm poterant celerrimè pergebant. At Timaſion equitéſque, qui habebant

1 Εἶχεν, ἔκαιον ἢ &c.] Sic rectè edit. *Steph.* & *Leuncl.* At in MSto Eton. & editis quibuſdam legitur —— εἶχον, καὶ οἱ πελτασταὶ &c. cæteris perperam omiſſis.

2 Κατὰ τὰ ἄκρα,] In vet. quibuſdam edit. peſſimè ſcribitur κατὰ τὰ μακρὰ, &c. Rectè MS. Eton. exhibet κατὰ τὰ ἄκρα. Sic enim ſuprà modò p. 469. Noſter, Παρέπεμψε δὲ καὶ τῶν γυμνητῶν ἀνθρώπους εὐζώνους εἰς τὰ πλάγια καὶ τὰ ἄκρα, &c. Quin & hanc ſcripturam huc revocandam viderunt *Steph. Muret. Leuncl.*

3 Στρατιὰ — ἐντυγχάνοιεν.] Vide p. 412. n. 6.

4 Ἁπαντας] MS. Eton. πάντα.

5 Τιμασίων δὲ καὶ &c.] Reſpice p. 469.

τὺς ἡγεμόνας, ὡς [1] προελαύνοντες, ἔλαθον αὐτὺς ἐπὶ τῷ λόφῳ γιγνόμενοι, ἔνθα ἐπολιορκοῦντο οἱ Ἕλληνες. Καὶ οὐχ ὁρῶσιν ὅτε τὸ φίλιον στράτευμα, ὅτε τὸ πολέμιον· (καὶ ταῦτα παρήγγελλουσι τοῖς τ' Ξενοφῶντα καὶ τὸ στράτευμα) γραΐδια δὲ ὡς γερόντια, καὶ [2] προβάτια ὀλίγα, καὶ βοῦς καταλελειμμένους. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον θαῦμα ἦν τί εἴη τὸ γεγενημένον· ἔπειτα δὲ τῶν καταλελειμμένων ἐπυνθάνοντο ὅπη οἱ μὲν Θρᾷκες εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας [3] ᾠχοντο ἀπιόντες· ἕωθεν δὲ καὶ σφεῖς Ἕλληνας ἔφασαν οἴχεσθαι· [4] ὅπῃ δὲ, οὐκ εἰδέναι.

Ταῦτα ἀκούσαντες [5] οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα, ἐπεὶ ἠρίστησαν, συσκευασάμενοι ἐπορεύοντο· βουλόμενοι ὡς τάχιστα συμμίξαι τοῖς ἄλλοις εἰς Κάλπης λιμένα. Καὶ πορευόμενοι ἑώρων [6] τὸ σῖτον

apud ſe duces itineris, & ante *cæteras copias* perrexerant, prius in collem, ubi Græci obſeſſi erant, evaſerunt, quàm *eò ſe perveniſſe* animadverterent: neque *hìc* vel ſocias copias, vel hoſtiles vident; (eáque *ipſa* Xenophonti & *univerſo* exercitui *mox* ſignificant) ſed aniculas *tantùm quaſdam* & vetulos, & oviculas paucas, & boves relictos. Et primùm quidem *iis* miraculo *res* erat, quid accidiſſet *neſcientibus:* poſteà de relictis *illis* ſciſcitando comperiunt Thracas primo ſtatim veſpere diſceſſiſſe; atque manè Græcos etiam abiiſſe dixerunt; quò verò *abierint*, ſe neſcire.

Hæc cùm Xenophon ejúſque milites audiviſſent, poſteaquam pranſi eſſent, vaſis collectis pergebant; quippe qui cuperent quàm celerrimè ſe cum cæteris *Græcis* apud Calpes portum conjungere. Ac dum pergerent, Arcadum Achæorúmque veſtigia

1 Προελαύνοντες,] MS. Eton. προσελαύνοντες. Sed vide p. 248. n. 7.

2 Προβάτια] MS. Eton. πρόβατα. Sed omnino retinenda eſt lectio vulgata, cùm diminutivis iſtis γραΐδια, γερόντια modò uſus eſſet. *Thom. Magiſt.* Οὐ μόνον πρόβατον, ἀλλὰ καὶ προβάτιον Ἀττικοί. Adi ſis *Ariſtoph.* Pl. v. 293. 299. 923.

3 Ὠιχοντο ἀπιόντες,] Vide p. 340. n. 1.

4 Ὅπῃ] Conſule p. 281. n. 5.

5 Οἱ ἀμφὶ Ξενοφῶντα,] Lege p. 253. n. 3.

6 Τὸν σῖτον] *Amaſ.* legiſſe videtur τὸ σῶμα· quippe cujus verſio exhibet *globos*. Sed vide ſis p. 58. n 3.

τ' Αρκάδων καὶ Αχαιῶν κατὰ τὴν ἐπὶ Κάλπης ὁδόν. Επεὶ δ' ἀφίκοντο εἰς τὴν ὁδὸν, ἅσμενοί τε εἶδον ἀλλήλους, καὶ ἠσπάζοντο ὥσπερ ἀδελφούς. Καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ Αρκάδες τῶν περὶ Ξενοφῶντα τί τὰ πυρὰ κατασβέσειαν· ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἔφασαν, ὡῴμεθα ὑμᾶς τὸ μὲν πρῶτον, ἐπειδὴ τὰ πυρὰ οὐκ ἐωρῶμεν, [1] τῆς νυκτὸς ἥξειν ἐπὶ σοὺς πολεμίους· (καὶ οἱ πολέμιοι, ὡς γ' ἡμῖν ἐδόκουν, τοῦτο δείσαντες ἀπῆλθον· πρωΐ γὰρ ἀμφὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἀπῆσαν.) Επεὶ δ' οὐκ ἀφικνεῖσθε, ὁ δὲ χρόνος ἐξῆκεν, ὡόμεθ' ὑμᾶς συνθομένους [2] τὰ πρὸς ἡμῖν, φοβηθέντας οἴχεσθαι ἀποδράντας ἐπὶ θάλατταν· [3] καὶ ἐδόκει ἡμῖν μὴ ἀπολιπέσθαι ὑμῶν. Οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς δεῦρο ἐπορεύθημεν.

Ταύτην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν αὐτοῦ [4] ηὐλίζοντο ἐπὶ θαλάττῃ πρὸς τῷ λιμένι. Τὸ δὲ χωρίον τοῦτο, ὃ καλεῖται Κάλπης λιμὴν, ἔστι μὲν ἐν τῇ Θράκῃ τῇ ἐν τῇ Ασίᾳ· ἀρξαμένη δὲ ἡ Θράκη αὕτη

in eâ quæ ad Calpen tendebat viâ cernebant. Poſteaquam in viam *eam* perveniſſent, læti ſe mutuò adſpexêre, ac tanquam fratres *ſe* invicem amplexi ſunt. Atque Arcades ex Xenophontis militibus ſciſcitabantur quamobrem ignes extinxiſſent: nam primùm arbitrabamur, inquiunt *Arcades*, cùm ignes non *jam ampliùs uſquam* videremus, vos noctu in hoſtes invaſuros: (hoſtéſque *adeò*, utì quidem nobis *ſuſpicari* videbantur, id veriti diſceſſêre: nam id temporis ferè abierunt.) At cùm non veniretis, & tempus *jam* præteriiſſet, putabamus vos, poſteaquam rerum noſtrarum ſtatum cognoviſſetis, metu permotos ad mare fugâ abiiſſe: atque adeò viſum fuit nobis *dandam eſſe operam* ut à vobis non abeſſemus. Sic itaque nos etiam huc perreximus.

Et hoc quidem die ibi in litore propter portum commorati ſunt. Cæterùm is locus, qui Calpes portus dicitur, *ſitus* eſt in Thraciâ Aſiaticâ: hæc autem Thracia ducto ab oſtio Ponti ini-

1 Τῆς νυκτὸς] Vide p. 247. n. 2.
2 Τὰ παρ' ἡμῖν,] Vide p. 467. n. 3.
3 Καὶ] Vide p. 380. n. 3.
4 Ηὐλίζοντο] Vide p. 283. n. 1.

ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ Πόντου μέχρις Ἡρακλείας, ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν Πόντον εἰσπλέοντι. Καὶ τριήρους μέν ἐστιν εἰς Ἡράκλειαν ἐκ Βυζαντίου κώπας [1] ἡμέρας μάλα μακρᾶς πλοῦς· ἐν ᾧ τῷ μέσῳ ἄλλη μὲν πόλις οὐδεμία, οὔτε φιλία, οὔτε Ἑλληνὶς, [2] ἀλλ' ἢ Θρᾷκες ἢ Βιθυνοί· ὁπόσους δ' ἂν λάβωσι τῶν Ἑλλήνων ἢ [3] ἐκπίπτοντας ἢ ἄλλως πως, δεινὰ ὑβρίζειν [4] λέγουσι τοὺς Ἕλληνας. Ὁ δὲ Κάλπης λιμὴν ἐν μέσῳ μὲν κεῖται ἑκατέρωθεν πλεόντων ἔξ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου· [5] ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ προκείμενον χωρίον, [6] τὸ μὲν εἰς τὴν θάλατταν καθῆκον αὐτοῦ, πέτρα ἀπόρρωξ, ὕψος, ὅσον ἐλάχιστον, οὐ μεῖον εἴκοσιν ὀργυιῶν· [7] ὁ δὲ αὐχὴν ὁ εἰς γῆν ἀνήκων τοῦ χωρίου,

tio ad Heracleam uſque pertinet, in Pontum naviganti ad dextram *ſita*. Et è Byzantio quidem in Heracleam tantum eſt itineris, quantum confici trireme, quæ remis agatur, die poteſt longiſſimo: in medio nulla neque ſocia, neque Græca civitas eſt, ſed *ſoli* Thraces vel Bithyni: & quoſcunque Græcos ceperint ſive *in litus* ejectos, ſive quo alio caſu *eò delatos*, crudelem in modum eos tractare dicuntur. Calpes verò portus ſi qui Heracleâ & Byzantio navigant utrinque in medio ſitus eſt: locus ipſe in mare porrigitur, cujúſque *adeò* pars ea quæ ad mare pertinet, petra *eſt* prærupta, altitudine, quà minima *eſt*, non minori viginti orgyis: cervix loci quæ ad terram pertingit, *eſt* quatuor

1 Ἡμέρας μάλα μακρᾶς] MS. Eton. μικρᾶς. Perperam. *Herodot.* l. 4. c. 86. haud ità diſſimili modo dixit, νηῦς ἐπίπαν μάλιστά κη κατανύει ἐν μακρημερίῃ &c. ubi legitur etiam μακρῇ ἡμέρῃ.

2 Ἀλλ' ἢ Θρᾷκες ἢ &c.] MS. Eton. ἀλλὰ Θρᾷκες Βιθυνοί. Thraces utique οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ dici ſolent etiam Bithyni. Adi p. 211. n. 2. & 323. n. 1

3 Ἐκπίπτοντας,] Eodem ſenſu adhibetur ἐκπίπτειν Act. XXVII. 17, 26. nempe de navigantibus, qui curſu propoſito excuſſi vel in brevia incidunt vel in litus ejiciuntur.

4 Λέγουσι τοὺς Ἕλληνας.] MS. Eton. dat ἐλέγχοντας τοὺς &c. Cæterùm *Muretus* τοὺς Ἕλληνας delet. Tu vide ſis p. 364. n. 7. & p. 310. n. 1. Adde Κ. Π. p. 496. n. 3.

5 Ἔστι δ' ἐν τῇ θαλάττῃ] *Muret.* legit ἔστι δὲ τῆς θαλάττης &c. Ipſe nihil mutandum cenſeo. Cæterùm, de portu hoc fuſiùs in *Diſſertat. Geograph.*

6 Τὸ μὲν &c.] *Scil.* μέρος. Vide p. 258. n. 2.

7 Ὁ δὲ αὐχὴν] *J. Poll.* l. 9. ſegm. 18. Καὶ ἡ μὲν ἐν μέσῳ τῆς θαλάττης ἑκατέρωθεν παρήκουσα γῆ — αὐχὼ *ſcil.* καλεῖται. *Herodot.* voce eâdem utitur μεταφορικῶς: vide l. 4. c. 85. l. 6. c. 37. Adde quæ ſupra ſcripſimus p. 275. n. 1. Similiter à *Plinio* N. H. l. 4. c. 3. & l. 6. c. 29. adhibetur *cervix*.

[1] μάλισα τεττάρων πλέθρων τὸ εὖρος· τὸ δ' ἐντὸς τῆ αὐχένος χωρίον, ἱκανὸν μυρίοις ἀνθρώποις [2] οἰκῆσαι. Λιμὴν δ' ὑπ' αὐτῆ τῆ πέτρα, τὸ πρὸς ἑσπέραν αἰγιαλὸν ἔχων. Κρήνη ὑ ἡδέος ὕδατος καὶ ἀφθόνου ῥέουσα ἐπ' αὐτῆ τῆ θαλάττη, ὑπὸ τῆ ἀκροπολείας τῆ χωρίου. Ξύλα δὲ, πολλὰ μὲν ἄλλα, πάνυ δὲ πολλὰ καὶ καλὰ ναυπηγήσιμα ἐπ' αὐτῆ τῆ θαλάττη. Τὸ δὲ ὄρος τὸ ἐν τῷ λιμένι εἰς μεσόγαιαν μὲ ἀνήκει, ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, καὶ τοῦτο γεῶδες καὶ ἄλιθον· τὸ δὲ πρὸς θάλατταν, πλέον ἢ ἐπὶ εἴκοσι σταδίους, δασὺ πολλοῖς καὶ πολυτελέσι καὶ μεγάλοις [3] ξύλοις. Ἡ δ' ἄλλη χώρα, καλὴ καὶ πολλή· καὶ κῶμαι ἐν αὐτῆ εἰσι πολλαὶ καὶ εὖ οἰκούμεναι· φέρει γὰρ ἡ γῆ καὶ κριθὰς, καὶ πυροὺς, καὶ ὅσπρια πάντα, [4] καὶ μελίνας, καὶ σήσαμον, καὶ σῦκα ἀγχοῦ, καὶ ἀμπέλους πολλὰς

admodùm plethrorum latitudine : tractus autem intrà cervicem tantus eſt, ut hominibus decies mille habitacula præbere poſſit. Portus ſub ipſâ petrâ *ſitus eſt*, cujus litus ad occaſum vergit. *Eſt ibidem* & dulcis ac uberis aquæ fons, qui propter *ipſum* mare *ſic* labitur, *ut* ſub *hujus tamen* loci poteſtate *ſit*. *Sunt* & ligna, cùm multa quidem alia, tum verò plurima pulcherrimáque, juxta ipſum mare, quæ ſunt navibus fabricandis idonea. Mons, qui eſt in portu, in mediterranea ſe porrigit, ad viginti circiter ſtadia, éſtque *adeò* terrenus idem & lapidum expers; quà verò mare reſpicit, ampliùs viginti ſtadia, multis & omnis generis arboribus *iiſdém*que magnis denſus *eſt*. Reliqua regio amœna *eſt* & ampla: atque vici ſunt in eâ multi frequentéſque incolis: fert enim terra & hordeum, & triticum, & omnia legumina, & panicum, & ſeſamum, & ficus ſatìs multas, multas etiam vites vini

Xenophontea imitatur: ἦν γὰρ ἡ φύσει ἄλιθον, ἀντὶ ἔδαφος τὸ πεδίον.

1 Μάλιστα] Vide p. 382. n. 3.

2 Οἰκῆσαι.] Sic ſcribendum videtur, utì & *Steph.* monuit. MS. Eton. nec non edit. *Ald.* & *Flor.* exhibent οἴκησις. *Leuncl.* cum aliis nonnullis dat οἰκήσειν. Ejuſdem locutionis Atticæ exemplum videre eſt ſuprà p. 271. ubi lege n. 2.

3 Ξύλοις.] Pro δένδρεσι hoc loco poni videtur. Confer Apocal. II. 7. & XXII. 2, 14.

4 Καὶ μελίνας, καὶ &c.] Adi p. 19. n. 4. & p. 150. n. 6.

καὶ [1] ἡδυοίνους, καὶ πάλλα πάντα, πλὴν ἐλαιῶν. Η μὲν χώρα τοιαύτη.

[2] Εσκήνουν δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ [3] ἐπὶ τῇ θαλάττῃ· εἰς δὲ τὸ πόλισμα οὐκ ἐβούλοντο στρατοπεδεύεσθαι· ἀλλὰ ἐδόκει καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐπαῦθα ἐξ ὑποβουλῆς εἶναι, βουλομένων τινῶν [4] κατοικίσαι πόλιν. Τῶν γὰρ στρατιωτῶν ① πλεῖστοι ἦσαν οὐ πάνυ βίου ἐπιπεπλευκότες ὑπὸ ταύτην τὴν μισθοφορὰν, ἀλλὰ τὴν Κύρου ἀρετὴν ἀκούοντες, [5] ② μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες συσκευωρουμένους χρήματα, ③ δὲ καὶ τούτων ἕτεροι ἀποδεδρακότες πατέρας καὶ μητέρας, ④ δὲ καὶ τέκνα καταλιπόντες, ὡς, χρήματα αὐτοῖς κτησάμενοι, ἥξοντες πάλιν· ἀκούοντες καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς

suavis feraces, cæteráſque *plantas* omnes, extra *unas* oleas. Hujuſmodi *ea* regio erat.

*Milites* autem in litore propter mare tabernacula collocabant: in oppidum verò licèt perveniſſent, caſtra *tamen ibi* locare nolebant; quin *ipſis* inſidiosè factum videbatur, quod eò loci veniſſent, quaſi civitatem condere aliqui *ibi* vellent. Nam maxima pars militum non *adducta* rerum ad vitam neceſſariarum inopiâ, ad hæc *capienda* ſtipendia *è Græciâ* navigaverant, ſed quòd Cyri virtutem auditione acceperant, alii viros etiam *ſecum* ducentes qui jam facultates conſumpſerant, ex his alii à patribus & matribus aufugerant, liberos etiam alii deſeruerant, utpote qui, opes ubi ipſis comparâſſent, redituros ſe ſperabant; cùm audîſſent alios

1 Ηδυοίνους] *J. Poll.* l. 1. ſegm. 243. Ἀμπέλους μέντοι (λέγουσι) ἡδυοίνους, καὶ *&c.* *Id.* l. 6. ſegm. 22. Καὶ ἄμπελοι ἡδύοινοι, ὡς Ξενοφῶν.

2 Εσκήνουν] Intellige στρατιῶται vel Ελληνες, itémque paulò infrà cum ἐπιθύμουν.

3 Επὶ τῇ &c.] MS. Eton. ποὸς τῇ *&c.* Sed parum refert, utram utri ſcripturam anteferas.

4 Κατοικίσαι] In MSto Eton. & quibuſdam editis perperam legitur κατοικῆσαι. Idem libri paulò infrà exhibent τὸ χωρίον οἰκῆσαι, pro — οἰκίσαι, quod alii rectè repræſentant. Verbo compoſito uſus eſt Noſter p. 409.

5 Οἱ μὲν καὶ ἄνδρας &c.] MS. Eton. οἱ μὲν καὶ ἄνδρας ἄγοντες, οἱ δ' καὶ συσκευωρουμένους χρήματα, καὶ τούτων ἕτεροι &c. Edit. quædam vet. dant οἱ μὲ καὶ ἄνδρας ἄγοντες ποὸς ἀνηλωκότα χρήματα, οἱ δ' *&c.* Lectionem hanc *Amaſæus* expreſſit: quâ tamen poſthabitâ, *Steph.* & *Leunel.* exemplaria libens ſequutus ſum.

πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ποιέῖν. Τοιοῦτοι οὖν ὄντες, ἐπεθύμουν εἰς τὴν Ελλάδα σώζεσθαι.

[2] Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγίγνετο τῇ εἰς ταὐτὸ συνόδῳ, [3] ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο Ξενοφῶν· (ἀνάγκη γὰρ ἦν ὅπη τὰ ὁπλίτεια ἐξάγειν) ἐπενόει δὲ καὶ [4] τοὺς νεκροὺς θάψαι. [5] Ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ ἐγίγνετο, εἵποντο καὶ οἱ Ἀρκάδες, καὶ τοὺς νεκροὺς, τοὺς μὲν πλείστους ἔνθαπερ ἔπεσον, ἐκάστους ἔθαψαν· (ἤδη γὰρ [6] ἦσαν πεμπταῖοι, καὶ οὐκ οἷόν τε [7] ἀναιρεῖν ἔτι ἦν) ἐνίους δὲ τοὺς ἐκ τῆς ὁδοῦ συνενεγκόντες, ἔθαψαν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδυνήθησαν κάλλιστα· ὃς δ' μὴ εὕρισκον, [8] κενο-

quoque *qui* cum Cyro *essent* multa sibi bona adquirere. Cùm eo essent animo *milites*, in Græciam incolumes redire cupiebant.

Posteaquam dies illuxisset, ex quo eundem in locum convenerant, de educendis copiis Xenophon exta consulebat: (necesse enim erat ad commeatus *eas* educere) de mortuis etiam sepeliendis cogitabat. Cúmque pulchrè litatum esset, Arcades quoque sequuti sunt, & mortuos, pleroſque iis quidem quibus ceciderant locis, singulos sepelierunt: (jam enim dies *ibi* quinque jacuerant, neque adeò fieri potuit ut eos tollerent) at nonnullos quos è viis congesserant, pro suis facultatibus quàm poterant honestissimè sepelierunt: iis autem, quos non reperiebant, ceno-

1 Πολλὰ καὶ ἀγαθὰ] Legitur etiam πολλὰ ἄγαν πρᾶττειν. Pessimè. Illo modo loqui solent Græci, conjunctione interpositâ, pro πολλὰ ἀγαθά. *Ælian.* V. H. l. 2. c. 25. — πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἰτίαν &c.

2 Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγίγνετο τῇ &c.] I. e. *cùm jam dies alter illuxisset, ex quo Arcades & Achæi se rursùs ad Xenophontis copias congregâssent &c.* Adi p. 470. n. 2.

3 Ἐπ' ἐξόδῳ ἐθύετο] Vide p. 364. n. 1. & p. 414. n. 3.

4 Τοὺς νεκροὺς θάψαι.] MS. Eton. θάπτειν. Sed consule p. 420. n. 2. Adde p. 429. n. 4.

5 Ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ &c.] MS. Eton. & vet. aliquot cod. ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερῖα καλὰ ἐγίγνετο, &c. Sed (quod monuit *Steph.*) pro ἱερῖα quin ἱερὰ legendum sit nemini dubium esse potest: nam & vet. aliquot exemplarium & aliorum locorum auctoritate lectio hæc comprobatur. Porrò, καλὰ ex scholio huc irrepsisse puto, cùm in eodem loquendi genere sæpissimè soleat omitti. Vide p. 124. n. 4. *Thucyd.* l. 5. c. 55. καὶ ὡς οὐδ' ἐνταῦθα τὰ Δημόσατήρια (*scil.* ἱερὰ) αὐτοῖς ἐγίγνετο, &c. & ejusdem l. c. 116. ὡς αὐτοῖς τὰ Δημόσατήρια ἱερὰ — οὐκ ἐγίγνετο, &c.

6 Ἦσαν πεμπταῖοι,] Similiter de defuncto Joh. XI. 39. τεταρταῖος — ἐστι. Adi p. 372. n. 3.

7 Ἀναιρεῖν] Vide p. 430. n. 2.

8 Κενοτάφιον] Monumentum hujusmodi, quod Virgilius, *Æneïd.* l. 3. v. 304. & l. 6. v. 505. vocem Græcam interpretatus, *inanem*

τάφιον αὐτοῖς ἐποίησε μέγα, καὶ πυραὶ μεγάλαι, [1] καὶ στέφανοι ἐπέθεσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Καὶ τότε μὲν δειπνήσαντες ἐκοιμήθησαν· τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνῆλθον οἱ στρατιῶται πάντες, (συνῆγον δὲ αὐτοὺς μάλιστα Ἀγασίας Στυμφάλιος ὁ λοχαγὸς, καὶ Ἱερώνυμος Ἠλεῖος λοχαγὸς, καὶ ἄλλοι πρεσβύτατοι τῶν Ἀρκάδων) καὶ δόγμα ἐποιήσαντο, ἐάν τις [2] τῶν λοιπῶν μνησθῇ δίχα τὸ στράτευμα ποιεῖν, θανάτῳ αὐτὸν ζημιοῦσθαι· καὶ κατὰ χώραν ἀπέναι, [3] ἥπερ

taphium magnum ſtruxerunt, magnum etiam rogum, coronáſque *iis* impoſuerunt. Hæc cùm feciſſent, ad caſtra reverterunt. Atque ibi tum cœnâ ſumptâ quieti ſe dederunt: poſtridie autem milites univerſi convenerunt, (eos autem in primis Agaſias Stymphalius cohortis ductor, cohortis ductor etiam Hieronymus Eleus, aliíque ex Arcadibus natu maximi coëgerunt) & decretum fecerunt, ut ſi quis deinceps diſtrahendi exercitûs mentionem faceret, morte is multaretur; ut item in eum redirent ordinem,

*nem tumulum* vocat, in honorem atque memoriam mortuorum, eorum in primis qui vel in acie deſiderati, vel naufragio erant amiſſi, mos erat antiquis exſtruere. Hinc *Suetonio* in Claudio c. 1. dicitur *tumulus honorarius*. Nec inſepultis tantùm, ſed & beneficiorum quorundam inſigniorum auctoribus, quorum corpora jam anteà ſepulchris fuerant condita, tumulos ejuſmodi ponere ſolebant. Rem totam hanc luculenter exſequitur *Dionyſ. Hal.* A. R. lib. 1. c. 54. his verbis de Æneâ factis: Εἰ δέ τινας ταράττει τὸ πολλαχῇ λέγεσθαί τι καὶ δεικνύειν τάφους Αἰνείου, ἀμηχάνου ὄντος εὑρεῖν τὸν αὐτὸν τεθάφθαι χωρίοις, ἐνθυμηθέντες ὅτι κοινόν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν τοῦτό γε τὸ ἄπορον, καὶ μάλιστα τῶν μὴ ἐπιφανεῖς τὰς τύχας ἐχόντων, πλάνητας δὲ τοὺς βίους ἐχηκότων, μαθέτωσαν ὅτι χωρίον μὲν ἓν τὸ δεξάμενον τὰ σώματα αὐτῶν οὐ, μνημεῖα δὲ παρὰ πολλοῖς κατεσκεύασε, δι' εὐτοκίαν τῶν ὠφελείας ποιουμένων, μάλιστα ἐπὶ τοῖς γένεσιν αὐτῶν τι θεῖον, ἢ πόλεως οἰκιστὰς ἢ χρόνιοι οἰκήτορες καὶ φιλάνθρωποι μοῖραι. Lege *Hom.* Il. η'. v. 331 & ſeq. Adde, ſi libet, *Æli. Lamprid.* in Severo, c. 65. p. 1035. & *Vopiſc.* in Floriano, c. 2. p. 622. edit. Lugd. Bat.

1 Καὶ στέφανοι &c.] Coronis, variis è floribus, herbis frondibúſve textis, apud veteres decorari conſueviſſe tumulos ſubinde docent auctores tam Græci quàm Latini. *Sophocl.* in Electrâ v. 898 & ſeq.

Χρ. Καὶ δὴ λέγω σοὶ πᾶν ὅσον κατειδόμην.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον πατρὸς ἐς χοὰς τάφον,
Ὁρῶ κολώνης ἐξ ἄκρας νεοῤῥύτους
Πηγὰς γάλακτος, καὶ στεφηφόρῳ κύκλῳ
Πάντων ὅσ' ἐσὶν ἀνθέων ἠκλω πατρός.

*Tibul.* l. 2. eleg. 4. v. 47 & ſeq.

*Atque aliquis ſenior, veteres veneratus amores,*
*Annua conſtructo ſerta dabit tumulo.*

ubi vide quæ notavit elegantiſ. *Broukh.*

2 Τῶν λοιπῶν] Vide p. 431. n. 6.

3 Ἥπερ πρόσθεν &c.] *Scil.* eo loco vel ordine, quem quiſque ante diſſidium tenuerat. *Leuncl.* locum ſic vertit, —*formam exercitûs in abitu eandem retinendam eſſe, quæ priùs fuiſſet.*

πρόσθεν εἶχε τὸ στράτευμα, ἢ ἄρχειν τὰς πρόσθεν στρατηγούς. Καὶ Χειρίσοφος μὲν ἤδη τετελευτήκει, φάρμακον πιὼν, πυρέττων· [1] τὰ δ' ἐκείνου Νέων ὁ Ασιναῖος παρελάμβανε.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἀναστὰς εἶπε Ξενοφῶν, "Ω ἄνδρες στρα-"τῶται, δεῖ μὲν πορείαν, ὡς ἔοικε, [2] δηλονότι [3] πεζῇ ποιητέον· οὐ "γὰρ ἔστι πλοῖα. Ανάγκη δὲ πορεύεσθαι ἤδη· οὐ γὰρ ἔστι μένουσι "τοῖς ἐπιτήδεια. Ημεῖς μὲν οὖν θυσόμεθα· ὑμᾶς δὲ δεῖ παρασκευά-"ζεσθαι ὡς μαχουμένους, εἴ ποτε ἢ ἄλλοτε· οἱ γὰρ πολέμιοι "[4] ἀνατεθαρσήκασιν." Εκ τούτου ἐθύοντο οἱ στρατηγοὶ, μάντις δὲ παρῆν Αρεξίων Αρκάς· [5] ὁ δὲ Σιλανὸς ὁ Αμβρακιώτης ἤδη ἀποδεδράκει, πλοῖον μισθωσάμενος, ἐξ Ηρακλείας. [6] Θυομένοις

quem antea tenuerat exercitus, & cum imperio essent illi, qui priùs duces extitissent. Obierat jam diem supremum Cherisophus, epoto medicamento, cùm febri laboraret; ac ejus *sanè* partes obtinebat Neon Asinensis.

Post hæc cùm exsurrexisset Xenophon, "Iter nobis, milites, "inquit, pedibus nimirum, utì videtur, faciendum est: neque "enim *ulla nobis* sunt navigia. Jam verò iter facere necesse est; "neque enim *hìc* manentibus suppetit commeatus. Quamobrem "nos quidem hostias mactabimus; vos autem, si unquam aliàs, "*sic* vosmet comparetis oportet, ut quibus pugnandum sit: nam "animos receperunt hostes." Ibi tum hostias mactabant duces, *quibus* vates aderat Arexion Arcas: nam Silanus Ambraciotes jam, navigio conducto, ex Heracléâ aufugerat. *Ipsis* autem de

1 Τὰ δ' ἐκείνου Νέων &c.] Adi p. 467. n. 3. & p. 418. n. 4. Noster paulò infrà, Νέων δὲ ἓν μὲν στρατηγὸς κατὰ τὸ Χειρισόφου μέρος· unde forsan aliquis cum τὰ hoc loco intellexerit μέρη. Cæterùm pro τὰ δ' ἐκείνου MS. Eton. dat τὰ δὲ τούτου &c.

2 Δηλονότι] Scribitur & divisim δῆλον ὅτι. Vulgatam tamen scripturam retinere malim. Voces autem istas sæpè invicem permutatas esse non uno loco suprà monuimus.

3 Πεζῇ] Vide p. 407. n. 3.

4 Ανατεθαρσήκασιν.] *Thucyd.* l. 5. c. 82. Καὶ Αργείων ὁ δῆμος — ἀναθαρσήσας &c. *Schol.* Καὶ ἀναθαρσήσας] ἀναλαβόντες αὖθις ἐλπίδας ἀγαθάς.

5 Ο δὲ Σιλανὸς ὁ &c.] Refer sis oculos ad p. 409. n. 3. De particulâ δὲ vide 418. n. 6. *Aristoph.* Ορνιθ. v. 585. — μισθοφορεῖ δέ. *Schol.* Ο δὲ, ἀντὶ τοῦ γάρ.

6 Θυομένοις δὲ ἐπὶ &c.] Vide p. 124. n. 3.

δὲ ἐπὶ τῇ ἀφόδῳ [1] οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Ταύτῃ μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐπαύσαντο. Καί τινες ἐτόλμων λέγειν ὡς ὁ Ξενοφῶν, βελόμενος τὸ χωρίον [2] οἰκίσαι, πέπεικε τὸν μάντιν λέγειν, ὡς τὰ ἱερὰ οὐ γίγνεται ὑπὸ ἀφόδῳ. [3] Ἐντεῦθεν [4] κηρύξας Ξενοφῶν, τῇ αὐρίον παρεῖναι ἐπὶ τὴν θυσίαν τὸν βελόμενον, καὶ, μάντις εἴ τις εἴη, προαγορεύσας παρεῖναι, ὡς σωφρονισόμενον τὰ ἱερὰ, [5] ἔθυε· καὶ ἐνταῦθα παρῆσαν πολλοί. [6] Θυομένων δὲ πάλιν εἰς τρὶς ὑπὸ τῇ ἀφόδῳ, οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά. Ἐκ τούτου χαλεπῶς εἶχον ④ στρατιῶται· καὶ γὰρ τὰ ὑποπόδια

discessu hostias consulentibus exta non erant læta. Quapropter hoc die quieverunt. Ac quidam audebant dicere Xenophontem, præ studio coloniam eo in loco collocandi, vati persuasisse, ut de discessu exta non fuisse læta diceret. Mox deinde Xenophon cùm præconis voce edixisset, ut crastino die sacrificio, quicunque vellet, interesset, &, si qui esset in exercitu vates, ut adesset, exta quò simul inspiceret, denuntiâsset, hostias cædebat; atque ibi aderant multi. Cúmque rursùs ter hostias de discessu consulerent, exta non erant læta. Ibi tum milites molestiâ afficiebantur; nam commeatus ille, quem secum huc profecti ad-

1 Οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερά.] Ità MS. Eton. In editis libris legitur οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ καλά. quam vocem ultimam, alibi etiam additam, tanquam scholion, ejiciendam censeo. Vide p. 477. n. 5.

2 Οἰκίσαι] Scribitur & οἰκῆσαι. Sed tu vide sis p. 476. n. 4.

3 Ἐντεῦθεν] Adi p. 417. n. 6.

4 Κηρύξας] Consule p. 30. n. 4.

5 Ἔθυε,] *Ammon.* Θύειν τὴν Θύοντα Διαφέρει. Θύειν μὲν γὰρ οἱ σφάττοντες τὰ ἱερεῖα. Θύοντας δὲ οἱ διὰ τῆς αὐλάγχνων μαντεύομενοι. *Th. Magist.* Θύειν, ἐπὶ τῶν σφαττομένων ἱερείων· — τὴν θύεσθαι δὲ μόνον ἀντὶ τοῦ σφάττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ θύειν. Et haud sanè crediderim perpetuum esse apud auctores, quod *Ammonius* notat, istorum verborum discrimen. Confusum certè videtur apud Nostrum, tum alibi, tum *Hist. Gr.* l. 3. ferè medio: αὐτὸς δὲ εἰς Αὐλίδα ἐλθὼν θύσων εἰς Αὐλίδι, ἔνθαπερ ὁ Ἀγαμέμνων, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει, ἔθυετο. P. 149.

6 Θυομένων δὲ πάλιν &c.] Suprà paulò aliâ orationis formâ rem eandem extulerat: Θυομένοις δὲ ἐπὶ τῇ &c. ubi participium potest conjungi cum ἐγίγνετο, vel etiam absolutè, pariter ac θυομένων hoc loco, poni. Confer p. 467. n. 4. Hanc constructionis varietatem cùm non animadvertissent librarii, pessimè acceperunt Evangelistæ verba Act. XXII. 17. ubi codices alii pro ὑποστρέψαι dant ὑποστρέψαντι· pro προσευχομένῳ, προσευχόμενον alii, alii προσευχομένῃ. Quin & MS. Eton. hìc loci perperam exhibet θυομένῃ.

ἐπέλιπεν ἃ ἔχοντες ἦλθον, [1] καὶ ἀγορὰ οὐδεμία ἐφαίνετο.

Ἐκ τούτου συνελθόντων εἶπε πάλιν Ξενοφῶν, Ὦ ἄνδρες, ὅτι μὲν τῇ πορείᾳ, ὡς ὁρᾶτε, τὰ ἱερὰ οὔπω γίγνεται· τῶν δ' ἐπιτηδείων ὁρῶ ὑμᾶς δεομένους· ἀνάγκη ἔν μοι δοκεῖ θύεσθαι περὶ αὐτοῦ τούτου. Ἀνασὰς δέ τις εἶπε, Καὶ εἰκότως ἄρα ἡμῖν οὐ γίγνεται τὰ ἱερά· ὡς γὰρ ἐγὼ, ἀπό τοῦ αὐτομάτου χθὲς ἥκοντός πλοίου, [2] ἤκουσα τινὸς ὅτι Κλέανδρος ὁ Βυζάντιος [3] ἀρμοστὴς μέλλοι ἥξειν, πλοῖα ἔχων καὶ τριήρεις. Ἐκ τούτου ἦ [4] ἀναμένειν μὲν πᾶσιν ἐδόκει· ὅτι ἦ τὰ ἐπιτήδεια ἀναγκαῖον ἦν ἐξιέναι· [5] καὶ ὅτι τούτῳ πάλιν [6] ἐθύετο εἰς τέλος, καὶ οὐκ

tulerant, *eos* defecit, neque forum ullum rerum venalium præstò erat.

Hìc cùm convenissent, *ità* rursùs loquutus est Xenophon, Necdum felicia, milites, ad iter, utì videtis *ipsi*, sunt exta: at commeatu vos egere video: quapropter necesse est, meâ *quidem* sententiâ, hâc ipsâ de re deos consulere. Et surgens quidam, Consentaneum utique est, inquit, nos non posse litare: nam ut ego de quodam audivi, casu quodam navigio *huc* herì adpulso, Cleander è Byzantio, *cujus est* præfectus, cum navigiis ac triremibus venturus est. Ibi tum visum quidem est omnibus expectandum esse; necessariò tamen ad commeatus *parandos* exeundum erat: atque hâc de re rursùs ter mactatæ erant hostiæ, neque

1 Καὶ ἀγορὰ] Respice p. 461. n. 1.

2 Ἤκουσα τινὸς ὅτι &c.] *Steph.* ὅτι expungendum, vel in ὁ mutandum, censuit. Rectiùs *Leuncl.* in atticisimorum numerum ejus particulæ usum referendum suspicatus est. Noster eodem fermè modo loquitur in libello Περὶ Προσόδων, haud ità procul à fine: Εἰ δὲ σαφὲς δοκεῖ εἶναι ὡς, εἰ μέλλοιεν πᾶσαι αἱ πρόσοδοι ἐκ πόλεως πορίσαι, ὅτι εἰρήνην δεῖ ὑπάρχειν, &c. Et in *Hist. Gr.* l. 6. paulò ultra med. οἱ δὲ ἔλεγον ὡς, ἐπεὶ παῖδες αὐτῷ σὺν ἐγίγνοντο ἐκ γυναικός, ὅτι πέμπειν εἰς Θήβας ἐμνήσθη &c. Adde quæ suprà scripsimus p. 410. n. 3.

3 Ἀρμοστὴς] Vide p. 400. n. 5. Quod verò scribitur in quibusdam cod. ἀρμοστὴς μᾶλλον ἦξε, absonum extra modum & absurdum est.

4 Ἀναμένειν] *Scil.* Κλέανδρον καὶ τὰς τριήρεις καὶ τὰ πλοῖα, utì Noster infrà pleniùs rem eandem enarrat.

5 Καὶ ἐπὶ τούτῳ &c.] Suprà paulò dixerat, δοκεῖ θύεσθαι περὶ αὐτοῦ τούτου. Vide sis p. 414. n. 3.

6 Ἐθύετο] Intelligendus videtur cum hoc verbo Ξενοφῶν. utì & mox infrà, Καὶ πάλιν δ' ὑστεραίᾳ ἐθύετο, &c.

ἐγίγνετο τὰ ἱερά· καὶ ἤδη ὅπι σκηνὴν ἰόντες τὴν Ξενοφῶντος, ἔλεγον ὅτι οὐκ ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια. Ὁ δ' οὐκ ἂν ἔφη ἐξαγαγεῖν, μὴ γιγνομένων τῶν ἱερῶν.

Καὶ πάλιν δ' ὑστεραίᾳ ἐθύετο, καὶ καλὸν ἦν πᾶσα ἡ στρατιὰ, μᾶλλον τὸ μέλειν πᾶσιν, ἐκυκλοῦτο περὶ τὰ ἱερά· τὰ δὲ θύματα ἐπελελοίπει. Οἱ δὲ στρατηγοὶ [1] ἐξῆγον μὲν οὔ, συνεκάλεσαν δέ· εἶπεν οὖν ὁ Ξενοφῶν, Ἴσως ④ πολέμιοι συνειλεγμένοι εἰσὶ, καὶ ἀνάγκη μάχεσθαι· εἰ οὖν [2] καταλιπόντες τὰ σκεύη ἐν τῷ ἐρυμνῷ χωρίῳ, ὡς εἰς μάχην παρεσκευασμένοι ἴοιμεν, ἴσως ἂν [3] τὰ ἱερὰ μᾶλλον παρέχοιεν ἡμῖν. Ἀκούσαντες δὲ ④ στρατιῶται [4] ἀνέκραγον ὡς οὐδὲν δέον εἰς τὸ χωρίον ἄγειν, ἀλλὰ [5] θύειν ὡς

*tamen* læta fuerunt exta: & jam *milites*, cùm ad Xenophontis tabernaculum acceſſiſſent, commeatus ſe non habere aiebant. At ille ſe educturum eos negabat, niſi perlitatum eſſet.

Ac poſtridie rursùs mactatæ erant hoſtiæ, atque totus ferè exercitus, propterea quòd omnibus *res* curæ eſſet, ſpiſſo orbe ſacra circumſteterunt: *jámque* eos defecerant hoſtiæ. At duces *eos* non eduxerunt quidem, ſed tamen convocârunt: quare Xenophon, Fortaſſis, ait, collecti ſunt hoſtes, ac pugnare neceſſe eſt: ſi ergo relictis ſarcinis in loco *hoc* munito, tanquam ad pugnam inſtructi progrediamur, fortaſſe magìs exta feliciter nobis ceſſerint. *Hoc* cùm milites audiîſſent, exclamabant nihil eſſe, quamobrem *eum* in locum duceret, ſed quàm celerrimè ſacrifi-

1 Ἐξῆγον μὲν οὔ, &c.] In quibuſdam libris locus ſic peſſimè diſtinguitur, — ἐξῆγον μὲν, οὐ συνεκάλεσαν δέ. quos ſequutus eſt *Amaſæus*. Noſter ſuprà p. 298. ſimiliter dixit, Οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. Et p. 341. δένδροις παχέσι μὲν οὔ, συκαῖς δέ. ubi vide notata.

2 Καταλιπόντες τὰ σκεύη] Rectè huc τὰ σκεύη revocârunt *Steph. Leuncl. Muret.* quæ in MSto Eton. & editionibus antiquis non comparent. Porrò, *Leuncl.* ſe τὰ σκεύη in quibuſdam exemplaribus legiſſe teſtatur.

3 Τὰ ἱερὰ μᾶλλον παρέχοιεν] MS. Eton. τὰ ἱερὰ παρέχοιεν. Sed rectiùs cæteri libri vulgatam Lectionem exhibent. *Thucyd.* l. 5. c. 54. eâdem notione verbum uſurpavit: ὡς δ' αὐτοῖς τὰ Δημοκρατήεια θυομένοις οὐ παρέχοι &c.

4 Ἀνέκραγον ὡς] Conf. p. 359. n. 1.

5 Θύειν] MS. Eton. θύειν. Vide p. 480. n. 5.

πάχισα. [1] Καὶ ταῦθα μὲν οὐκέτι ἰῶν, [2] βῶς δὲ ὑφ' ἁμάξης ταλάμβοι ἐθύοντο· καὶ Ξενοφῶν Κλεάνορον ἐδεήθη τοῦ Ἀρκάδος παθυμεῖσθαι, [3] εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη. Αλλ' [4] οὐδ' ὡς ἐγένετο τὰ ἱερά.

[5] Νέων δ' ἰῶν μὲν στρατηγὸς κατὰ τὸ Χειρισόφου μέρος· ἐπεὶ δ' ἑώρα [6] τοὺς ἀνθρώπους, ὡς εἶχον δεινῶς τῇ ἐνδείᾳ, βουλόμενος αὐτοῖς χαρίσασθαι, εὑρών τινα [7] ἄνθρωπον Ηρακλεώτην, ὃς ἔφη κώμας ἐγγὺς εἰδέναι, ὅθεν εἴη λαβεῖν τὰ ἐπιτήδεια, [8] ἐκήρυξε, ὅτου βουλόμενον ἴέναι ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια, ὡς ἡγεμόνα ἑσομένου.

candum esse. Ac oves sanè non jam ampliùs erant *ullæ*, atque adeò boves quos de plaustro emerant mactabant: & Xenophon Cleanorem Arcadem orabat ut alacri esset *ad omnia paranda* animo, si quid hoc *sacrificandi* tempore *læti* extaret. Verùm nè sic quidem perlitatum est.

Cæterùm Neon dux erat in Cherisophi locum *suffectus*: *is* autem ubi miserè premi homines inopiâ videbat, quòd iis gratificari volebat, cùm Heracleotam quendam reperisset, qui se diceret vicos nôsse prope *ab ipsis*, unde commeatus petere liceret, per præconem pronuntiavit ut, quicunque vellet, ad commeatus parandos exiret *secum*, ut qui se ducem *ipsis* præbiturus esset.

1 Καὶ] Eandem hujus particulæ vim videre est p. 267. n. 4.

2 Βῶς] Obiter emendandus est *Th. Magister*, apud quem in hâc voce scribitur, Αἴγεται ἐπ' εὐθείας τῶν πληθωλικῶν βόες —— ἐπὶ ὃ τὸ Ατλικῆς, βῶς. Repone, ἐπὶ ὃ τὸ αἰπαλικῆς, βῶς.

3 Εἴ τι ἐν τούτῳ εἴη.] Plenè forsan dixerit aliquis εἴ τι καλὸν vel αἴσιον ἐν τούτῳ χρόνῳ vel ἱερείῳ εἴη. Vide p. 286. n. 6. Mox infrà Noster, καὶ γίνεται καλὰ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τῷ πρώτου ἱερείου.

4 Οὐδ' ὡς ἐχρύσετο τὰ &c.] Legitur etiam in *Steph.* & *Leuncl.* edit. οὐδ' ὡς ἐχρύσετο καλὰ τὰ ἱερά. Sed illud καλὰ delendum jam suprà monui p. 480. n. 1. Quâ de re conjecturam meam confirmant hoc loco edit. *Ald.* & *Flor.* in quibus scribitur, ἀδ' ὡς ἐχρύσετο καλὰ τὰ ἱερὰ δηλονότι. Nam vox δηλονότι aliquid expositionis gratiâ additum esse luculenter indicat: atque adeò forsan hìc loci legendum, ἀδ' ὡς ἐχρύσετο· cæteris, quæ sequuntur, omissis: ut ἐχρύσετο idem hìc valeat, atque πρὸς χάριν apud *Thucyd.* loco paulò suprà citato. *Stephanus* utique scripturam hanc veterum quorundam cod. auctoritate niti testatur. Vide sis p. 428. n. 3. de δηλονότι. & p. 124. n. 4. de ἐχρύσετο.

5 Νέων δὲ ἰῶν &c.] Adi p. 418. n. 4.

6 Τοὺς ἀνθρώπους, ὡς εἶχον] Consule p. 426. n. 6.

7 Ανθρωπον Ηρακλεώτην,] Lege p. 59. n. 1.

8 Εκήρυξε] Respice p. 30. n. 4. & p. 267. n. 2.

Επεξέρχονται δὴ σὺν δορατίοις, καὶ ἀσκοῖς, καὶ θυλάκοις, καὶ ἄλλοις ἀγγείοις, εἰς διχιλίους ἀνθρώπους. Επεὶ δ' ἦσαν ἐν ταῖς κώμαις, καὶ διεσπείροντο [1] ὡς ἐπὶ τὸ λαμβάνειν, ἐπιπίπτουσιν αὐτοῖς οἱ Φαρναβάζου ἱππεῖς τυχόντες (βεβοηθηκότες γὰρ ἦσαν τοῖς Βιθυνοῖς) βουλόμενοι σὺν τοῖς Βιθυνοῖς, εἰ δύναιντο, [2] ἀποκωλῦσαι τοὺς Ελληνας μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν Φρυγίαν. Οὗτοι οἱ ἱππεῖς ἀπέκτειναν τῶν Ελλήνων ὀλίγῳ μεῖον ἢ πεντακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνέφυγον.

Ἐκ τούτου ἀπαγγέλλει τις ταῦτα τῶν ἀποπεφευγότων εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ Ξενοφῶν, ἐπειδὴ οὐκ ἐγεγύητο τὰ ἱερὰ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, λαβὼν βοῦν ἀπὸ ἁμάξης, (ὁ γὰρ ἰοῦ ἄλλα [3] ἱερεῖα) σφαγιασάμενος ἐβοήθει, καὶ οἱ ἄλλοι οἱ μέχρι [4] πεντήκοντα ἐτῶν

*Ibi* ſanè homines ferè bis mille cum ſpiculis, & utribus, & ſaccis, aliiſque vaſis excurrunt. Cúmque in vicos perveniſſent, ac *jam* hinc inde capiendi *commeatûs* causâ ſe ſpargerent, primi eos Pharnabazi equites invadunt, (nam *hi* Bithynis opem laturi venerant) quippe qui cum Bithynis *conjuncti*, ſi poſſent, Græcos avertere volebant, nè Phrygiam ingrederentur. Equites illi ex Græcis non pauciores quingentis trucidant; reliqui *quendam* in montem ſe fugâ recipiebant.

Mox deinde eorum, qui fugâ evaſerant, aliquis hæc in caſtra renuntiat. Et Xenophon, quoniam eo die perlitatum non fuerat, ſumptum de plauſtro bovem (nam alia non ſupererant animantia) cùm mactâſſet, ad opem *ſuis* ferendam properabat, cæteríque *adeò eum ſequuti ſunt* omnes, quinquaginta annos non

1 Ὡς] Non ſimilitudinem ſpeciémve, ſed rei veritatem, denotat; eadémque vis ejus eſt Marc. I. 22. & Joh. I. 14.

2 Ἀποκωλῦσαι τοὺς — μὴ &c.] Eodem fermè modo dicitur, atque p. 345. — ἐμποδὼν ἦν μὴ ἤδη εἶναι, &c.

3 Ἱερεῖα] Vide p. 444. n. 3.

4 Πεντήκοντα] Sic rectè MS. Eton. & vet. quædam edit. quibuſcum conſentit *Amaſæus*. Codices alii dant τριάκοντα. At magìs conſentaneum eſt, vacationem à militiæ laboribus annos quinquaginta potiùs, quàm triginta natis, fuiſſe datam.

πάντες. Καὶ ἀναλαβόντες τὰς λοιπὰς ἄνδρας, ἐς τὸ στρατόπεδον ἀφικνοῦνται. [1] Καὶ ἤδη μὲν ἀμφὶ ἡλίου δυσμὰς ἦν, καὶ οἱ Ἕλληνες μάλα ἀθύμως ἔχοντες ἐδειπνοποιοῦντο. Καὶ [2] ἐξαπίνης [3] ἀπὸ τῶν λασίων τῶν Βιθυνῶν τινες ὑπαγόμενοι [4] τοῖς προφύλαξι, τοὺς μὲν κατέκτανον, τοὺς δὲ ἐδίωξαν μέχρις εἰς τὸ στρατόπεδον. Καὶ κραυγῆς γενομένης, εἰς τὰ ὅπλα πάντες ἔδραμον οἱ Ἕλληνες· καὶ διώκειν μὲν καὶ κινεῖν τὸ στρατόπεδον νυκτὸς οὐκ ἀσφαλὲς ἐδόκει· λάσια γὰρ ἦν τὰ χωρία· ἐν δὲ τοῖς ὅπλοις ἐνυκτέρευον, φυλαττόμενοι [5] ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι.

Τὴν μὲν νύκτα οὕτω [6] διήγαγον· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ οἱ στρατηγοὶ εἰς τὸ ἐρυμνὸν χωρίον ἦγον· οἱ δὲ εἵποντο, ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα καὶ τὰ σκεύη. Πρὶν δὲ λῆσαι ὥραν τινά, [7] ἀπεταράχθησαν

egreſſi. Cúmque viros *illos* reliquos recepiſſent, in caſtra revertuntur. Ac jam quidem ſolis occaſus inſtabat, cùm Græci animis admodùm debilitati cœnam ſumebant. Et Bithynorum nonnulli cùm repentè per *loca* ſilvis denſa primas in excubias irruiſſent, alios occiderunt, alios ad ipſa uſque caſtra perſequuti ſunt. Ac clamore excitato, ad arma Græci adcurrerunt omnes: & *hoſtem* quidem perſequi noctúque caſtra movere, tutum non eſſe videbatur: erant enim loca *ea* denſa ſilvis: at in armis pernoctârunt, conſtitutis excubiis ad dimicandum idoneis.

Ità noctem exegerunt: cúmque illuxiſſet, duces in locum munitum ducebant; ac *milites*, ſumptis armis vasísque, ſequebantur. Antequàm autem prandii tempus eſſet, quà in locum aditus

1 Καὶ ἤδη μὲν — καὶ οἱ &c.] Vide p. 320. n. 1.

2 Ἐξαπίνης] Adi p. 339. n. 2.

3 Διὰ τῶν λασίων] *Scil.* χωρίων. Plenè mox infrà ſcribit, λάσια γὰρ ἦν τὰ χωρία. Vide p. 352. n. 1.

4 Τοῖς προφύλαξι,] Inſpice p. 133. n. 2.

5 Ἱκανοῖς φύλαξι μάχεσθαι.] Poſt vocem φύλαξι ponendam σιγμὴν πλείαν cenſuit *Muretus*: deinde legendum, Καὶ τὴν μὲν νύκτα οὕτω &c. deleto verbo μάχεσθαι. quod tamen, in MSto quamvìs etiam Eton. non extet, per me licet, retineas.

6 Διήγαγον] Vide p. 387. n. 1.

7 Ἀπεταράχθησαν] In *Steph.* Theſ. reperitur id verbi ſine auctore; in *Conſtant.* citatur tantùm *Appian.* Eodem tamen utitur *Dion. Hal.* A. R. l. 9. c. 8. Ὡς γὰρ ἤρξαντο — ἀπεταράχθαι τε καὶ ἀπιστανεῖν οἱ &c. ferè ut Noſter ἀπεταράχθησαν — καὶ ἀπιστάνεσθαι. Quare per-

peram

ἦ ἡ εἴσοδος ἰὼ εἰς τὸ χωρίον, ⁊ ἀπεσταύρωσαν ἅπαντα, καταλιπόντες τρεῖς πύλας. Καὶ πλοῖον ἐξ Ηρακλείας ἦκεν ἄλφιτα ἄγον, καὶ ἱερεῖα, ⁊ οἶνον. Πρωῒ δ' ἀναστὰς Ξενοφῶν [1] ἐθύετο ἐπεξόδια, [2] ⁊ γίνεται τὰ ἱερὰ [3] ἐπὶ τῷ πρώτῳ ἱερείου. Καὶ ἤδη τέλος ἐχόντων τῶν ἱερῶν, ὁρᾷ [4] αἰετὸν αἴσιον ὁ μάντις [5] Ἀρεξίων Παῤῥάσιος, [6] καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει τὸν Ξενοφῶντα. Καὶ λαβόντες τὼ τάφρον, [7] τὰ ὅπλα τίθενται, [8] καὶ σημήνειαν ἀνισήσαντας ἔξω σταθῆναι σὺν τοῖς ὅπλοις, [9] τὸ δὲ ὄχλον ⁊ τὰ ἀνδράποδα αὐτοῦ καταλιπεῖν. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι

erat fossam duxerunt, omniáque, tribus *tantùm* portis relictis, vallo præcludebant. Atque *ibi tùm* ex Heracléâ venit navigium, quod farinam, & animalia, & vinum vehebat. Xenophon autem manè surgens de discedendo exta consulebat, ac primâ *statim* hostiâ perlitatum est. Cúmque sacra jam peracta essent, Arexion Parrhasius vates aquilam faustam conspicit, & Xenophontem *copias* ducere jubet. Atque adeò ubi fossam transiissent, in armis consistunt, & per præcones edixerunt, militibus exeundum esse armatis, ut primùm pransi essent, turbam verò *imbellem* cum mancipiis ibidem esse relinquendam. Ac cæteri

peram libri quidam vet. in quibus est & MS. Eton. pro ἀπεσταύρωσαν dant ἀπεστράπευσαν. *Dionys. Hal.* iterùm ibid. l. 10. c. 21. — τὼ πόλιν αὐτῶν ἀπεπίφρουε &c. Adde sis *Suid.* in v. Απεπίφρουον.

1 Εθύετο ἐπιξόδια,] Frustrà vocem hanc in lexicis quæsiveris. Cæterùm, similiter dixit p. 349. ἀπιθῦσαι — ἠμελόσωα — & p. 353. σωτήρια θύειν. & hoc & illo loco vide notata. Adde ex *Thucyd.* adlata p. 482. n. 3. Eodem redit phrasis ἐπ' ἐξοδῳ ἐθύετο, quâ usus est Noster p. 477.

2 Καὶ γίνεται τὰ &c.] Sic rectè MS. Eton. Vulgò post γίνεται legitur καλά· quam quidem vocem cum εἶναι junctam videre est pag. 286. 290 & alibi sæpè, non item cum verbo γίνεσθαι. Huic utique cùm adjuncta sint τὰ ἱερά, idem valere videntur, quod προχωρεῖν τὰ ἱερά· quo genere loquendi suprà usus est Noster p. 482. Vide & p. 483. n. 4. & p. 480. n. 1.

3 Επὶ τῷ πρώτῳ ἱερείῳ] Suprà p. 286. dixit ellipticè, καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ ἦν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου. Et paulò infrà leges, καὶ ἐθύετο ἐπὶ τῷ πρώτῳ &c.

4 Αἰετὸν αἴσιον] Respice p. 453. n. 3.

5 Αρεξίων Παῤῥάσιος &c.] Legitur & Αρηξίων Παρράσιος &c. cui scriptura recepta omnino præferenda est, cùm suprà pag. 479. vates idem dicatur Αρεξίων Αρκάς. *Parrhasius* utique sonat *Arcadius*. Vide *Virg.* Æn. lib. 8. v. 344.

6 Καὶ ἡγεῖσθαι κελεύει &c.] Vide sis quæ notavit doctiss. *Kuhn.* ad *Pausan.* l. 4. c. 16. sub init.

7 Τὰ ὅπλα τίθενται,] Adi p. 367. n. 3.

8 Καὶ σημήνειαν] Consule p. 267. n. 2.

9 Τὸν δ' ὄχλον] Lege p. 244. n. 15.

πάντες ἐξήεσαν, Νέων δὲ ὅ· ἐδόκει γὰρ κάλλιστον εἶναι, τοῦτον φύλακα καταλιπεῖν τῷ ἐπὶ στρατοπέδῳ. [1] Ἐπειδὴ δὲ οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται ἀπέλιπον αὐτὸς, αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι, τῶν ἄλλων ἐπεξιόντων, κατέλιπον τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Καὶ οὗτοι μὲν ἔμενον· οἱ δ' ἄλλοι ἐπορεύοντο. Πρὶν δὲ πέντε καὶ δέκα στάδια διεληλυθέναι, ἐνέτυχον ἤδη νεκροῖς· καὶ τὸ οὐραῖον τοῦ κέρατος ποιησάμενοι καταὰ οὓς ἔστησαν φανέντας νεκρὸς, ἔθαπτον πάντας ὁπόσους ἐπελάμβανε τὸ κέρας. Ἐπειδὴ δὲ τοὺς πρώτους ἔθαψαν προαγαγόντες, καὶ τὸ οὐραῖον αὖθις ποιησάμενοι καταὰ οὓς ἔστησαν τῶν ἀπόφων, ἔθαπτον τὸν αὐτὸν τρόπον ὁπόσους ἐπελάμβανεν ἡ στρατιά. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν ὁδὸν ἦκον [2] τὴν ἐκ τῆς

quidem exibant omnes, præter Neonem: nam rectiſſimè ſe facturos exiſtimabant, ſi hunc eorum qui in caſtris manebant cuſtodem relinquerent. Cùm autem eos cohortium ductores militéſque reliquiſſent, ſibi dedecori *fore* putantes, ſi, cæteris exeuntibus, ipſi non ſequerentur, eos *tantùm in caſtris* reliquerunt, qui quadraginta & quinque annos egreſſi eſſent. Et hi quidem manebant; cæteri iter ingreſſi ſunt. Priuſquàm quindecim ſtadia proceſſerant, in *cæſorum* jam inciderunt cadavera; itaque cùm extremam cornu partem juxta cadavera primùm conſpecta conſtituiſſent, quæcunque cornu amplectebatur, ſepeliebant omnia. Poſteaquam prima *illa* ſepeliiſſent, progreſſi, rurſúmque parte cornu extremâ juxta prima eorum quæ necdum ſepulta erant conſtitutâ, eodem modo, quæcunque comprehendere potuit exercitus, ſepeliebant. Cúmque ad viam veniſſent, *quà* ex

1 Ἐπειδὴ ὃ οἱ &c.] MS. Eton. ἐπεὶ δ' οἱ &c. *Muretus* legit ἔπειτα, & quæ ſequuntur ad hunc modum, Ἐπειτα ὃ οἱ λοχαγοὶ καὶ οἱ στρατιῶται αἰσχυνόμενοι μὴ ἕπεσθαι τῶν ἄλλων ἐπεξιόντων, κατέλιπον αὐτοῦ τοὺς ὑπὲρ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη. Edit. pleræque dant — ἀπέλιπον αὐτὸν, αἰσχυνόμενοι &c. Rectiùs MS. Eton. — ἀπέλιπον αὐτοὺς, &c. in quo etiam pro ἕπεσθαι legitur ἐφέπεσθαι, pro ἐπεξιόντων ſimplex ἐξιόντων, necnon poſt κατέλιπον additur αὐτοῦ.

2 Τὴν ἐκ τῆς κωμῆς] *Scil.* φέρουσαν vel ἄγουσαν. Noſter p. 258. ἡ δὲ (*ſcil.* ὁδὸς) πρὸς ἕω, ἐπὶ Σῦσά τε — φέρει, &c. — ἡ ὃ Ἀβρ. τῆς ὀρείας — εἰς Καρδούχους ἄγει. Confer p. 368. n. 3.

κωμῶν, ἔνθα ἔκειντο ἀθρόοι, συνενεγκόντες αὐτοὺς ἔθαψαν.

Ηδη δὲ πέρα μεσούσης τ ἡμέρας [1] προαγαγόντες τὸ στράτευμα ἔξω τ κωμῶν, ἐλάμβανον τὰ ἐπιτήδεια ὅ, τι τις ὁρῴη ἐντὸς τῆς φάλαγγος. Καὶ ἐξαίφνης ὁρῶσι διὰ τῶν πολεμίους [2] ὑπερβάλλοντας κατ' λόφους τινὰς ἐπ τ ἐναντίας, τεταγμένους [3] ἐπὶ φάλαγγος, ἱππέας τε πολλοὺς καὶ πεζούς· καὶ γὰρ Σπιθριδάτης καὶ Ραθίνης ἦκον ἀπὸ Φαρναβάζου ἔχοντες δυνάμεις. Επεὶ δὲ κατεῖδον τοὺς Ελληνας οἱ πολέμιοι, ἔστησαν ἀπέχοντες αὐτῶν [4] ὅσον πεντεκαίδεκα σταδίους. Εκ τούτου εὐθὺς [5] Αρεξίων ὁ μάντις τ Ελλήνων σφαγιάζετο, [6] κατ ἐγίγνετο ἐπὶ τ πρώτοις καλὰ τὰ σφάγια. Ενταῦθα ὁ Ξενοφῶν λέγει, "Δοκεῖ

vicis *iter erat*, ubi jacebant frequentia, in unum comportârunt ea & ſepelierunt.

Cùm jam præterierat meridies, promotis copiis extra vicos, commeatum quemcunque quis cerneret intra phalangem capiebant. Et ſubitò vident hoſtes per colles quoſdam exadverſùm iter facientes, in phalangem diſpoſitos, tum equites multos tum pedites: etenim Spithridates & Rhathines cum copiis à Pharnabazo *miſſis* adventabant. At poſteaquam Græcos conſpexiſſent hoſtes, intervallo ſtadiorum ferè quindecim iis diſtantes ſubſtiterunt. Tum verò ſtatim Græcorum vates Arexion hoſtias mactat, ac primâ hoſtiâ perlitatum eſt. Hìc Xenophon, "Cen-

1 *Προαγαγόντες τὸ στράτευμα &c.*] Alio atque alio modo legitur & diſtinguitur hic locus. *Stephanianam* ipſe ſequutus ſum & diſtinguendi & ſcribendi rationem, mutato tantùm, quod ille exhibet, *ἐκ τῆς φάλαγγος* in *ἐντὸς τῆς &c.* Ad hanc emendationem viam munit MS. Eton. qui repræſentat *ὄντος* (corruptè ſine dubio pro *ἐντὸς*) *τ φάλαγγος*. *Leuncl.* ſic verba diſtinguit — *προαγαγόντες τὸ στράτευμα, ἔξω τῶν κωμῶν &c. Muret.* pro *ἔξω τῶν κωμῶν* legendum *ἐντὸς τῶν κωμῶν &c.* & totum illud *ἐκ τῆς φάλαγγος* inducendum eſſe contendit.

2 *Υπερβάλλοντας*] Vide p. 263. n. 6.

3 *Επὶ φάλαγγος*] Adi p. 321. n. 3. & p. 344. n. 1.

4 *Οσον*] Lege p. 308. n. 1.

5 *Αρεξίων*] Scribitur & *Αρηξίων*. Vide p. 486. n. 5.

6 *Καὶ ἐγίγνετο ἐπὶ τῶ &c.*] *Scil.* ἱερεία, ut plenè ſuprà p. 486. ubi vide n. 3. & p. 290. n. 3.

"μοι, ὦ ἄνδρες στρατηγοὶ, [1] ἐπιτάξασθαι τῇ φάλαγγι λόχους
"φύλακας, ἵνα, ἢν που δέῃ, ὦσιν οἱ ἐπιβοηθήσοντες τῇ φά-
"λαγγι, ἢν οἱ πολέμιοι τεταραγμένοι ἐμπίπτωσιν εἰς τετα-
"γμένους καὶ ἀκεραίους." Συνεδόκει [2] ταῦτα πάντα πᾶσιν.
"Ὑμεῖς μὲν τοίνυν, ἔφη, [3] προηγεῖσθε τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους,
"ὡς μὴ ἐστήκωμεν, ἐπεὶ ὤφθημεν καὶ εἴδομεν τοὺς πολεμίους·
"ἐγὼ δὲ ἥξω τοὺς τελευταίους λόχους [4] καταχωρίσας, ἦπερ
"ὑμῖν δοκῇ."

Ἐκ τούτου οἱ μὲν [5] ἡσύχως προῆγον· ὁ δ', πρεῖς [6] ἀφελὼν τὰς τε-
λευταίας τάξεις, [7] ἀνὰ διακοσίους ἄνδρας, ἔπι μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν [8] ἐπέ-

"seo, duces, inquit, cohortes ſubſidiarias à tergo phalangis eſſe
"collocandas, ut, ſicubi poſcat uſus, ſint qui phalangi auxilium
"ferre poſſint, & hoſtes ordinibus turbatis in aciem inſtructam
"& integram incidant." Hæc omnia omnium adſenſu erant ad-
probata. "Vos igitur, ait, eâ præcedite *viâ* quæ in hoſtes *ducit*,
"ut nè, poſteaquam conſpecti ſumus & hoſtes vidimus, ſubſiſta-
"mus: ego cohortibus extremis, prout vobis videtur, conſti-
"tutis *mox* adero."

Poſt hæc illi placidè progreſſi ſunt; & *Xenophon* cùm tres poſtremos ordines, qui viris ſinguli ducentis conſtabant, *à reliquis*

1 Ἐπιτάξασθαι] Ad *Amaſ.* obſervat *Steph.* ἐπιτάξασθαι opponi τῷ προτάξασθαι, quod eſt, *à fronte collocare.*

2 Ταῦτα πάντα πᾶσιν.] In MSto Eton. deeſt πάντα. In *Ald.* & *Flor.* legitur παντάπασιν. At vet. cod. habere πάντα πᾶσιν teſtatur *Steph.*

3 Προηγεῖσθε τῇ] Supple ὁδῷ. Quâ de ellipſi vide p. 258. n. 3.

4 Καταχωρίσας, ἦπερ &c.] Veteres quidam libri dant καθεχωρήσας. Sed ſcriptura vulgata ſine dubio retinenda eſt. Noſter Κ. Π. pag. 450. αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτῷ κατεχώρισεν, &c. Eodémque alibi uſus eſt verbo: quod tamen in *Conſtant.* ſine auctore reperitur. Cæterùm, pro ἦπερ, quod MS. Eton. præſtat, edit. pleræque exhibent ἔπερ. Malè. Suprà p. 478. ἢν κατὰ χώραν ἀπίναι, ἦπερ &c.

5 Ἡσύχως] MS. Eton. ἥσυχοι. Non malè. Sic Noſter Κ. Π. p. 364. ἥσυχος κατῆγε &c. ubi vide notata.

6 Ἀφελὼν &c.] Interprete Stephano, *cùm ſeparâſſet, vel exemiſſet, & quaſi ſecreviſſet à reliquo corpore.*

7 Ἀνὰ] Adi p. 320. n. 6.

8 Ἐπίταξιν] Sic ex conjecturâ repoſui. Priùs legebatur in pleriſque edit. ἔπαμψιν, in MSto Eton. ἐπίταξιν, quod pro ἔπαμψιν huic inſerendum loco nonnulli cenſuerunt. Sed reſpuit, opinor, ἐπίταξιν articuli caſus: neque enim, γνώμῃ ἐμῇ, cum ἐπίταξιν ſcripſerit *Xenophon*, τῷ μὲν ἐπὶ τὸ &c. ſed τῇ μὲν ἐπὶ &c.

ταξεν ἐφέπεσθαι,[1] ἀπολιπόντας ὡς πλέθρον· Σαμόλας Αχαιὸς ταύτης ἦρχε τ᾽ τάξεως· τὴ δ᾽[2] ὅπ τῷ μέσῳ ἐχώρισεν ἕπεσθαι· Πυρίας Αρκὰς ταύτης ἦρχε· τὴν δὲ μίαν ἐπ τῷ εὐωνύμῳ· Φρασίας Αθηναῖος ταύτῃ ἐφειστήκει. Προϊόντες ὖ, ἐπεὶ ἐγένοντο οἱ ἡγεμόνες ἐπ νάπει μεγάλῳ κ᾽ δυσπόρῳ, ἔστησαν, ἀγνοοῦντες εἰ διαβατὸν εἴη[3] τὸ νάπος· καὶ πρεμνυῶσι στρατηγὸς καὶ λοχαγὸς πρόσω[4] ὅπ τὸ ἡγούμενον. Καὶ ὁ Ξενοφῶν, θαυμάσας ὅ, τι τὸ ἴσχον εἴη τ᾽ πορείαν,[5] κ᾽ τάχα ἀκόων τ᾽ πρεμνῶν, ἐλαύνει ἧ[6] ἐδυνάτο τάχιστα. Επεὶ ὖ σωῆλθον, λέγει Σοφαίνετος, πρεσβύτατος ὢν τ᾽ στρατηγῶν,[7] ὅτι ἂν ἄξιον εἴη

abduxiſſet, *eorum* alterum ad dextram, plethri ferè intervallo, ſubſequi juſſit; huic ordini præerat Samolas Achæus: alterum *ità* diſpoſuit ut loco medio ſequeretur; huic Pyrias Arcas præerat: tertium ad ſiniſtram *collocavit*; Phraſias huic Athenienſis erat præfectus. Procedentibus autem *copiis*, cùm ad ingentem tranſitúque difficilem ſaltum qui præceſſerant perveniſſent, conſtiterunt, propterea quòd ignorabant an tranſiri poſſet ſaltus; atque adeò duces & cohortium præfectos hortantur ut ad frontem agminis tranſirent. Et Xenophon, admiratus quid illud eſſet quod iter impediret, ac celeriter *eorum* cohortationem audiens, quàm potuit citiſſimè *ad ipſos* progreditur. Cùm conveniſſent, Sophænetus, inter duces natu maximus, operæ pretium

1 *Απολιπόντας*] Reſpicit ἄνδρας ſeu στρατιώτας voculâ τὴν, cum intellecto nomine τάξιν, comprehenſos. Vide p. 471. n. 3.

2 *Επὶ τῷ μέσῳ* &c.] MS. Eton. *ἐπὶ τὸ μέσον &c.* ut modò ſuprà *ἐπὶ τὸ δεξιὸν &c.* Sed cùm mox ſequatur *ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ*, nihil hìc mutandum. Cæterùm, *ἐχώρισεν ἕπεσθαι* delenda putat *Muretus*. Cujus viri docti ſeverioris ſanè critices alibi non pauca vidimus ſpecimina. Adi ſis p. 474. n. 4. & p. 488. n. 1. & p. 485. n. 5.

3 *Τὸ νάπος*,] Vide p. 311. n. 3.

4 *Επὶ τὸ ἡγούμενον.*] Lege p. 155. n. 3.

5 *Καὶ τάχα*] Sic MS. Eton. & edit. principes. Legitur & *κ᾽ ταχύ*. Sed vocibus poëticis uti amat Noſter. Vide p. 366. n. 4.

6 *Εδυνάτο*] Edit. *Steph.* habet *ἐδυνάσατο*, operarum, opinor, vitio.

7 *Οτι ὃν ἄξιον εἴη &c.*] Hæc mihi quidem ſatìs ſana videtur ſcriptura: cui tamen *Steph.* præfert lectionem hanc — *ὅτι βουλῆς ὢν ἄξιον εἰ εἴη Αλκιβιάδου θυγατρὸς ὢν τὸ νάπος* quam & MS. Eton. repræſentat, niſi quòd particula *εἰ* ante *εἴη* in eo deſit. *Muret.* aliam excogitavit, nimirum hanc, *ὅτι βουλῆς ἄξιον, εἰ δεῖ Αλκιβιάδου &c.*

ἀμαθαίνειν τοιοῦτον ὂν τὸ ναῦπος. Καὶ ὁ Ξενοφῶν ταυτὶ[1] ὑπολαβὼν ἔλεξεν,

"Αλλ' ἴσε μέν με, ὦ ἄνδρες, ἑκόντα πω κίνδυνον[2] προ-
"νήσασθαι ὑμῖν ἐθελῆσαι· ὁ γὰρ δόξης ὀρῶ δεομένους ὑμᾶς εἰς
"ἀνδρειότητα, ἀλλὰ σωτηρίας. Νῦν δ' ὅπως ἔχει· ἀμαχεὶ μὲν
"ἐνθένδε οὐκ ἔστιν ἀπελθεῖν· ἢν γὰρ μὴ ἡμεῖς ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολε-
"μίους, οὗτοι ἡμῖν, ὅταν ἀπίωμεν, ἕψονται καὶ ἐπιτεθήσονται.
"[3] Ὁρᾶτε δὴ πότερον κρεῖττον ἰέναι[4] ἐπὶ τοὺς ἄνδρας προβαλλο-
"μένους τὰ ὅπλα, ἢ μεταβαλλομένους, ὅπισθεν ἡμῶν ἐπόντας τοὺς
"πολεμίους θεάσασθε. Ἴσε γε μέντοι ὅτι τὸ μὴ ἀπέναι ἀπὸ τρο-
"λεμίων, οὐδενὶ καλῷ ἔοικε· τὸ δ' ἐφέπεσθαι, τοῖς κακίοσι θαρ-
"ρος ἐμποιεῖ. Ἐγωγ' οὖν ἥδιον ἂν σὺν ἡμίσεσιν ἑποίμην, ἢ σὺν
"διπλασίοις ἀποχωροίην. Καὶ τούτους οἶδ' ὅτι ἐπόντων μὴ ἡμῶν

fore negat ſaltum ejuſmodi tranſire. Et ſermone feſtinanter ſuſcepto Xenophon inquit,

"Nôſtis certè, viri, me voluntate meâ nullius unquam vobis
"periculi auctorem extitiſſe: nec enim ad fortitudinem gloriâ
"vobis opus eſſe video, ſed incolumitate. Jam verò ſic ſe res
"habet: ſine prælio ſanè hinc diſcedere non licet; nam niſi nos
"in hoſtes pergamus, ſequentur illi nos & invadent, cùm *hinc*
"abierimus. Conſiderate verò utrùm ſatius *ſit* in viros pergere
"obverſis *in eos* armis, an *ab eis* averſis, hoſtes ponè nos inva-
"dentes ſpectare. *Hoc* certè quidem nôſtis ab hoſtibus *utique*
"diſcedere nihil honeſti præ ſe ferre; at *eoſdem* inſequi, etiam
"ignavioribus animos addere. Ego quidem certè libentiùs *hoſtes*
"dimidiis cum *copiis* ſequerer, quàm cum duplo majoribus *ab iis*
"ſecederem. Novi etiam nè vos quidem ſperare fore ut, nobis

1 Ὑπολαβὼν ἔλιξεν,] Reſpice p. 194. n. 3.

2 Προξενήσασθαι] Similiter προξενῶ ſonat αἴτιος τινὶ τοῦδε γίνομαι, apud *Ælian.* l. 13. c. 33. — τύχη προξένησεν αὐτῇ, ὁ τῆς &c. Atque ità ferè *Sophocl.* in *Oed. Col.* v. 478. Ω φίλταθ', ὡς νῦν πᾶν πρόξενε προξένει. *Schol.* Προξένει] Λέγει μοι καὶ παίρεις τὰ χρήσιμα.

3 Ὁρᾶτε δὴ] Sic MS. Eton. & edit. *Steph.* aliorúmque. Legitur & Ὁρᾶτε δὲ &c.

4 Ἐπὶ τοὺς ἄνδρας] Vide p. 468. n. 3.

" οὐδ' ὑμεῖς [1] ἐλπίζετε δέξαθαι ἡμᾶς· ἀπιόντων δὲ, πάντες
" ἐπισάμεθα ὅπι τολμήσουσιν ἐφέπεθαι. Τὸ δὲ λαβόντας,
" ὅπωθεν ναπῷ χαλεπὸν ποιήσαθαι, μέλλοντας μάχεθαι,
" ἆρ' οὐχὶ καὶ [2] ἁρπάσαι ἄξιον; Τοῖς μὲν γὰρ πολεμίοις
" ἔγωγε [3] βελτίμως ἂν εὔπορα πάντα φαίνεθαι, ὥστε ἀπο-
" χωρεῖν· ἡμᾶς δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ χωρίου δεῖ διδάσκεθαι ὅπι
" οὐκ ἔστι μὴ νικῶσι σωτηρία. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, καὶ τὸ ναῦ-
" πῳ τοῦτο εἴ τις μᾶλλον φοβερὸν νομίζει τῶν ἄλλων, ὧν

" *in eos* invadentibus, illi nos ſuſtineant; at verò ſi recedamus,
" ſcimus omnes fore ut perſequi *nos* audeant. Ut autem, *eum*
" ubi tranſierint, ſaltum impeditum à tergo relinquant ii, qui
" pugnaturi ſunt, annon dignum *id eſt* quod etiam avidè arri-
" piant? Velim equidem hoſtibus, quò diſcedant, omnia pera-
" gratu facilia videri: nos ab ipſo loco doceri oportet, ſalutem
" nobis, niſi vincamus, minimè *ſperandam* eſſe. At ego ſanè miror,
" ſi quis ſaltum hunc formidoloſiorem eſſe putat aliis, quæ pera-

1 Ελπίζετε] *Phavor.* Ἐλπίσας, ὁ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Latini ſic ferè uſi ſunt verbo *ſpero*. Virgil. *Æneïd.* l. 4. v. 419.

*Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem,*
*Et &c.* Adde l. 1. v. 547. Sic & *Metel.* ad *Cicer.* epiſt. fam. l. 5. ep. 1. *Te tam mobili in me meóſque eſſe animo non ſperabam.* Confer p. 221. n. 4. Porrò, MS. Eton. habet ἐλπίζετε αὐτοὺς δέξαθαι &c. nec malè: cùm Noſtro perquam gratus ſit hujuſmodi pleonaſmus. Vide ſis p. 429. n. 4.

2 Ἁρπάσαι] Hujus verbi vim rectè expoſuit Cl. *Raphel.* ad Philip. II. 6. Ἁρπάζειν, ait vir doctus, non tantùm ſignificat alienum vi auferre, ſed etiam quod nobis offertur gratúmque accidit, id expetendum atque optabile exiſtimare, cupidéque & ambabus, quod aiunt, manibus amplecti, eóque cum gaudio uti. Exemplum huic ſimile reperitur etiam apud Noſtrum, libel. Περὶ Ἱππικ. ferè medio: — ἐδὲν ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ ἁρπάζει τὸ χαλινὸν &c. Eodem fermè ſenſu apud Latinos interdum venit *rapio*; nempe pro avidè & feſtinanter ſumo. Cicero de Orat. l. 3. c. 40. ad Ennianos illos — *Vive Ulyſſes, dum licet*:

*Oculis poſtremum lumen radiatum rape.*

non dixit, *cape*; non, *pete*: haberet enim moram ſperantis diutiùs eſſe ſeſe victurum; ſed, *rape*. Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat, — *dum licet.*

3 Βελτίμως ἂν εὔπορα] Legitur in MSto Eton. & vet. quibuſdam edit. βελτίμην ἀνεύπορα παντάπασι φαίνεσθαι, &c. In edit. etiam *Steph.* & *Leuncl.* — ἀνεύπορα πάντα φαίνεσθαι &c. Sed rectè tandem *Stephanus* in annotationibus ſcripſit, πάντα φαίνεσθαι in antiquis exemplaribus reperiri; atque adeò pro βελτίμως ἀνεύπορα reponendum eſſe βελτίμως ἂν εὔπορα. Cuperet enim, inquit, hoſtes ἀποχωρεῖν: quod eſſent facturi, ſi omnia eſſe εὔπορα exiſtimarent, non autem ſi ἀνεύπορα. Receptam lectionem in interpretationibus ſuis ſequuti ſunt *Amaſ.* vet. Gall. auctor & *Leuncl.*

"ἁμαπεροβύμεθα χωρίων. [1] Πῶς μὲν γὰρ ἃ δυσοδάβατον
"τὸ χωρίον, εἰ μὴ νικήσομεν σοὶ ἱππέας; πῶς δὲ ἃ διε-
"ληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασαὶ τοσίδε ἐφέπωνται; Ην δὲ
"δὴ καὶ σωθῶμεν ἐπὶ θάλατταν, [2] πόσον τι νάπος ὁ Πόν-
"τος; ἔνθα οὐδὲ πλοῖά ἐστι τὰ ἀπάξοντα, οὔτε σῖτος ᾧ
"θρεψόμεθα μένοντες· δεῖσθαι δὲ, ἂν θᾶττον [3] ἐκ θωμεν,
"θᾶττον ἐξιέναι πάλιν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια. Οὐκοῦν νεῦ
"κρεῖττον ἠρισπκότας μάχεσθαι, ἢ αὖθις [4] ἀναείσους. Αν-
"δρες, τά τε ἱερὰ ἡμῖν καλὰ, οἵ τε [5] οἰωνοὶ αἴσιοι, [6] τά τε

"gravimus, locis. Nam quî fieri poterit, ut locus *hic* non ſit
"tranſitu difficilis, ſi equites non vicerimus? quî fieri poterit,
"*ut non ſint tranſitu difficiles*, quos *jam* ſuperavimus montes, ſi
"tot peltaſtæ *nos* inſequantur? Quòd ſi quidem ſalvi etiam ad
"mare perveniamus, quantus *tandem* ſaltus *ipſe* Pontus *eſt*? ubi
"neque ſunt navigia quæ *nos* avehant, neque frumentum quo
"alamur, *iſthic* ſi manſerimus: &, ſi protinùs eò perveneri-
"mus, illicò rursùm ad parandum commeatum exeundum erit.
"Quamobrem melius *eſt* nos modò pranſos dimicare, quàm cras
"impranſos. *Sunt*, viri, nobis & exta læta, & auguria felicia,

1 Πῶς μὲν γὰρ ἃ δυσοδάβατον] Vox hæc in lexicis deeſt; in quibus & aliam huic cognatam, nempe δυσπόρευτος, quæ reperitur ſupra l. 1. p. 51. fruſtrà quæſiverit aliquis. Cæterùm, plerique libri locum hunc ſic repræſentant, Πῶς μὲν δυσοδάβατον &c. Sed rectè *Steph.* negativam particulam ἃ nomini δυσοδάβατον præfigi debere monuit: ut ſit (verba ſunt ejuſdem viri eruditi) Πῶς μὴ γὰ ἃ δυσοδάβατον. Nam Πῶς ἃ δυσοδάβατον perinde eſt, ac ſi citra interrogationem diceret, Πάντως γὰ δυσοδάβατον. Prætereà, mox legendum, — ἢν πελτασαὶ τοσίδε ἐφέπωνται; & ſubaudiendum ἃ δυσοδάβατα: ut ſit, πῶς δ' ἃ δυσοδάβατα ἃ διεληλύθαμεν ὄρη, ἢν πελτασαὶ &c. Sed quorſum de jam ſuperatis montibus mentio? Hoc certè videtur innuere velle, eos, niſi viam ſibi vi facere velint, retrogredientes, hoſtibus ſibi à tergo relictis, iter difficile relegere coactum iri, & montes ægrè alioqui jam ſuperatos, nunc inſequentibus tot hoſtibus, nullâ ratione ſuperatum iri.

2 Πόσον τι] Eleganter orationi ſic ſolet inſeri particula hæc. Suprà p. 482. καὶ χεδόν τι πᾶσαι &c. Adde p. 455. n. 1. *Æſchin.* dial. 2. ſect. 10. ἐδόν τι μᾶλλον &c. atque alibi paſſim.

3 Ἐκεῖ γθυώμεθα,] Lege p. 413. n. 4.

4 Ἀναείσους] Vide p. 274. n. 4.

5 Οἰωνοὶ αἴσιοι,] Reſpicere videtur αἰετὸν αἴσιον, cujus meminit p. 486. ubi vide n. 4.

6 Τά τε σφάγια] Adi p. 290. n. 3.

" σφάγια καλλισα. [1] Ιωμεν ὅπη σοὶ ἄνδρας. Οὐ δὴ ἔτι τύ-
" τους, ἐπεὶ ἡμᾶς πάντας εἶδον, ἡδέως δειπνῆσαι, οὐδ' ὅπου ἂν
" ἐθέλωσι σκηνῆσαι."

[2] Ἐντεῦθεν οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον, καὶ οὐδεὶς ἀντέλεγε.
[3] Καὶ ὃς ἡγεῖτο, ὡς διαγγείλας διαβαίνειν [4] ᾗ ἕκαστος ἐτύγχανε τῶν
νάπους ὤν. Θᾶττον γὰρ ἂν ἀθρόον ἐδόκει ἔτω πέραν γενέσθαι τὸ
στράτευμα, ἢ εἰ κατὰ τὰ γέφυραν, ἢ ἐπὶ τῷ νάπει ἦν, [5] ἐξεμηρύοντο.
Ἐπεὶ δὲ διέβησαν, παιῶν ὡς ἐπὶ φάλαγγα, ἔλεγεν, " Ἀνδρες,
" ἀναμιμνήσκεσθε ὅσας δὴ μάχας σὺν τοῖς θεοῖς [6] ὁμόσε ἰόν-
" τες νενικήκατε, καὶ οἷα πάσχουσιν οἱ πολεμίοις φεύγοντες·
" καὶ τόδ' ἐννοήσατε, ὅτι [7] ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς Ἑλλάδος ἐσμέν.

" & hostiæ pulcherrimæ. Pergamus adversùs homines. Non
" jam par est eos, postea quam nos conspexêrunt omnes, jucun-
" dè cœnare, vel quo velint loco habere tabernacula."

Mox deinde cohortium præfecti ut *ipsos in hostes* duceret hortati sunt, neque contradicebat quisquam. Itaque ducebat *eos* ille, cùm denuntiâssset ut quam ad saltûs partem fortè esset quilibet, illàc transiret. Nam celeriùs *ei* videbantur ultra *saltum* hoc pacto confertæ evasuræ copiæ, quàm si ad pontem, qui erat in saltu, explicarentur. Cùm *jam* transiissent, juxta phalangem progressus, " Revocate vobis, viri, in memoriam, inquit, quot
" utique præliis *hostes* ope deorum, cùm manus consereretis,
" viceritis, & cujusmodi subeant mala, qui hostes fugiunt:
" hoc etiam cogitate, nos *utique* ad Græciæ *jam* esse portas.

1 Ιωμεν ἐπὶ τοὺς &c.] Festinantem concitatúmque pulchrè depingit oratio ἀσυνδέτως. Vide sis p. 244. n. 2. & p. 468. n. 3.

2 Ἐντεῦθεν] Inspice p. 480. n. 3.

3 Καὶ ὃς] Consule p. 371. n. 1.

4 Διαβαίνειν ᾗ &c.] Supple μεῖον. Adi p. 319. n. 1.

5 Ἐξεμηρύοντο.] In lexicis sine auctore reperitur. *Suidas*: Ἐκμηρυσάμην· ἐξελκύσας, ἐπικτείνας· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μηρυμάτων, i. e. *per translationem à filis, quæ è colo deducuntur.* Cæterùm, cum hoc verbo intelligas oportet ἄνδρες vel στρατιῶται, ex voce στράτευμα petendi. Vide p. 471. n. 3.

6 Ὁμόσε ἰόντες] Conf. p. 388. n. 3.

7 Ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς &c.] Similiter *Philostrat.* de vitâ *Apoll. Tyan.* l. 8. c. 15. οὐ ἐπὶ θύραις εἰσὶ τῆς Πίσης, &c. Quâ de phrasi lege quæ scripsit Clar. *Lamb. Bos* Animadv. ad Script. Græc. c. 9.

"[1] Αλλ' ἕπεσθε [2] Ηγεμόνι τῷ Ηρακλεῖ, καὶ ἀλλήλους ὠθίζακα-
"λεῖτε ὀνομαστί. [3] Ηδύ τοι ἀνδρεῖόν τι καὶ καλὸν νεῷ εἰπόντα
"καὶ ποιήσαντα, μνήμιον ἐν οἷς ἐθέλῃ παρέχειν ἑαυτοῦ."

Ταῦτα [4] παρελαύνων ἔλεγε, καὶ ἅμα [5] ὑφηγεῖτο φάλαγγι, καὶ σὺν πελτασταὶς ἑκατέρωθεν [6] ποιησάμενος ἐπορεύετο ἐπὶ σὺν πολεμίους. [7] Παρηγγέλλετο δὲ, τὰ δόρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν, ἕως [8] σημαίνοι τῇ σάλπιγγι· ἔπειτα δὲ [9] εἰς προσβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην,

"Verùm age ducem Herculem ſequimini, ac vos mutuò nomi-
"natim cohortamini. Jucundum ſanè *eſt* nunc *aliquem* virile
"ac præclarum aliquid loquutum & exſecutum apud quos velit
"memoriam ſui excitare."

Hæc *copias* prætervehens loquutus eſt, ſimúlque ducem phalangi ſe præſtitit, & peltaſtis utrinque diſpoſitis in hoſtes pergebat. Mandatum etiam erat, ut haſtas humero dextro geſtarent, donec tubâ ſignum dederit *tubicen:* deinde verò, cùm *eas* ad oppugnationem *hoſtium* demiſerint, pedetentim ſequerentur,

1 Αλλ' ἕπεσθε] Reſpice p. 60. n. 1.

2 Ηγεμόνι τῷ Ηρακλεῖ,] Hunc ſuprà p. 463. de ratione expeditionis ſuæ ſe conſuluiſſe ſcribit Noſter: ubi vide n. 3. Herculem autem diis iſtis, quibus mortales in periculum & diſcrimen vocati curæ erant, paſſim adnumerant auctores. *Euripid.* Herc. fur. v. 1252. audit

Εὐεργέτης βροτοῖσι, καὶ μέγας φίλοις.

*Ariſtid.* orat. Tom. 1. pag. 34. edit. Oxon. οἱ δίκην ἐπωνυμίαν, Καλλίνικός τε καὶ Αλεξίκακος, ἢ μὰ μόνῳ θεῶν, ἢδ' ὃ τοῖς πρώτοις δίδοται ſcil. *Herculi.* Erat etiam eorum in primis ἡγεμὼν, qui in expeditionem aliquam milites eduxerant. Hinc *Artemidor.* ὀνειρκρ. l. 2. c. 42. eum vocat ἀγαθὸν τοῖς ἐπὶ ἀγῶνα — ἢ μάχλῳ ἢ πολυοχλίᾳ. Vide ſis quæ eruditiſ. *Huet.* de eo collegit *Demonſt. Evang.* p. 191 & ſeq. edit. tert. Pariſ.

3 Ηδύ τοι] Legitur etiam ἡδύ τι & ἡδὺ τὸν &c. Sed edit. principes rectè exhibent ἡδύ τοι. Hæc autem particula, licèt aliàs dici foleat expletiva, ſonat hoc utique loco, *ſanè, verò, quidem.*

4 Παρελαύνων] Quod paulò ſuprà his verbis expreſſit, παρὼν τὴν φάλαγγα.

5 Υφηγεῖτο] Adi p. 279. n. 1.

6 Ποιησάμενος ἐπορεύετο.] Sic rectiùs, opinor, ex conjecturâ *Leuncl.* ſcripſeris. Vulgò, ποιησάμενοι ἐπορεύοντο: quæ minùs benè cum ὑφηγεῖτο conjungi videntur.

7 Παρηγγέλλετο δὴ, τὰ &c.] Conſule ſis quæ ad *Ælian.* Tact. notavit *Arcerius* p. 151.

8 Σημαίνοι] Vide p. 364. n. 6.

9 Εἰς προσβολὴν] In MSto Eton. atque editis nonnullis ἐς προσβολὴν reperire eſt: quæ & *Stephano* & *Arcerio,* loco cit. placuit ſcriptura. At recepta mihi quidem huc quadrare videtur. *Thucyd.* l. 4. c. 12. — πρὸς τὸ τροπαῖον — ὃ ἵσησαν τῇ προσβολῇ ζώσῃ. *Schol.* Τῇ προσβολῇ] ἀντὶ τοῦ τῇ μάχῃ.

κὴ μηδένα δρόμῳ διώκειν. Ἐκ τούτου [1] σύνθημα πρῶτον, ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ, ΗΡΑΚΛΗΣ ΗΓΕΜΩΝ. Οἱ δὲ πολέμιοι ὑπέμενον, νομίζοντες καλὸν ἔχειν τὸ χωρίον. Ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, [2] ἀλαλάξαντες οἱ Ἕλληνες πελτασταὶ ἔθεον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, πρίν τινα κελεύειν· οἱ δὲ πολέμιοι οὐτοι ὑπέμειναν, οἵ τε ἱππεῖς κὴ [3] τὸ σίφος τῶν Βιθυνῶν· [4] καὶ προέπονται τοὺς πελτασταὶς [5] ἅμα. Ἐπεὶ δὲ [6] ὑπηντίαζεν ἡ φάλαγξ τῶν ὁπλιτῶν [7] ταχὺ προθυμίᾳ, καὶ ἅμα [8] ἡ σάλπιγξ ἐφθέγξατο, [9] καὶ ἐπαλάλαζον, καὶ μετὰ ταῦτα ἠλάλαζον, καὶ ἅμα τὰ δόρατα κατῆεσαν· ἐνταῦθα οὐκέτι ἐδέξατο οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἔφευγον. Καὶ Τιμασίων μὲν ἔχων τοὺς ἱππεῖς ἐφείπετο, καὶ ἀπέκτεινυσαν ὅσους περ ἐδύναντο, ὡς ὀλίγοι ὄντες. Τῶν δὲ πολεμίων

ac nemo *eos* curſu inſequeretur. Poſt hæc teſſera *per aciem* ibat, JUPITER SERVATOR, HERCULES DUX. Hoſtes autem, quòd locum *ſe* commodum tenere putarent, ſubſiſtebant. At cùm propiùs *ad eos* accederent, Græci peltaſtæ clamore ſublato in hoſtes curſu tendebant, priuſquam *eos* quiſquam juberet: ac hoſtes ex adverſo irruerunt, tum equites tum Bithynorum globus; ſimúlque peltaſtas in fugam vertunt. Verùm ubi gravis armaturæ militum phalanx celeriter pergens occurrebat, ſimúlque tuba ſonuit, & pæana canebant, & ſecundùm hæc clamorem lætum tollebant, ſimúlque haſtas demiſerunt; tum *ſanè* non ampliùs impetum ſuſtinuerunt hoſtes, ſed fugæ ſe dabant. Et Timaſion quidem *eos* cum equitibus inſequebatur, ac quotcunque poterant, pauci utique qui eſſent, occiderunt. Et ſiniſtrum qui-

1 Σωθημα πρωτον, &c.] Vide p. 82. n. 4. p. 349. n. 6. p. 463. n. 3. & p. præced. n. 2.

2 Αλαλαξαντες οι &c.] Reſpice p. 275. n. 4.

3 Τὸ σίφος] MS. Eton. & libri quidam typis impreſſi dant τὸ σῖφος. Sed hæ voces invicem ſæpè permutantur. Vide ſis p. 472. n. 6.

4 Καὶ προέπονται &c.] Vide p. 466. n. 1.

5 Αμα] In MSto Eton. malè deeſt. Eandem itidem voculam in fine ſententiæ poſitam videre eſt *Thucyd.* l. 1. c. 85. παρασκευάζεσθε ὡς ἐς πόλεμον ἅμα.

6 Υπηντίαζεν] Scil. *ſuis in fugam conjectis.*

7 Ταχὺ προθυμίᾳ,] Hanc tamen βάδην ſequi ex juſſu oportebat. Cum hoc loco conferas velim p. 328. n. 2.

8 Η σάλπιγξ ἐφθέγξατο,] Vide p. 275. n. 3.

9 Καὶ ἐπαλάλαζον,] Adi p. 365. n. 4.

